ciū nō absciderit: legem tamen seruauerit: spiritu erit ꝓculdubio circumcisus.
quando & carnis uicia sustulit: q̄ꝺ clarius in sequentibus explicat. ¶ Si igitur

ꝑpuciũ iusticias legis custodiat: nonne ꝑpuciũ illi[illegible] circumcisionē reputabit̃)
nõ enim inquit ꝑpuciũ [illegible]n circumcisionē longe prestare. graue enim id & moles,
tum foret: sed ꝓ circumcisione id duci. fit itaq; ut circumcisio recta sit actio
quedam: prepuciũ uero prauum sit facinus. aduerte aũt queadmodũ non illud
intulit: cum prepuciũ legem seruabit: poterat enim quis illi his dictis occurrer̃
quo enim pacto poterat ab eo qui in prepucio esset lex ipsa seruari. esse nanq;
in prepucio: legis est plane ꝑuaricatio at quo pacto iusticias legis dixit. nimiꝝ
quia iustificare ex illoꝝ uiden̄ operibus. circũcisio enim haudquaq̃ operatio
erat: quin potius ꝑsuasio quedã ut se pacienter ferret circumcidẽdus: itaq; nec
legis iustificatio dici circumcisio potest: erat enim in signũ tradita ne gentilib9
admiscerent̃ iudei. ¶ Et iudicabit qꝺ ex natura est ꝑpucium legem cõsumans
te qui ꝑ lr̃am & circumcisionē ꝑuaricator legis es. nõ enim qui in manifesto iu
deus est neq; que in manifesto in carne circumcisio. ſꝫ qui in abscondito iudeus
& circũcisio cordis in spiritu nõ lr̃a: cuius laus nõ ex hominib9 sed ex deo est)
Hoc loco apte duo ꝑpucioꝝ genera explicat: nature alteꝝ: alteꝝ uoluntatis.
ut dictũ est. cũ nihil quispiã nature. id est ingenita reseruit uicia. & circumcisio,
nes duas carnis. scꝫ & spiritus. Inquit igit̃ naturale illud ꝑpuciuꝫ qꝺ uiciorũ
circumcisionē iam tenet. quia legeꝫ adimpleat. id est legis ut diximus iusticiam
iudicabit: hoc est cõdemnabit. nõ circumcisionē. id enim iudeos nimis offende
ret: ſꝫ te qui circumcisus ſm carnē uideris: cum sis incircumcisus corde. qa legis
transgressor effectus es. haudquaq̃ igit̃ circũcisionem uituperat: quippe quam
uenerari uidet̃ & laudibus summis extollere. ſꝫ in eũ inuehit̃ qui illi ignominiã
irrogat. post hoꝝ oĩm ꝑspicuã assertionem. definit etiã quid in se habeat iudai
cũ nomen. arguitq;: iudeos omĩa ad ostentationē moliri. neq; enim in ꝓpatulo
inquit iudeus: ſꝫ qui in abscondito: qui nil ꝓrsus corporaliter agat. sed spiritua
liter & sabbata: & sacrificia: & purgationes intelligat: cũ uero circumcisionem
cordis inquit in spiritu ecclesiastice uite iter ostendit. & ad fidem inducit: Hec
nanq; & in corde constat & spiritu. & laudem a deo assequit̃: qui corda scrutat̃
nec ſm carnem sententiã ꝓfert: summa aũt que ex his põt complecti: eo tendit
ut recte ducenda sit uita. cũ uero incircumcisũ siue grecũ siue gentileꝫ audiens:
nõ idoloꝝ cultorē intelligas: ſꝫ eũ q deũ & colat & uirtute sit ꝑdit9. & nulli sit
Capm iij. 2 ut ante diximus legi obnoxius. ¶ Quid ergo amplι9 est iudeo: aut q̃ utilitas
circumcisiõis. multũ ꝑ omnē modũ. ꝑmũ quidē qa credita sũt illis eloquia dei.
qd eni siquidē illoꝝ nõ crediderũt: nũqd incredulitas illoꝝ fidē dei euacuauit
absit) Cũ ex eo ꝙ nõ eni in manifesto iudeus est dixit. que legis sũt penit9 eie
cisset. ꝑuidens obiectionē aliquã iminere in hanc se parat dicet aliqs. si ꝓrs9 est
ut inquis circũcisio ista inutilis. cur ergo electa est gẽs iudeoꝝ. hũc immodum
obiecta dissoluit. asserẽs plurimũ adiutos esse iudeos. cũq; idipsũ affirmat nul
las iudeoꝝ uirtutes cõmemorat. ſꝫ dei dũtaxat dona & gratiã. nec iudeos inqt
eo ceteros superare. quia hec illaue gesserint. Sed quia credita sint illis dei elo,
quia. quod sane dei est beneficium non illorum officiũ. quid enim illud credita
sunt pretendit. nisi quia oblata acceperint. quippe quia deo dignati semper sint
ut oracula supne demissa exciperẽt. rursus tñ & alia ĩ mediũ profert: ostẽditq;
eos diuinis eloquiis quibus sunt honorē emeriti. fidei nihil adhibuisse. Id tamē

ex alio quodam inducit. subinde dicat aliquis: quid enim dei eloquia profuere
minus credentibus: quam obiectionem uidetur hic soluere. cum nō iudeos sed
deum excusat hoc modo. si fidem hi nullam diuinis eloquiis prestiterunt. quid
deo offecit. num incredulitas illoꝝ fidem dei euacuauit: id est credita dei eloqa
& beneficium: tantum enim abest ut illorum infidelitas deo officiat: ut ex eo
gloriā sibi potius uendicet. cum in eos uidet̃ beneficus qui se affecerunt igno/
minia. uides queādmodum hos crimini fecit obnoxios: uel hisce ex rebus q̃s
illi glorie ducerent. id est ex lege accepta. ¶ Esto autem deus uerax omnis au
tem homo mendax. sicut scriptum est ut iustificeris in sermonibus tuis & uin/
cas cum iudicaris.) Dixit superius. quid enim si quidam illoꝝ nō crediderunt
sed postq̃ nō aliqui sed omnes sunt uisi ea incredulitate teneri prudenti, ofone
usus: ne grauis appareat. quod re actum est sub dubium ponit. perinde dicat:
concedatur hos omnes incredulos factos: quid tum: num uel ex eo iustificabi/
tur deus: id est si res ueniat in disceptationem. & dei in iudeos beneficia suppu/
tentur: & iudeorum in deum merita discutiant̃. erit haud dubie penes deum ui
ctoria. quemadmodū & dauid testificat̃. Esto autem deus uerax. id est manifes
tet̃: ostendatur. ¶ Si autem iniquitas nostra iustitiam dei cōmendat: quid dice/
mus: nunquid iniustus est deus qui infert iraꝫ. scd̃m hominem dico: absit. alio
quin quomodo iudicabit deus hunc mundum.) obiectionem inducit huiusmo
di. subinde querant nōnulli. si deus cum de nobis sit benemeritus. ingratos nos
sentiat: iustus arguitur uel potius uictor euadit: utpote qui ob immensam eius
clementiā uł in indignos cōferat beneficia: cur denuꝫ iram infert: id est cur nos
supplicio afficit: qui illi & iusticie fuimus & uictorie causa. soluit itaq; obiectio
nem hanc paulus & sapienter admodū. Sane inquit haudquaq̃ deo eris iusticie
causa: cum te affecerit cruciatu: esset nanq; iniquum eum qui uincendi obtule/
rit causam a uictore penas subire. deus uero nulli hominū infert iniuriam. nam
quo pacto esset mundum iudicaturus: qui nullam seruaret in alios equitatem:
fit igitur ut deus nil sit cruciando iniustus: ergo nec tu illi uictorie causam at/
tulisti: quia in eum deliqueris: fieri enim poterat ut aliter sibi uel nulla tua per/
specta improbitate: uictoriam pareret: hoc autē scd̃m hominem dico. sic intel/
ligitur: istiusmodi ipse ꝓ deo sm̃ cogitationeꝫ humanā respondeo: hoc est quā/
tum licet homini prouehi cogitatu. habet enim ineffabiles quasdam rationes.
quodcunq; egerit deus. que uł supra humanos sūt sensus. & nr̃a nil indigēt re/
sponsione. ¶ Si enī gloria dei in meo mendatio habūdauit in gloriā ipsi9. quid
adhuc & ego tanq̃ peccator iudicor. & nō ut blasphemamur & sicut aiūt & nos
quidā dicere. faciamus mala ut ueniant bona. quoꝝ damnatio iusta est.) Repe
tit eadem ut clarius pateāt. si enī deus inqt ex meo transgressu iustus apparuit
& uerax. quid ob id iudicor qd̃ in dei gloriā egerim: neq; enī damnatione quin
potius corona suꝫ dignus. qd̃ sane si uerū deprehendit̃. Qd̃ ergo de me dixerit
greci haud falso dicūt. greci nanq; cū paulū audissent: ubi habūdauit peccatum
suphabundauit & grã predicantē. nō sine irrisione iactabāt: dicere xp̃ianos so/
lere: faciamus mala ut ueniant bona. & delinquamus plurimum: ut habunde &
gratiam consequamur. Hec igitur que greci & maledictis in nos & obtrectati/
onibus dictitabant uel nunc contigisse uidebuntur. Si deum asserimus eo

bonum uideri · quia ipsi improbi sumus & ingrati · qd' tñ haud ita se habet. grecorũ enim semp mendaciu: dicta sunt illa · quoꝝ damnatio iusta est: hoc est iuste cruciabuntur · nõ ergo uel ipse iusticie deo pbeo cãm delinquendo · quippe qui eo iudicor qa cõmiserim nec iudicarer equidẽ si ad dei gloriã ipse delinquerem · ¶ Quid ergo pcellimus eos) nequaq̃ causati enĩ sumus iudeos & grecos omnes sub peccato esse sicut scriptũ est · qa nõ est iustus quisq̃ · nõ est intelligẽs nõ est requirẽs deum · omnes declinauerũt sil' inutiles facti sunt · nõ est qui faciat bonũ nõ est usq; ad unũ: sepulchrũ patens est guttur eoꝝ · linguis suis dolose agebant uenenũ aspidũ sub labiis eoꝝ: quorũ os maledictõne & amaritudĩe plenũ est · ueloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ · cõtritio & infelicitas in viis eoꝝ · & uiam pacis nõ cognouerũt · nõ est timor dei ante oculos eoꝝ. Dixit superius aliqd fuisse iudeis abundantius datũ: quia lex illis credita esset · nunc uero ostendit nihil hos affatim habere: quo ad proprias actiones · nã cũ reꝫ creditã minus seruassent · magnopere poti9 improbant · abundantius tñ aliqd habere sunt pceteris uisi · qa fuerãt a deo electi · Sed postq̃ ex eoꝝ operibus deum ignominia affecere · & eũ nequaq̃ sunt ueneratí qui amplissimuꝫ illis honorem cõtulisset: nõ solũ nil habẽt q̃ ceteri abundantius: sed reiecti damnant. Inqt igit tanq̃ ex iudeoꝝ psona · qd ergo pcellimus id est plus quippiaꝫ sumus ipsi q̃ ceteri cõsecuti · quo pstare uidemur iudei & a deo probari: utpote qui & legẽ & circumcisionẽ accepim9 · nequaq̃ inqt siquidẽ · iudei equis criminib9 ne maioribus dixerim: sint cũ grecis obstricti vnde id liquet si queras: ex dauid nimirũ & Isaia pphetis · Dauid enĩ dicta sunt illa · nõ est iustus nec un9: & adusq; illud eius terminat oro · maledictõe & amaritudine plenum est: deinceps Isaie sũt hec veloces pedes eoꝝ ad effundendũ sanguineꝫ ad uiã usq; pacis · & nõ cognouerũt · pducit aũt & iudeoꝝ criminatores prophetaꝝ clarissimos · & quẽadmodũ de iudeis hi senserãt patefacit; eoq; & Isaie dictis explicitis rursus & dauid ptulit: Isaias qdẽ liquido de iudeis edisserit & dauid subsequit simul; ac enĩ quis a bono diuertit prorsus inutilis reddit · est enĩ nequicia aliud nihil nisi puersio quedã naturalis cuiusdã ad malũ lapsus: ita ut ad ea que cõtra naturã sunt hoĩem traducat · eundẽq; nulli9 usus efficiat · ita eniꝫ nõ ultra hoc uiro utit ipsa natura · sicuti neq; egrotantẽ ad ei9 opa exercebit · cõtritõ & calamitas: idest delictũ · nil enĩ magis q̃ praua facinora ob ipoꝝ inequabilitatẽ animã cõterunt · uirt9 uero tanq̃ naturale quoddã inditũ nobis est bonũ: qd' nos leuiter facit placideq; deferri · at malignitas ipsa & uicia lõge se aliter habẽt · siqdeꝫ hoĩes diuerse & uariis modis exagitãt · excessuq; quodã defectuq; innotescunt vnde & nobis dispares quosdã & cõcisos animi pariũt mot9: ne dicã futura supplicia · p pacis aũt uiam intelligas uelim eã que p dei uolũtate degit uitã: hec quippe est qetudinis uia: tollite inquit iugũ meũ & inuenietis requiẽ · id sane iter ad uerã christi pacẽ traducit · ¶ Scimus aũt quecunq; lex loquit ut omne os obstruat & subditus fiat oĩs mundus deo) ne forte id dicãt iudei · nihil ad se hmõi dicta spectare · Inqt paulus quodcunq; lex ipsa loquit illis in denuntiatũ: qui sint legi obnoxii: cur enim necesse est ut lex que nobis sit tradita instituat alios legẽ aũt non moysi solum sed uetus omne testamentum appellat · quẽadmodum paulo superius Isaie & dauid dicta legem nuncupauit · pillud uero ut oĩne os

obstruatur iudeorum pretendit [illegible]olentiam & [illegible] neq[illegible]
pheta obstruxit: que instar fluminis ferebatur. neq; enim inquit illos eo fuisse in
peccata plapsos ut eorum ora occluderentur. sed propterea fuisse a pphetis cor
rectos ne cũ imprudentes delinquerẽt erratorum ignorantiã glorie ducerent. nec
solũ iudei sed mundus omnis subditus fiat. id est humilis abiectus inglorius:
ne propriis operibus iustificatus. & ope ĩdigens aliena: hoc est dei gratia. quid
ergo iudee hanc tuã iactitas legem qui sis ut ceteri omẽs & noxius & nil pror
sus ex legis operibus iustificatus. ¶ Per legẽ enim cognitio peccati. nunc aũt
sine lege iusticia dei manifesta est. testificata a lege & pphetis) Si de lege glori
aris iudee: intellige illam tibi maioris supplicii cãm fore: quippe que tibi peccata
aperuit: qui enim prudens & sciens deliquerit acrius cruciatur. uerũ id tibi tua
negligentia cõtigit. qui cum ea que innotuere peccata defugias maiora tibi tor
menta cõsciueris: e quibus eo te pacto poteris explicare si iusticiã dei uel sine le
ge exceperis. deus enĩ quia omnipotens est. uel nullis nostris operibus nos iu
stos efficiet. recte aũt dixit manifestatã esse dei iusticiam. ut arguat illã fuisse p
petuo. & latuisse iam diu. & quia testificata est inquit. id est legis testimonio &
prophetarum asserta. id ipsum demonstrat. haud quaq̃ nuper esse cepisse dei
iusticiam. utpote & qua de moysis lex & pphete mentionem fecissent. iure igitur su
scipienda hec est. que & si uel nullo legis ministerio constet. iuuat tamen quod
diuine iusticie est. uel lege ipa iustificari. ¶ Iustitia autem dei per fidem iesu xpi
in omnes & super omnes qui credunt in eum. non enim est distinctio. omẽs enĩ
peccauerunt. & egent gloria dei. iustificati gratis p gratiam ipsius. per redemp
tionem que est in christo iesu) eiusmodi inquit iusticia qua scilicet iustos nos de
us efficit. ad vniuersos p fidem peruenit. fide enim illata iusti omnes reddun
tur iudei simul & greci. non enim est distinctio. quia & si legem accepit iudeus
haud tamen greco prefertur. Quippe qui a lege peccati acceperit notionem: non
libertatem. quod si pari cum greco obstringitur scelere priuatur etiam eque &
gloria: quando quidem deum prorsus offendit. offensor autem ignominiam sibi
nõ gloriam uendicat. nihil tamen est desperandum. uniuersi nanq; uł gratis &
dei gratia iustificantur. cuiusmodi gratia per redemptionem cõceditur. id est p
libertatem perfectam. quam operatus est christus. is enim nos cũ sese in redẽp
tionem dedisset. iustificauit. ¶ Quem proposuit deus propitiationẽ p fidem in
sanguine. ipsius ad ostensionẽ iusticie sue propter remissionem p̃cedentium de
lictorum in sustentatione dei ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore ut sit
ipse iustus iustificans eũ qui ex fide est iesu christi) Propitiationis hoc loco &
sanguinis meminit: ut iudeo suadeat in christo remissionem & iusticiam compa
rari. subinde dicat. si enim ipsi belluarum sanguine aboleri peccata existimabas
longe magis christi sanguine fieri id posse credendũ est. propiciatorium autem
arce operculum dicebatur. quod cherubin utrinq; obtegeret. p̃ferebat insup & na
turam ipsam humanã que diuinitatis esset uelamen laudibus. preterea ab ange
lorum cetu & potestatibus efferebatur. qui illi sumministrarent. pp̃ter eam que ad
deum uerbum est unitatem. proposuit autem dixit quia fuerat per iesu christi san
guinem predestinata redemptio. ut sanaretur remissio. id est precedentium deli
ctorum mortificatio. in sustentatione christi dei. nametsi plurima xpi bonitate

fruamur: sumus tamen paraliticis & mortuis ipsi psimiles. hec autem sunt ad
dei iusticie ostensioné effecta ne solus ipse appareat iust9 quin & alios peccato
demortuos suscitet. qui potest solus iustificare. si deus itaq; id facere demõstra
tur. id est & decori ducit & glorie nobis iusticiam hoc tempore elargiri. quo &
peccata inualuissent. & nobis nil esset spei reliquu3 tanq̃ qui morbo paralisi ui
deremur correpti & uita perfuncti: quo pacto tu iudeus cum sis istiusmodi dei
gloriam erubescis. ¶ Vbi ergo gloriatio tua exclusa est. p quam legē3 factoꝝ.
nõ sed p legem fidei) ostendit nos fide iustificari. vnde & merito iudeu3 inqui
ens rogat. ubi nam tua est gloriatio & ani tumor. neq; enim ubi est uirtus inqt
quam certe nullam habebat. nisi solam iactantiã. subditq; exclusa est & explosa
hoc est nullum habet temporis spacium: fuerat enim uobis ante christi aduen
tum in lege hac gloriandum. in presentiarum uero nulla est ad id oportunitas
est enim lex uestra inutilis plane deprehensa. si enim illa iustificandi uim habu
issent. quid opus nobis christo fuisset. dicet forte aliquis qua lege fuit gloriatõ
ista exclusa. num ab ipsis operibus lege iubente. qui hec fecerit uiuet in eis. hec
enim lex ipsa mosayca imperabat. nequaq̃ inquit. sed a fidei lege que p gratiam
nõ ex operibus largitur iusticiam. uides ut fidem. legem idcirco appellet. quia
legis hoc nomé apud iudeos uenerationi habet̃: est itaq; tibi o iudee in fide ma
nendum que iustificare uel sola te potest. ¶ Arbitramur enim iustificari homi
nem p fidem sine operibus legis an iudeorum deus tantum: nonne & gentium
immo & gentium. quoniam unus est deus qui iustificabit circumcisionem ex fi
de & prepucium per fidem) Postq̃ ostendit iustificationem in christi sanguine.
nõ in operibus legis cõstare finem sermoni facit: inquitq; arbitramur sane per
fidem cunctos iustificatum iri mortales. neq; id dictu3 grauiter tuleris o iudee
quasi absurdum aliquid ex hoc subsequat̃. nõ enim cuiusq̃ unius dũtaxat partes
tutatur deus: ut te solum saluum facturus sit. quin uniuersos est homines dona
turus salute. hoc loco acerrime iudeos impudentie arguit. utpote qui deu3 aude
ant impungnare. cum nihil existiment. uel gentes salutem assequi p fide3 posse
nõ enim credunt cõmunem hunc esse cunctorum hominum deum. curareq; eq
omnia unus igitur est. id est idem iudeorum & gentium deus. qui & circumci
sum nõ ex lege. sed fide iustificat: & qui in prepucio est fidei intercessu admittit
facta autem circumcisionis & p̃pucii mentione repetit etiã que pauloante dixe
rat. quibus significabat neq; circumcisionem neq; prepucium sine operib9 qcq̃
prodesse. quin obesse potius p se singulas. & utrasq; demũ fide indigere. ¶ Le
gem ergo destruimus per fidem! absit. sed legem statuimus) Cum fidē paulus
asserendo legem destrueret esset q; propterea iudeis infestior. pro eius prudētia
rem leuit inquiens. legem p fidem statuimus. nam quod erat legi propositum:
ut hominem iustificaret. id nequit illa sine fide perficere. siquidem ut p̃mũ quis
credidit iustificat̃. nõ igitur legem destruit fides sed statuit. quo uerbo iacere il
Cap.m iiij lam ostendit quã postmodum statuit erexitq;. ¶ Quid ergo dicemus inuenisse
Abraã patrem nostrum sm carnem: si enĩ abraam ex operibus legis iustificat9
est habet gloriam sed nõ apud deum. quid enim scriptura dicit. credidit abra
am deo & reputatum est ei ad iusticiam) Sat iam de fide rationibus confirmatis
eamq; demũ omnibus necessariã fore uel abrae exemplo cuius maxĩa esset apud

iudeos auctoritas patefacit. inquit neque abraam ille qui tot rebus egregie gestis plurimum claruit. ex operibus est. sed fide iusticiam consecutus. patrem autem hunc secundum carnem appellat. ut iudeos ab ea prorsus que spiritu fit cum abraam propinquitate excludat: quin etiam illos compellit ut abraam omnibus in rebus sequerentur. atque si enim ex operibus iustificatus est ille gloriam habet: sed non apud deum: hoc est gloriari hic potest suo labore aliquid egerit. sed non apud deum: qui uero sit per fidem iustificationem adeptus & hic gloriam apud deum assequitur. & eo gloriatur quia dei gratia salutem ab eo & beniuolentiam est consecutus: potest & aliter apud deum in fide quispiam gloriari cum illum & laudibus effert. agitque pro fide suscepta & gratias: creditque eidem facta fore facillima que fieri non possunt fidit itaque in deo & gloriatur. qui nihil hesitans de deo quam optime sentit creditque illi nihil factu esse difficile. ¶ Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum: ei uero qui non operatur credenti autem in eum qui iustificat impium reputatur fides eius ad iusticiam: sicut & dauid dicit. beatitudinem hominis cui deus in acceptum refert iusticiam sine operibus. beati quorum remisse sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. beatus homo cui non imputabit dominus peccatum) Qui operatur inquit mercedem accipit que credenti cum deberetur soluta est. tametsi nil operetur & fidem pre se tulerit. que magni habetur ut autem haberi pro comperto queat. posse hunc deum qui & si impie uixerit. non solum a tormentis eximere sed iustum reddere. illud subdit: credenti autem in eum qui iustificat. & ideo credenti cui fides ad iusticiam reputabitur. uidelicet illius fidem admittit deus. non eam propter ut mercedem ei dependat: sed ut faciat iustum. num igitur est & hic quippiam allaturus? fidem duntaxat cum itaque abusque abraam per fidem iustificationem huiusmodi fluxisse ostenderit. & dauid illam inducit: beatum appellantem cui dominus crimen non imputauerit. remque ut augeat magnifacit. nam si beatus est cui gratis remittuntur commissa. longe magis & qui fidem pertulerit. iusticiam assequetur: dicet aliquis haudquaquam id asseris uelim: permagnum est enim gratis errata dimitti. is quidem dicique & beatus potest cuius missa sunt facta delicta. neque enim beatum hunc faceret ni gloria insignus esset & clarus: est namque permagna beatitudo hec & iustificatione ipsa prestantior: utpote que pro arce quadam bonorum omnium habeatur: que nobis a domino conferuntur.

¶ Beatitudo ergo hec in circumcisione manet an etiam in prepucio? dicimus enim quia reputata est abrae fides ad iusticiam: quomodo ergo reputata est: in circumcisione an in preputio) Si beatitudo inquit ei cognituit cui nil crimini ascripserit deus: id est qui sit haud dubie iustificatus: iustior ergo factus est abraam & plane beatitudinem consecutus. spectandum igitur quando sit ille iustificationem adeptus. cum in circumcisione maneret: an in prepucio. beatitudo ergo in prepucium cadit: hoc est prepucio magis est quam circumcisioni accomodata. ¶ Et signum accepit circumcisionis signaculum iusticie fidei que in prepucio est ut sit pater omnium credentium per prepucium ut reputetur & illis ad iusticiam & sit pater circumcisionis non his tantum qui sunt ex circumcisione sed & his qui sectantur uestigia fidei. que est in prepucio patris nostri abrahe) Soluit quod posset inferri obiectum. dicet aliquis. si cum in prepucio iustificatus est abraam. cur ergo & circumcisus est? inquit igitur circumcisionis signum. pro signaculo accepisse: quo

& obsignaret & predicaret suam ex fide iustificationem quã fidem uel quã in p-
pucio esset. pre se tulisset. Cum autem duo hec abrae uideant̃ inesse prepucium
scilicet & circumcisio: per prepucium quidem. eorum qui in prepucio sint osten
ditur pater. qui tamen reddat ei creditos nil sui absimiles & ita ut uel illis fides
suscepta ad iusticiam computetur. hoc est ut iusti efficiantur. ex circumcisione
etiam pater esse monstratur circumcisionis. hoc est eorum qui sunt circumcisi. est
itaq; habraam nõ eorum modo qui in circumcisione sunt parens. sed omniũ pla
ne qui sue fidei quã esse in prepucio constat insistunt uestigiis. hoc est qui idez
quod ille & credant & sentiãt. credidit enim ille resurrectura aliquando corpa
morte confecta: habereq; & deum ex se uel decrepito semen excitandi facultatẽ
& filium mox procreandi. huc redit dictorum summa hec omnis. habraam cũ
in prepucio esset: & credidit & iustificatus est. ita ut eorum qui in prepucio cõ-
manerent pater sit habitus. Deinceps circumcisionem accepit in signum eius q̃
in prepucio esset fidei. quam hic etiam cum circumcisus esset seruabat. fit itaq;
ut si in prepucio desit hec fides frustra iudeos haud secus circumcisionẽ iacta
re hanc ualeant q̃ hi qui & si. sacculum aliquem obsignatum ostentent. uacuus
tamen pecuniis deprehendatur. iudeus igitur marsupium gestat circumcisionis
signo munitum cum fidei nullam habeat notionem. cuius signaculum est circũ
cisio. ¶ Nõ enim per legem promissio abrahe aut semini eius ut heres essz mũ
di sed per iusticiam fidei. si enim qui ex lege heredes sunt exinanita est fides: ab
olita est promissio) ostendit iustificationem haudquaq̃ ex lege sed ex fide fieri.
nunc uero assent abrahe. promissionem nõ ex lege sed ex fidei fuisse equitate ef
fectam: at qualis fuit ista promissio. nempe ut mundi heres efficeretur. hoc est
ut in eo uniuersis benediceretur orbis terrarum nationibus. si enim inquit lex fi
dẽ donaret esset hec fides exinanita. hoc est inanis prorsus & inutilis esse cõuin
ceretur. quis enim ultra illius consequende susciperet curã: si lex promissionem
preberet. nequaq̃ res ita se habet. nõ abraham promissionis factus est heres. nõ
lege: quippe que nulla tunc esset. sed fide: quemadmodum & scriptis proditum
est. credidit abraham deo. ¶ Lex enim iram operatur ubi enĩz non est lex. nec
preuaricatio) Confirmat hoc loco promissionem ipsam p legem inanem reddi
inquit enim legem sequitur preuaricatio: legis uero transgressio iram operatur
& maledictionem & supplicium infert: qui autez supplicio fuerit adiudicat9 quo
pacto poterit mundi hic heres fieri. ¶ Ideo ex fide ut sm̃ gratiam firma sit p-
missio omni semini: non ei qui ex lege est soluz sed ei qui ex fide est. habrae. qui
est pater omnium nostrum sicut scriptum est. qui patrem multarum gentiũz po
sui te ante deum cui credidisti) Cum constet legem iram inducere. eo ut abrahã
inquit fuisse iusticiam & hereditatem adeptum. ut omnia per gratiam cedant.
at cui rei conducet hec gratia? nimirum ut promissionem confirmet. non enim
in legis morem. ullam habet in se preuaricationem. ut que semel effecerint nihil
habeant firmitatis. uerum cum uniuersa sint in dei cum gratia. tum misericor-
dia sita: profecto que ab eo conferuntur stabilia forte & certa omni semini. id
est credentibus cunctis. existimanda sunt: neq; his solum qui ex lege fuerint.
id est circumcisis: quin etiam & in prepucio constitutis. qui semen abrahe sunt
& iidem ex fide. ita fit, ut qui fide caruerint. neq; eius ex semine arguant̃ pducti

Qui omnium nostrum est pater credentium scilicet quemadmodum scriptum est. quia patrem multarum gentium te constitui ante deum deo cui credidit. horum talis est sensus. habraam cunctorum est pater ante deum id est ad instar dei est pater. & quemadmodum ille est omnium parens ita & is nõ naturali sanguinis nexu sed fidei propinquitate cunctorum est genitor. preterea & illud adiecit cui credidit. ut arguat hunc pro prestita fide in premium accepisse. ut pater omnium fieret. q̄ si hunc iudeus ipse haudquaq̄ admiseris imminuisti proculdubio honorem: quem ille est ex fide promeritus. ¶ Qui uiuificat mortuos & uocat que non sunt tanq̄ ea que sunt) Quod supra dixerat hoc loco confirmat. credidisse scilicet habraã. posseq̄ deũ & huius corpus demortuũ excitare: redderet q̄ & illi seminis genitalis uigorẽ. iccirco nunc inqt q uiuificat mortuos illo id est q uocat ea q̄ nõ sunt tanq̄ ea q̄ sũt: eo intulit: ut ostendat deo nil prorsus impossibile: uel eos habrae liberos facere qui non essent habrae liberi. & senescentis demortuam uere naturam ad filios procreandos habilem reddere. nec sane qui deducit inquit sed qui uocat. non quemadmodum nobis minus difficile est. suis nominibus appellare: que uisuntur & constant. sic illi facile qui nusq̄ sunt constituere. ¶ Qui contra spem in spem crederet: ut fieret pater multarum gentiũ) nequaq̄ inquit existimes fuisse honoribus habraam temere insignitum. qui enĩ fieri aliter poterat. qui spem preter humanam. diuine prestitit fidem. futurum se multarum gentium patrem. nec ismaellitarum quidẽ: qui ex se nõ fide sed natura fluxissent: sed eorum qui fide sui similes forent. ¶ Secundum quod dictũ est ei. sic erit semen tuum sicut stelle celi. & sicut arena maris: & non est infirmatus fide. nec considerauit corpus suum emortuum. cum fere centum annorum esset & emortuam sare uuluam. in repromissione etiam dei non hesitauit diffidentia. sed confortatus est fide: dans gloriam deo. plenissime sciens quia quecunq̄ promisit deus potens est & facere) Illud quod pauloante dixit. spem preter omnem humanam diuine habraam fuisse potestati confisum. hoc loco confirmet uidelicet quod denuntiatum illi fuisset semen eius ut astra celi futurum. & ut maris arena: ipseq̄ nil fide infirmus quin ea uel enixe seruata. nulla sui corporis rõne: hũta qd esset etate multa confectum. nec sare uulua considerata dupli ci mortificatione affecta. id est senio & sterilitate: demortua non hesitauit. hoc est nil prorsus habuit quod ille ambigeret. quin statim per fidez fortior est effectus. aduerte autem quemadmodum asserat magnis animi uiribus indigere credentem. fuere tamen nonnulli qui fidez eo parui existimarent quia nihil in se preferat difficultatis: opera uero ob id magnifaciant quia plurimum habent sudoris. firmitatemq̄ & robur exposcunt. necessarius inquit credenti erit excelsus & fortis animus. ut diffidentie repellat suggestiones. siquidem abraam ut fide inualuit: deo retulit gratias. nihil humanis inquit fisus est uerbis. quin ea que digna dei sunt gloria contemplatus. credidit illum indubitanter facere posse que fieri nequirent: quod sane in dei gloriam cedit. qui igitur deo fidem nõ adhibuerit. sed herens & dubium pleraq̄ animo uersat: nullam refert gloriaz deo ¶ Ideo reputatum est illi ad iusticiam. non est autem scriptum tantum propter ipsum: quia reputatum est illi ad iusticiam. sed etiam propter nos quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit iesum christum dominum nostrum a

mortuis. qui traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificati
nem nostraȝ) Cum magna quedam de habraaȝ explicasset: ne quis forte occur
rens inquiat. quid nostra hoc interest: sic subdit. quoniam nostri ob gratiam:
scripta hec sunt. & ad iusticiam nobis fides ista concedet. hanc modo paremus
in eum credentes qui iesum a mortuis reuocauit: ꝙ si subdubius maneas quo
pacto poteris adipisci salutem: noscendus preterea qui tua omnia aboleuit deli
cta: qui nullo suo facinore sed ob mundi errata mortem oppetuit. cum itaqꝫ pror
sus innoxius perfunctus est uita merito etiam resurrexit. quo enim pacto ꝗ sit
peccati immunis: detineri apud inferos potuit? mortuus igitur est & excitatus a
morte: ut a prauis nos facinoribus eximat & iustos reddat: ut igitur Abraham
cum eius esset corpus demortuum uigorem pristinum recuperaturum se credi
dit sic ipse pro certo habeas uelim Iesum & morteȝ obisse & ad uitam fuisse a
mortuis reuocatum. quod tibi haud dubie ut tuo progenitori iusticie tribuet.
Cap. v. ¶ Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum. per dominum nostrum
Iesum christum per quem accessum habemus per fidē in gratiam istam in qua
stamus & gloriamur in spe glorie dei) De modo uiuendi hoc loco differit. nam
cum de fide magna quedā dixisset & opera uerbis extenuasset. ne desideres for
te efficiamur & nihil agendo inhesisse inerti ocio uideamur: refert demum quē
admodum ducenda sit uita: cum enim inquit iusticiam nobis attulit fides. ne
quaꝗ ultra peccandum erit; quin potius pacem cum deo conciliemus & uitam
hanc ita degamus. ut illum oblectet. quo pacto inquies fieri hoc licet? nimirum
ꝑ iesum christum dominum nostrum. is enim nobis quos cum delictis obstrin
geremur iustificauit. opem est simul & operam prestiturus: ut in iusticia perseue
remus: eoqꝫ ad se & accessum habuimus. ꝙ si longius nos aberrantes reduxit.
longe magis adeuntes se detinebit. Inuexit autem nos in hanc gratiam. quo pa
cto: in fide scilicet. id est cum fidem intulissemus; uerum que ista est gratia: bo
norum inꝗ omnium que nobis per baptismum obueniunt assecutio: in qua sta
mus hoc est in qua obfirmati & stabiles sumus: permanent nanqꝫ bona illa cele
stia: nec casum aliquem patiuntur: nec solum eorum que consecuti iaȝ sumus est
nobis firma possessio. Sed alia capiendi spes est: gloriamur eniȝ inquit in spe bo
norum uidelicet que in nos sunt conferenda: que cum ad dei gloriaȝ faciant no
bis ut conferantur necesse est; & si minus nostri ob gratiam ut illi tamen gloria
deferatur. ¶ Non solum autem sed gloriemur in tribulationibus. scientes quo
niam tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationeȝ: probatio ue
ro spem: spes autem non confundit:) non soluȝ inquit futuris in bonis nos glo
riamur; sed quod prestantius est. & in presentibus hisce nostris angustiis: neqꝫ
enim id iniquo ferendum est animo. quod angimur ipsi & urgemur: cum christi
ani potius sit hec gloriatio: quo pacto? nimirum quia pressura patientiam parit
patientia uero qui fuerit oppressus probatissimum reddit: qui uero de se experi
mentum dederit sue conscientie bonitati confisus. quia dei ob gratiam malis plu
rimis urgeatur. sperat haud dubia pro his premia se recepturū: cuiusmodi spes
nec labitur unꝗ nec sperantem confundit nec fallit: siquidem rerum humanarū
spes omnis cum exitum qui sperabatur nacta nō fuerit confusionem affert in se
confidentibus: quod tamen haudquaꝗ ea spe que in ea sit habita pōt contingerē

[illegible] largiturus est [illegible] que ubique
se capientibus pariunt uitam: qua uel defuncti fruentur: quo fit ut nihil impe/
diat quo minus uobis ad uota succedat spes n̄ra in deo sita. ¶ Quia caritas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis) Con
firmat que nobis a caritate ipsa quam erga nos deus ostendit sunt obuentura:
quasi huiusmodi inquiat. nihil diffidas non enim bonorum celestium spes ipsa
concidet. qui enim nos adeo est caritate complexus: ut per spiritum sanctū uel
nulla n̄ra industria dei filios fecerit: quo pacto post multos labores nō palma
& coronis donabit diffusa est. itaq; caritas dei in cordibus nostris. hoc est ha/
bundans & opulenta est uisa. spiritum nobis in corde habentibus quem ipse im
miserit. ¶ Accedat etiam q̄ christus cum infirmi essemus s̄m tempus pro im
pius mortuus est. vix enim pro iusto quis moritur. nam pro bono forsitan quis
audeat mori. commendat autem suam caritatem deus in nobis. quoniam si cum
adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. multo magis igitur
iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsu3) Dixerat dei ca/
ritatem in cordibus per spiritum sanctum preferri. quem ipse contulerat: expri
mit preterea uel caritatis ipsius diuine magnitudinem: ob eam quam christus
nostri gratia qui sumus infirmiores hoc est qui deliquimus subiit mortem . Si
quidem infirmitas ipsa peccata pretendit. quemadmodum & iusticiam sanitas.
nec solum pro peccatoribus ille quin & pro impiis ultro mortem adiuit. quod
sane debet maius uideri. tametsi pro iusto uix quispiam morietur prefertur itaq;
amoris immensitas eius qui uoluit pro delinquentibus nobis & impiis morte3
obire. s̄m uero tempus hoc est tempore decenti & destinato. cum enim oportu
num est uisum mortuus est. q̄ si ex caritate mortem ille perpessus est. & p̄ mor
tem iustificauit. longe magis hoc tempore ab ira nos & tutabitur: quippe quos
iam & iustificarit. contulit enim quod prestantius uidebatur iustificationem ui
delicet. & ab ira nos demum. vtrum sit nec ne excempturus ad dubitabimus? a
qua ira cum erimus liberi & bona est ob ingentem eius in nos caritate3 datur9
¶ Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortē filii eius mul
to magis reconciliati salui erimus in uita ipsius) Videtur de rebus hisdem ha/
bere sermonem. tametsi diuersa sint sensa. que comparationibus exprimuntur.
Superius nanq; illud esse nos scilicet peccatis obstrictos proposuit. deinceps iu
stificari subiiciens per comparationem intulit: cum peccatores essemus iustifica
uit per mortem. & longe magis iustificatos saluabit. nunc uero & christi uitam
& mortem repetens rursum comparando explicat sensum. hoc pacto inquiens.
tunc quidem conciliati per christi sanguinem & mortem fuimus. nunc uero eius
in uita haud salui efficiemur? qui enim nec proprio filio pepercit: qui illum mor
ti: conciliandi nos gratia obtulit: nonne uel in presentiarum maxime illius in ui
ta saluos nos reddet? ¶ Non solum autem sed & gloriamur in deo per domi/
num nostrum Iesum christum: per quem conciliationem accepimus.) Nō mo/
do inquit salutem sumus iam consecuti. quin etiam gloriamur in deo: id solum
quia cum impii fuissemus: salui sumus iam redditi. & per unigeniti sanguinem
gloriamur: & per dominum Iesum. quippe cum ipse sit huiusce nobis glorie cau
sa. qui & conciliationis fuerit. ¶ Propterea sicut per unum hominem in hunc

mundū peccatū intrauit & per peccatum mors in oēs hoīes mors ipsa pertransiit in quo omnes peccauerunt.) Cum iustificauit nos dominꝰ Iesus dixisset ad ipsius mali radicem diuertit. peccatū uidelicet & mortem. Indicatq; id utrūq; unius hominis ade initio inuasisse mundum. abscessisseq; item hominis unius. id est christi uirtute. quid uero illud sibi in quo omnes peccarunt. uelit explicabo. In Adam scilicet omnes homines deliquerunt. Nam eo labente. uel qui de ligno nihil edissent: suo crimine mortales sunt facti: perinde & ipsi forent peccato obnoxii. quia ille peccasset. ¶ Vsq; enim ad legem peccatum erat in hoc mundo: peccatuȝ autem non īputabatur cum lex non esset. sed regnauit mors ab adam usq; moisem etiam in eos qui non peccauerunt. in similitudinem preuaricationis ade qui est forma futuri.) Arguere nititur qui de ligno nec manducassent. Nequaq̄ pari cum adam obstringi facinore. alioquin ob ade peccatum haberi pro peccatoribus & fuisse mortales effectos. id ipsum hoc pacto confirmans ad legis usq; promulgationem regnauit peccatum. hoc est anteq̄ lex ederetur. queret aliquis. quo ergo pacto committebatur. nimirum! non ex legis p̄uaricatione. quod enim erat futurum peccandi genus lege non edita! tunc enim delictum admitti existimatur cum leges conduntur. Quas homines aliquando transgressi dicuntur fuisse in crimen collapsi: mors autem ad moysem usq; regnauit. id est anteq̄ lex ulla ferretur: nec profecto illa unq̄ regnasset. ni aliquod extitisset quod hanc confirmasset peccatum. Cum autem perspicuum sit ex legis transgressu que nulla esset. nonduȝ deriuasse peccatum. relinquitur sane ade fuisse preuaricationem: que occasionem attulerit: qua mors ipsa uel in eos regnaret: qui quantum in se esset nil deliquissent: Qui enim non legem accepit: neq; illam transgressus est haudquaq̄ dicitur facinus commisisse. ueruntamen preuaricantis ade similitudine uel ceteri omnes crimine obstringuntur: & cum adā qui forma est christi tanq̄ progenitore fiunt peccati participes: naȝ quemadmodum adam ille uetustior. cunctos uel immerentes: crimini suo fecit obnoxios. Sic christus omnes iustificauit: uel si iustificationem minus essent commeriti. & adam idcirco est forma futuri: hoc est christi. ¶ Sed non sicut delictum ita & donum si enim unius delicto multi mortui sunt. longe magis gratia & donū in gratia unius hominis in plures habundauit. & non sicut per unum peccatuȝ ita & donum. nam iudicium ex uno in condemnationem. gratia autem ex multis delictis in iustificationem) Non modo inquit tantum profuit christus quātum adam offecit: Si enim peccati tanta uis fuit ut delinquente uno: uel ceteri omnes nullo admisso crimine. quia ortum ex eo dumtaxat habuissent: damnarentur: longe magis dei gratia & patris. nec huius soluȝ. sed filii insuper in multos affatim defluxit: nec tanti illud est dei munus. quanti ob unius erratuȝ dānatio. id est addictum damnationi peccatum. quod ex adam uno manauerit. In damnationem. id est in mortem: uel quia eius posteri multum increscentibus uiciis tantopere sunt euecti ad scelera: ut non solum delictis uerum & mortibus infecerint homines. gratia autem ex multis delictis in iustificationem. hoc ē gratia non modo pristinum illud deleuit peccatuȝ: quin & reliqua sustulit mala que postmodum inuasere mortales. quippe cum crimina que post preuaricatoneȝ sūt consecuta. prorsus dissoluerit. nobis ad iusticiā cessit. ¶ Si enī in unius delicto

mors regnauit per unum: multo magis habundantiam gratie & donationis &
iusticie accipientes in uitam regnabunt: per unum Iesum christum. Igitur si/
cut per unius delictum omnes homines in condemnationem ...:) Si enim in/
quit de ligno homine uno gustante mors ipsa regnauit. longe magis & nos q
gratie sumus vbertatem & habundantiaȝ nacti. & iusticiam consecuti. per unū
christuȝ iesum & uita potiemur. & regno. cuius & fratres sumus effecti. & uni
us panis participes. Nec secus illi inhesimus quam capiti corpus. Neq̧ enim
simplici aliquo & unico bono affecti iam sumus. ut quicquam sit de futura glo
ria hesitandum. Sed gratie habundantia bona nobis impartit: qui haud secus
habendi sumus. Ac alius quispiam qui eris alieni sit obstrictus magnitudine
ubi cum liberis & uxore in carcerem truditur: nō solum carcere & debita pecu/
nia liberetur. sed donetur etiam talentis mille. inuectusq̧ in regiam aulam dig/
netur honore amplissimo. sic demum ab imperatore in filiuȝ adoptetur ut itaq̧
sensum concludat sic inquit. Igitur sicut per unius delictum omnes homines
eunt. sic per unius iusticiam in omnes homines diffunditur gratia. hisq̧ & iu/
stificationem pro peccato condonat. & uitam pro morte. ¶ Sicut enim per ino
bedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. ita & per uni9 obe
dientiam iusti constituentur multi.) Non enim rei eiusdem repetitio est ut ap/
paret. sed cum diceret superius sicut per unius delictum sic per vnius iusticiaȝ
Nunc quid sit unius delictum interpretatur. exprimitq̧ quid inobedientia sit.
per quam constituti sunt peccatores q̄ multi. id est homines suppliciis obnoxii:
& mortis rei: quidue sit unius. id est christi iusticia: atq̧ hanc esse mortis obe/
dientiam & crucis mortem. per quam obedientiam morte contrita ex mortis su/
mus erepti damnatione. ¶ Lex autem subintrauit ut habundaret delictuȝ: vbi
autem habundauit delictum superhabundauit & gratia.) Postq̄ ade culpa ostē
dit fuisse omnes damnationi adiudicatos. christi uero iusticia salutem adeptos.
iure quis posset ambigere. quereretq̧ quid ergo tot seculis lex ipsa effecit. Si iu/
sticiam nobis impartitus est christus. inquit igitur legeȝ subintrasse. hoc est ad
tempus aliquod fuisse hanc traditam. non ut prior ipsa iustificaret: quippe que
subiens peccatum potius accumulauit. multa enim iniunxit. que cum homines
transilirent. augebatur delictum. Lex itaq̧ tradita est imminuendi gratia tollē/
diq̧ praua facinora. habuit tamen longe diuersum rei euentum. hominum sane
non legis incuria. cum itaq̧ per legem habundauit peccatum. superhabundauit
tamen per christum & gratia: que non solum a peccatis arceret. quin & iusticiā
largiretur: celestesq̧ faceret homines. & in dei filios adoptaret. eoq̧ non habun
dasse sed superhabundasse dixit ut eius gratie exprimeret vbertatem. ¶ Vt si/
cut regnauit peccatum in mortem. ita & gratia regnet per iusticiam. in uitam
eternam.) Cum superhabundare & gratiam diceret & rei indicat rationem ne
diffidamus: inquitq̧ ad instar regni alicuius se habere peccatum. mortem uero
in militis armati morem: Si nobis igitur dominatur peccatum: quod mortem
habeat sub se militantem. longe magis & gratia in nos & imperium est habitu/
ra: que iusticiam ducet. delicti perniciem! quod cum perdiderit & morti sit inte
ritum allatura. & uitam inductura sempiternam. & quasi acie vtrinq̧ instructa.
peccatum quidem pro milite mortem habebat. gratia uero iusticiā sustulit. igr̄

Cap. vj.

iusticia qḋ regnaret peccatū: & cū & morte in una cū peccato ita effectum est ut uita sit sempiterna inducta. ¶ Quid ergo dicemus permanebimus in peccato. ut gratia habundet: absit. qui enim mortui peccato sumus quo pacto adhuc ui uemus in illo:) Cum dixisset i.b. habundauit peccatū si perhabundauit & gra tia. dicturus est forsitan aliquis: nil ergo committere desinamus: ut increscente delicto concrescat & gratia: id igitur hunc in modum. nunc soluit: absit inqui ens: quod prohibentis est: idq; paulus dictum in rebus solet absurde admodū per alios affirmatis usurpare: ita mox subdit quia peccato mortui sumus. id est quantum in eo est morti abiudicamur. ergo nec ultra illi gerendus est mos. ne rum quo pacto in delicto uiuemus. cum illi scilicet ita afficiamur. ut ei obtempe remus: ex eo autem nouimus fidelem omnez esse baptismatis gratia peccato de mortuum. eundemq; si negligentius agat excitatum tandē & ad uitam redactū ut cum delicto feratur inpreceps. ut impiger contra & diligens apud se semper mortificationem huiusmodi seruat. peccatoq; imperat. & nihil illi obsequitur.
¶ An ignoratis fratres quia quicunq; baptizati sumus in christo Iesu in mor te ipsius baptizati sumus. consepulti enim sumus cum ipso per baptismum in mortem. ut quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris & nos in nouitate uite ambulemus.) Confirmat quemadmodum peccato mortui sum9 per baptismum uidelicet. sumus enim in christi morte nos baptizati. hoc est ut ille morte affectus est: & nos moriemur: baptisma enim in nobis eum obtinet: locum quem crux ipsa & sepultura in christo. ille nanq; carni & mortuus est & surrexit. nos uero peccato morientes uirtuti sumus resurrectum. ut quemadmo dum christus carni surrexit a mortuis per gloriam patris hoc est per suaz diui nitatem. patris enim est gloria filius. sic & nos per aliam quandam resurrectio nem surgamus. id est. per uite nouitatem. sic & mechus aliquis & lasciuus cum sit continentior & si mortuus fuerat resurrexisse constabit. confecta nequicia & excitata uirtute. ¶ Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius. si mul & resurrectionis erimus: hoc scientes. quia uetus homo noster simul cruci fixus est: ut destruatur corpus peccati ut ultra non seruiamus peccato.) Non enim dixit quoniam participes sumus similitudinis mortis sue effecti. sed com plantati. ut ipsius plante nomine & fructum simul ostendat. domini enim cor pus cum esset in terris sepulture mandatū. fructum protulit. Et quoniaz in ter ra ille. nos uero sumus in aqua sepulti: & ipsi quidem peccato. ille corpore ꝓp terea nō morte dixit sed mortis similitudine: quin etiam uel resurrectionis par ticipes erimus. & uite illius sempiterne heredes. quia bonis operibus resurrecti onem pertulimus. nam & uetus ille noster homo id est nequicia. simul est cruci affixus hoc est haud secus q̃ christi corpus suspensum patibulo. baptismo est consepultus. ut corpus peccati destruatur. uel eam dicit nequiciam. que uariis modis composita sit. tanq̃ unum sit corpus. uel q; ex ea in illa corpus hoc no strum pretenditur. in peccata procliue. & ideo inferat. ut nō ultra seruiamus pec cato. uelim autem corpus hoc nostrum morte affici. nō ut intereat. sed ut nihil delinquat. ¶ Qui enim mortuus est peccato iustificatus est a peccato.) de quo uis hominum istiusmodi loquitur. nam quemadmodum qui hac sit uita perfun ctus a peccato iustificat̃ id est soluitur & liberatur. sic & ipse qui sis baptismo

prmus & peccato demortuus in hac morte pilitas necesse est. ¶ Si autem mor
tui sumus cũ christo credimus. quia simul etiam uiuemus cũ eo. Scientes quia
christus resurgens a mortuis iam nõ morit᷑ mors illi ultra nõ dominabit᷑. q̃ enĩ
mortuus est. peccato mortu9 est semel. q̃ aũt uiuit uiuit deo. ita & ipsi existima
te uos mortuos quidẽ esse peccato. uiuentes autem deo. in christo iesu domino
nostro.) videtur hoc loco apostolus longiori oratione prouectus. quod tamen
haud ita se habet. superius nanq; disserint oportere nos semper peccato esse de/
mortuos. nunc uero ut in nobis ipsis uite illius diuine habenda sit resurrectio:
nam si cum christo mortem per baptisma obiuimus: credimus tamen nos uel
uite ipsius nouitate resurrectionem assequi posse nobis perpetuo affuturã. xp̃s
siquidem nõ amplius moriturus uiuit in sempiternum. & quia mortuus sit pec/
cato dicit obisse: hoc est nostris erratis. tametsi morti nõ esset obnoxius. q̃ au/
tem uiuit uiuit deo. id est diuine potentie: in dei eniz & patris uirtute uitã agit
perpetuam. & quoniã non iterato moriturus est christus. nec ipsi quidem scdo
mortem baptismi ob gratiam patiemur. maneamus igit᷑ in prioribus hoc est in
morte quidem peccati. resurrectione uero eius que ſm deuz est uite. hoc in xp̃o
Iesu adipiscemur: id est illius ope. qui enim uel mortuos suscitabit longe magis
& uiuos in uita tutabitur. ¶ Non ergo regnet peccatum in uestro mortali cor
pore ut obediatis illi in concupiscentiis eius.) Postq̃ sat patefecit nos nec uio/
lentia ulla nec necessitate cohercitos. sed uoluntarios ab ipsa nequicia detineri.
nequaq̃ huiusmodi intulit ne scilicet tyrannidem in uos peccatum exerceat sed
minime regnet rex. siquidem uolentibus presidet: cũ uero in nostro mortali cor
pore inquit: duo quedam pretendit: alterum quia minus stabiles sunt corporis
uoluptates quippe quod mortale sit & nõ diuturnum. quo fit ut nihil illi quo
diu letandum sit possit accidere. neq; que laboriosa sunt tollerat. vnde nec ei lice
bit tristia queq; uł agonem defugere: que sunt plerunq; uoluptatibus preuia. al
tero autem nos commonefacit. mortalitatem hanc a delicto fuisse corpori indu/
tam. noli ergo morem ei amplius gerere quod mortem indicat. at quale est pec
cati hoc regnum! tunc quidem illud uidebitur potiri imperio cum in his ei ob/
temperabimus que & uoluptatis sunt & corporis concupiscentie: fit itaq; ut ni
hil officiat corpus. sed id quod ad peccandũ prestat᷑ obsequium: maxime noceat
aduerte aũt quã simus ipsi a christo gratiã cõsecuti: deliq̃t utiq; adã immortale
corpus fortitus. nos uero & si mortali obducimur peccata simul & uita supera/
mus. ¶ Neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. sed exhibete
uos ipsos deo tanq̃ ex mortuis uiuẽtes. & mẽbra uestra. arma iusticie deo.) vbi
nam gentium sunt Manichei qui corpus suapte natura neq̃ & improbũ astru/
ebant. cum constet armorum loco id esse: arma uero medium teneant uirtutem
inter & uicia: Militi siquidem ad ciues tutandos sica conceditur a predonibus
uero ad ciues perdendos ferrum arripitur: nolite ergo exhibere membra uestra
arma iniquitatis peccato. qui enim delinquit: in ꝓximum sepe. in se ipsum semp
nequiter agit. si deo exhibete. plane discernentes. quantũ deũ inter & peccatum
intersit: uel que sit cõditio potior. peccati ne q̃d afferat mortẽ iugũ subire. An
dei qui uitã. cũ uero arma iusticie mẽbra ipsa appellat. & simul q̃d paulo ante di
ctũ est. patefacit. nõ esse corpus ꝑ se iniquũ. si põt illud ad iusticie arma cõuerti

ſimul etiam ut oſtendat imminere & bellum ob idq; ſub deo duce miliciam exer
cendam. & arma fore in anime defenſionem exponenda. ¶ Non enim ſub lege
eſtis ſed ſub gratia.) Corpus inquit hoc uſtrm ante chriſti aduentũ facile a deli
cto expungnabatur. neq; enim ſpiritus aderat opem laturus. neq; qui peccatu;
vim trucidandi haberet; baptiſmus: propterea neq; lex que facienda iniungeret
quicq̃ perficiebat. cum uero chriſtus in mundum prodiſſet facilior facta eſt col
luctandi poteſtas. unde eo acrius nobis ſunt illata certamina quo maiora ſunt
tranſmiſſa ſubſidia. nullum igitur in nos imperium habet peccatum niſi enixius
ipſi ſuccubuerimus. quippe quibus nulla ſit impoſita lex. que iubeat ſolum & ni
hil afferat opis. ſed gratia contributa. que ſuperioribꝰ delictis omniſſis. de bo
nis futuris faciat certiores. ¶ Quid ergo peccabimus quoniam non ſumus ſub
lege ſed ſub gratia. abſit. neſcitis quoniam cui exhibuiſtis uos ſeruos ad obedi
endum ſerui eſtis eius cui obediſtis. ſiue peccati ad mortem ſiue obeditionis ad
iuſticiam.) vbiq; occurri poſſe obiectionibus paulus ſuſpicatur. eoq; illas & in
tam que dixeram uidelicet quod iusticiam nobis & gloriam dederit attendas id ue
lim quemadmodum nec filio suo proprio hoc est unigenito & amantissimo qui
ex se natura sit genitus. cum ceteri sint per baptismum in adoptionem admissi
pepercerit deus: sed pro nobis hunc obtulit: siue ingenui & conspicui gloria: si
ue minus generosi & inglorii fuerimus. neque id modo nostri gratia egit. qui &

occidendum hunc tradidit. cur ergo qui tantis nos effecerit beneficiis non cun-
cta est nobis hoc tempore largiturus: qui enim pro nobis filium dedit. nonne
& creata hec conferet: si itaq; uotis ille minus arguerit arguit sane haudquaq̃ ꝓ
futura que poscimus. noli ergo tantopere ocium & quietem percupere. qui psſ-
suris & malis pro christo exagitaris: eris nanq; & uoti compos. si conducet̃ ar-
guetur quod flagitas. ¶ Quis accusabit aduersos electos dei.) Cuȝ post temp-
tationes alias & illud a iudeis christianis obiceretur. q; instabiles essent & mu-
tabundi & gregatim sese in christi fidem proriperent: eo nunc paulus inquit. cũ
nos deus elegerit. quis poterit electionis huiusce nos incusare. opificem sane q;
seorsum selegerit quicpiam nemo insimulabit. deum uero si quid secreuerit quis
criminabitur. ¶ Deus qui iustificat quis est qui condemnet. christus iesus qui
mortuus est immo qui & resurrexit) Non deum dixit qui peccata dimittit. sed
quod prestantius est. qui iustificat. non itaq; timendi sunt qui uel molestiam in-
ferunt. uel iniuriam & probra ingesserint. quandoquidem elegit nos deus & iu-
stos effecit: qui ue nostri ob gratiam mortem subiuit & resurrexit. christus est
dei filius: quis ergo quos deus sit tot bonis dignatus dampnabit. ¶ Qui est
ad dexteram dei qui interpellat pro nobis.) Interpellare illum pro his eo dix-
it ut christi erga nos explicet caritatem. qui & si carnis assumpte dispensationẽ
perfecit haud tamen. suam in nos clementissimam substulit animi affectionem.
Sed intercedit pro nobis: Non enim intercessio hec vnigeniti ipsius imminuit
gloriam: cum dixerit prius qui est ad dexteram dei: quod plane magnitudineȝ
prefert. & filii maiestatem: Deinceps intercedit adiecit. nil ex eo aliud indicatu-
rus ut diximus. quam summam huius in nos caritatem: dicet aliquis: cum enȝ
patris facta sit mentio. utpote cui adeo nostri ob gratiam supplicetur. imminu-
tur ergo gloria dei & autoritas. quia supplex precetur. quin potius id uel ineffa-
bilem dei in nos prouidentiam patefacit. nonnulli uero interpellat sic capiunt.
videlicet inquantum corpus hoc filius gestat nec tamen deposuit: ut garriunt
manichei. perinde corpus id ipsum ut sit apud patrem interpellatio. nam cum
intuetur hoc inquam deus caritatis cum reminiscitur. quam erga genus huma-
num ostenderit. Sic plane & ad misericordiam flectitur. Hec autem eo paulus
ut sepe diximus: explicat ut ex christianis oppressos mitiget & consoletur. cum
aperit & spiritum pro nobis intercessisse. nec nostri decausa pepercisse filio pa-
trem. quin iustificasse nos & gloria condonasse. supplicare preterea ꝓ nobis &
patri filium: cum itaq; tam multiplex fiat apud patrem intercessio optime uo-
bis sperandum erit. nec quoq̃ pacto animo concidendum. ¶ Quis nos separa-
bit a caritate Christi: tribulatio an angustia. an fames an persecutio: an nuditas
an periculum: an gladius.) Postq̃ ineffabilem patefecit patris & filii & sancti
spiritus in nos caritatem. Spiritu perinde arreptus sic fatur: quis nos segrega-
bit ab amore christi. eum nanq; qui tanto sit caritatis ardore affectus. nihil est
quod disiungere possit a deo: quippe cui tam egregie diuinitus sit prouisum.
Hoc uero tribulationis & angustie nomine. complexus est paulus quecunq; pos-
sunt nos malis afficere. & si minus hec sigillatim enumerat. ¶ Sicut scriptum
est. quia propter te mortificamur tota die. & existimati sumus sicut oues occi-
sionis.) ne forte ob id uideant̃ quia fuerĩt a deo hi destituti malis his afflictari.

& prophetam inducit huiusmodi proclamantem agenteq; consolationis plu-
rimum illa habere que dei ob gratiam toleramus. uel si quotidie mors ipsa sit
subeunda. quod fieri uoluntate potest. natura non potest. mortificari autem illō
immolare est & sacrificium deo offerre: id enim pretendit cum inquit tanq̄ oues
occisionis: ut quemadmodum ille cū occiduntur nihil repugnant: sic nobis cū
malis afficimur. erit equo id animo tolerandum. ¶ Sed in his omnibus supera
mus propter eum qui nos dilexit.) Cum mortificamur dixisset mox & conso-
lationem adiecit. ne quis humanitatis sectatus fragilitatem desperet. nec simpli
citer uincimus inquit sed maxime superamus. hoc est summa facilitate sine labo
re ac sudore: uel in his ipsis uictores euadimus: in quibus & insidias patimur
hec enim perfectior est. & summa uictoria cum exagitati persecutores ipsos &
afflictantes tolerando euincimus. neq; his dictis ipse diffidas. deus enim tecū
vna in hostem decertat. accedit etiam q amore nos ille prosequitur. vnde nec
mirum uideri debet si in malis mediis uictoriam reportamus. ¶ Certus sum
enim q neq; mors. neq; uita. neq; angeli. neq; principatus. neq; fortitudo. neq;
presentia neq; futura. neq; altitudo neq; profundum. neq; creatura alia poterat
nos separare a caritate dei. que est in christo iesu dño nostro.) Primum de dei
in nos caritate disseruit. nunc suum in deum exponit beniuolentie ardorē: utq;
magni aliquid dicere de se videatur sic inquit. eo enim magnitudinis sumus ex
nostro hoc flagrantissimo in deū amore prouecti: ut non mō que in hac uita for
tiri mala solemus. queant nos ab euismodi caritate distrahere. quin etiam uel si
quis mortem futuram illam in eternis suppliciis comminetur. uel uitam polliceat̄
immortalem. id dumtaxat. ut a christo diuellat: is nunq̄ suis bonis fecerit satis
uerum quid mihi uel imperatores uel tyrannos protuleris. quando nec angeli
ipsi nec potestates superne omnes poterant uos a deo eruere. quin etiam me nec
presentia hec nec futura. nec altitudo id est celestia. neq; profundū. id est in ter-
ris sunt: non gloria. non ignominia commouebunt: nonnulli autem altitudinē
pro celorum imperio acceperunt. profundum uero pro imperii huiusce iactura
Si alia preterea esset creatura siue uisibilis siue que mente non obtutu compre-
henditur. nunq̄ a christi me caritate auertent. neq; eo hec intulit p inde ac ange
li homines a deo disiungit. sed sui erga deum amoris ut exprimat magnitudi-
nem nec eum quidem quē se iudei profitentur habere. sed quem in Christo iesu
adeptus est quispiam. iudei quidem & si deum se colere iactitent. non tamen in
Christo hunc colunt: quippe cui nec fidem an adhibeant. ¶ Veritatem dico in
Cap: viiij Christo Iesu non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia mea in spi
ritu sancto. quoniam tristicia est mihi magna. & continuus dolor cordi meo.)
Futurum est ut in orationis progressu ostendat non omnes qui ex habraa sūt.
habrahe fuisse ex semine procreatos: & ne ex animi passione aliqua uideatur id
dicere: preueniens. iudeorum predicat bona. suspitionem huiusmodi sublaturus
fateturq; se uel summo erga hos teneri beniuolentia: ut autem dictis suis. non
abroget fidem. veritatem inquit dico & christo non mentior: produciteq; testes
tres numero: christum; propriam conscientiam. & spiritum sanctum. inquitq; in
gens me inuasit meror qui cor meum pro iudeis obrodit. qui de gratia sunt eie
cti. Id enim erat & si minus expressit dicturus. ¶ Optabam enim ego ipse

anathema esse a christo. pro fratribus meis qui sunt cognati mei sm carnem.) Anathema
Perdiscendum est tibi prius quid anathema sit: est sane seiunctio quedam & ali
enatio: Anathema preterea grece potest latine oblatio dici & sacrificium. & quē
admodum que deo & offeruntur & dedicantur, attrectare audet nemo. sic cum
qui anathemata sit. id est execratione obstrictus. ratione alia quedam nullus cō
ueniet aut secum uersabitur. nam sacris oblationis honoris gratia tanq̄ deo dica
tis appropinquare nulli hominum audebunt. ob hoc uero qui maledictioni fue/
rit obnoxius: non secus ac a prophano & ab ipsa diuinitate alieno secedunt om
nes: quid igitur sibi vult quod paulus dicitur. videtur nanꝫ dictis suis superio
ribus aduersari. Nam supra id clamitans profitebatur. quis nos superabit ab
amore dei. nunc uero optat a deo seiungi. uidentur itaꝫ dicta hec inter se esse
contraria. quod tamen non ita se habet: illud nanꝫ uehementissima quedam in
deum caritate dictitabat incensus Hoc uero ut cum deo perpetuo maneat. Cū
enim vniuersi deum criminarentur. quod hebreos quos antea adoptione & glo
ria dignissimos iudicasset. fuissentꝫ christi progenitores eiecerit & affecerit ig
nominia: & his postmodum gentes suffecerit. qui sui nullam habuissent antea
notionem. eoꝫ & diuinam prouidentiam obtrectarent. pleriꝫ & maledictis in/
sectarentur. tanq̄ nullam in hos equitatem seruasset deus. utpote qui suos fefel
lisset maiores. quos suis ornare beneficiis promisisset. dolens itaꝫ paulus & ꝓ
dei gloria tutandi & istorum maledictis perculsus. optabat se anathema fore.
dummodo detractores huiusmodi salutem assequerentur. & abolerentur eorum
in deum conuitia. uides ut paulus pro eius in deum ardentissima caritate. cupi/
entissimus sit. si fieri liceret sese uel a cetu sanctorum qui deo assistunt. sepositū
iri & glorie illius eterne fruitione non tamen a dei amore seiungi: quemadmo/
dum pleruꝫ consueuere parentes. qui dulcissimo sese liberorum commertio ab
dicant. ut absentes gloriam pariant. cum nihil interea illi ommittant, & prist ne
in liberos caritatis. quin etiam abiectos se & in glorios haberi perpetiuntur ut
illi prouehantur honoribus. Ipse igitur inquit qui res innumeras gesserim. Et
deum ultra quem fert humana natura coluerim. cupiditate teneor & ingenti.
dei ob gloriam si dici fas est. uel a dei excidere gloria: quod sane dictum nō glo
riam tollit. Sed vendicat potius. cum uero pro fratribus meis qui cognati mei
sunt sm carnem inquit. sue in illos caritatis precordia patefacit. aperiteꝫ quam
illorum sit salutis percupidus (Qui sunt Israhelite. quorum adoptio est filio/
rum. & gloria & testamentum. & legislatio & obsequium & promissa. quorum
patres & ex quibus christus. sm carnem qui est super omnia deus benedictus
in secula amen.) Hoc loco iudeos laudat & magnifacit. ne uideatur ut diximus
ex anime passione hec dicere: Tacite autem ostendit diuine uoluntatis fuisse ut
salui redderentur iudei: quod patet ex his: tū quia illos sit adoptione dignatus
& gloria. tum etiam quia & patribus sit multa pollicitus: tum demum quia alia
complura his, & sit precipua sane & egregia impartitus. placuitꝫ ut ab his &
christus originem duceret. Hi tamen huiusmodi dei in se beneficia repudiarūt
Ob idꝫ dei caritatem magnum inmodum abstupescens paulus. agit vnigenito
gratias qui est super oia inquiens. Benedictus deus. Si enī alii inqt maledictus

deum incesserint existimantes haud merito excepisse hunc ad se gentes: nos
tamen qui dei misteria nouimus. Scimus hunc & gloria esse & laude dignũ
Ex his haud dubie uerecundia & pudore obruitur Arius: cum paulus chri
stum vbique predicat & astruat deum. ¶ Non autem quod exciderit uerbũ
dei:) Vror equidem inquit ob hanc in deum blasphemiam. cuperemq; & si
haud quaquam sint omnes habituri salutem. vniuersos tamen saluos futuros
Non enim mentitus est deus aut factas patribus promissiones fefellit tam/
etsi maledici asserant deuz: que aliis promisisset: contulisse in alios: sed aduer
te que subsequuntur. ¶ Non eni omẽs qui ex Israbel hi sunt Israbelite neq;
q; semen sunt habrae: omnes filii:) Quod enim pollicitus est deus inquit &
executus est. dixit vtiq; tibi & semini tuo dabo hanc terram: videamus ergo
quod illud sit semen: non enim omnes qui ex habrahã prodiere sunt habrahe
semen: Neque qui ex Israbele: Item & Israbelite. Sed qui secundum Isaac
geniti sunt. quiue & Israbelis sunt digni uirtute: qua deum ille uidere pro/
meruit. Neque enim ex Iacob dixit. sed ex Israbel. venerandum illud com/
memorans nomen: si itaq;. qui hoĩm ex Iacob oriant̃. dicens comperies sane
dei promissa nil esse mentita. His nanq; sunt promissiones facte: quo fit. ut
haudquaq̃ dignus videatur conuitio deus: quia perfecerat quod fuerat pol/
licitus: tametsi id plerosq; clam habeat. Nec multis sit cognitum. ¶ Sed in
Isaac uocabitur tibi semen) id est non qui filii carnis hi filii dei existimantur
Sed qui filii sunt promissionis: hi deputantur in semen. ¶ Promissionis eniz
verbum. hoc est secundum hoc tempus ueniam & erit sare filius.) Nil ipse
inquit interpretor. Quid uero sit habrahe semen: sed uetus id testamentum
edisserit: In Isaac tibi semen uocabitur asserens. quicunque itaq; secundum
Isaac fuerint progeniti. ex promissione uidelicet certiores sunt habrahe filii:
uel dei potius. Quippe cum id omne uerbo sit diuino effectum. nec enim Isa
ac uel legis est ortus uel nature potentia. Sed promissionis uirtute. secunduz
tempus hoc ueniam inquit. & erit sare filius. dei itaq; uerbum Isaac illi; for
mam & ortum dedit: haud secus & in nosipsos qui & dei filii sumus. cum
in baptismi eluimur lauacro. tanquam in uulua quadam materiam diuina di/
cta pronuntiantur. que nos iterato & effingunt & pariunt: Nam in patris
& filii & sancti spiritus nomine baptizati; renascimur. Et quemadmodum
tunc promiserat deus Isaac nasciturum & res ipsa hunc est euentum sortita:
Sic & nostram quam per prophetas fuisset pollicitus genituraz compleuit:
que per baptismum constaret. Illud itaque in Isaac vocabitur tibi nomen.
Sic intelligitur. videlicet eos esse habrahe filios qui eodem quo ortus est Isa
ac modo. sunt geniti. id est lauacro illo diuino: non ergo frustra dei excidit
uerbum. Sed uero semini. id est his que ex gentibus christi fidem cepere. Et
dei sunt filii facti. promissa seruauit. quemadmodũ & in Isaac egit qui horũ
prefert figuram. ¶ Non solum autem illi: sed & rebecca ex vno concubitu
habens duos filios. Isaac patris nostri.) Ostendit & si multos haberet et
varios habraam liberos Isaac solum id seminis nomen fuisse sortitum. Vn/

de & qui haud absimilem illi ortum haberent. uel eandem esse appellatio-
nem adeptos. Nunc igitur inquit. non in Isaac solum id ipsum poteris cō
templari. Sed quod maius est in fratribus ipsis · ex parentibus vnis susce-
ptis. uel gemellis & partu vnico editis. Esau & Iacob videlicet. Hi nanqꝫ
haud quaq̄ pari sunt sorte vsi. cum alter electus sit. alter odio habitus: nul
la itaqꝫ erit per te ratio exigenda · cur gentes elegerit deus · & habrahe se-
men uel diuinum potius illas effecerit: propulerit uero iudeos & prorsus
eiecerit: · ¶ Cum nondum nati fuissent. aut aliquid egissent boni aut mali.
ut secundum electionem propositum dei maneret · non ex operibus sed ex
vocante dictum est ei quia maior seruiet minori · sicut dictum est iacob di-
lexi. Esau autem odio habui.) necessario mihi hoc loco uel eorum explicā-
dus est sensus que longe post dicturus est paulus. & quoniam querebant
plerıqꝫ cur deus gentes pretulisset iudeis auxeritqꝫ amplissimis semper ho
noribus · presertim cum constet propriis nullis uirtutibus diuina benefi-
cia fuisse promeritas. quippe cum eque essent & ipse peccatis obnoxie colli
git apostolus pleraqꝫ que in dubium ueniunt. nec comprehendi a nobis sat
possunt · & soli deo sunt cognita. Et primum ex geminis illis demonstrat
Neque alterum fuisse ob uirtutem electum: Neque ob nequiciam alterum
odio habitum · cum nondum aut prauis facinoribus essent infecti · aut bo-
nis imbuti: utpote qui materno ad huc utero conderentur · Sed diuina pre
destinatione. id est presentia illum · amorem promeruisse. hunc odium · sicu-
ti & propheta testatur. alium amaui: alium odio habui · ut perspicuum sit
omnia dei nutu & prescientia fieri. Sed quid istos commemorem cum &
Israhelite omnes uitulum effinxerunt · quem colerent: quorum nonnulli
sunt affecti suppliciis. nonnulli euasere impunes. & pharao certe obstinati-
or erat suiqꝫ similes habebat q̄ multos. solus tamen quo iure excruciatur:
vides ut hec mortalibus incomprehensibilia sint & soli pareant deo: sic uo
bis quod electe sint gentes & reiecti iudei absurdum uidetur. Deo uero e-
quissimum. ¶ Quid ergo dicemus · nunquid iniquitas apud deum? absit ·
Moysi enim dicit. misereor: cuius misereor: & misericordiam prestabo: cu-
ius miserebor ·) Addit insuper ut dictum est ante & aliud quiddam ex ue
teri testamento. ostensurus soli deo cognitos fuisse iudeos: Qui & partim
amore essent: partim tormentis dignat[i]m · & si vniuersi in uitulo illo con-
flando pariter deliquissent. Istorum tamen nonnullos miseratus est deus ·
nonnullis uero leuitis tradidit morte mulctandos. Cuius commiserationis
& seuicie causa uel moysem latuit qui tantum apud deum auctoritate uale-
ret · At ipse rationem deposcis. cur gentes presertim: cum essent delictis
obstricte iudeis · honoribus preferantur: Poterat autem Apostolus quam
sibi causam attulisset. vel hoc loco afferre cum diceret Israhelitas exti-
masse ex operibus se iustificatum iri. gentiles uero fide & gratia: quod ta-
men enuntiare in presenti abstinuit. cum unum illud precipue aduitatur.
ut huiusmodi homines diuinorum operuꝫ indagatores coherceat psuasurꝰ

nihil esse dei facta a mortalibus perscrutanda. ❡ Igitur non uolentis ne-
que currentis sed miserentis est dei.) Voluit Isaac Esau benedicere. ius-
sus ille in campum contendit. ut ex venatione. patri cum aliquid detulis-
set. benedictionem acciperet. Deus uero iusto iudicio benedictionez hanc
Iacob qua dignior esset. ut assequeretur effecit. dicet aliquis: videtur sa-
ne liberum hoc loco arbitrium sustulisse Apostolus: nequaquam hoc tol-
lit. Nam quemadmodum cum condenda est domus. in opifice pendere
omnia dicimus. tametsi ille pro se id opus exequi nequeat. Sed & materia
est ad structuram necessaria. & se iuuantium ministrorum indiget opera.
Sed quoniam illi absoluenda est domus fatemur illius esse omne id opus.
Sic item dicere de deo solemus. & in eius potestate cuncta consistere.
Qui nihil a nobis nisi animi exigat promptitudinem. & quoniam finem
ille rebus imponit & benemerentes coronat damnatque sontes: dicimus
vniuersa in eius potestate consistere. ❡ Dicit enim scriptura pharaoni. qa
in hoc ipsum excitaui te. ut ostendam in te uirtutem meam & ut annuntie-
tur nomen meum in vniuersa terra. ergo cui uult miseretur. & quem uult
indurat.) Perorat iam & decernit. nullas esse a deo in quempiam penas
efflagitandas. Cum ipse cui uelit ignoscat: & quem uelit obduret. cui rei
Israhelite sunt argumento. qui uitulum excitarunt. & pharao ille. Cuius
& cor est obduratum. Tunc uero deus mortalium corda obdurat: cum
illos pro eius magnanimitate tollerat diu: cuius deinceps ob tollerantiaz
redduntur iidem obstinatiores ad malum. Nec secus. deus se habet quaz
herus aliquis qui seruum nactus sit improbum. quem vbi humaniter &
clementer utatur facit deteriorem: quod quidem non eo fit quod domin9
seruum malignitate imbuerit. Sed quia seruus domini placabilitate fit ad
augendam improbitatem. & nequiciam usus; utpote qui herilem huiusmo-
di in se benignitatem contempserit. ❡ Dices itaq; mihi quid adhuc que-
ritur. voluntati enim eius quis resistit.) omni studio nititur ut sepe dixi-
mus: patefacere paulus dispensationes huiusmodi omnes & iudicia soli
deo innotuisse. eoque & ambiguitates vndequaque colligit multas. Nec
tamen soluit. ut auditorem vrgeat magis. suadeatque ab homine hec com-
prehendi non posse: Nec plane cognitione vlla teneri: Queret aliquis si
itaq; quē velit deus obdurat: Quid ergo delinquēs culpandus est. quis
enim poterit eius uolūtati obsistere? uoluit ille & obdurauit. eo nec illud
īiuria fit. si obduratus aliqs in aliqd prolabitur facinus. Hunc ergo quo
iure uel culpat uel cruciat deus? Hec itaq; obiectio. idcirco inducta est.
ut arguantur que diximus hominibus esse obscura: & deo dumtaxat com-
prehensibilia. Propterea neque Apostolus ea soluit. Sed hesitantis & du-
bii os obstruit inquiens. ❡ O homo tu quis es ut respondeas deo.) vides
quam reprimat intempestiuam hanc & superuacaneam hominum curam.
& frenos imponat hec conquirentibus erudiatque ad diuinam cognitio-

nem. ut intelligant quanti sit deus & quid valeat homo. tu quis es. num
is qui cum eo habeas partem imperium? An tibi cadit. decernere quid il-
li agendum sit: quidue minime: scrutari nanque utrum hoc illudue deceat
nec ne: eius est: sane qui in faciē deo respōdeat & iudex sit: in hunc consti-
tutus. haud quaquam erit hoc pacto agendum. Sed rebus ipsis paren-
dum est & fides prestanda. ut cunque per eum sint geste. ¶ Num quid
dicit figmentum ei qui se finxit. quid me fecisti sic: An non habet potes-
tatem figulus luti. ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem.
aliud in contumeliam.) Istiusmodi exemplo usus est paulus. non ut libe-
rum nobis demat arbitrium. Neque ut ociosos & desides arguat. sed ut
instruat quemadmodum deo sit obsequendum. utque intentio & quedam
taciturnitas ad obsequendum sit preferenda. nam quemadmodum figulus
inquit eodem ex luto nihil fictilibus ipsis cōtradicentibus effingit quod
animus tulerit. Sic tibi cur deus qui ex vno eodemque hominum genere
tormentis hos cruciet. illos honoribus augeat indagandum nil erit: quin
potius ceruice summissa hunc promisi adora. & lutum quod fingitur imi-
tare. utque illud figuli manum subsequitur. sic & ipse disponentis dei vo-
luntatem sectare: velim tamen intelligas. quod quemadmodum non ficti
ratione sed utentium. partim hec uasa preciosa redduntur. partim vilia,
cum ex vno eodemque luto conficta sint: Sic in hominibus non natura:
Quippe que iura sit omnium. sed uoluntas hos facit supplicio dignos: co-
rona illos & premiis. ¶ Quod si uolens deus ostendere iram suam. & no-
tam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia uasa ira apta in in-
teritum ut ostenderet diuicias glorie sue in uasa misericordie. que prepara-
uit in gloriam. quos & uocauit nos, non solum ex iudeis, sed etiam ex gē-
tibus.) Postquam illorum ora obstruxit qui diuina iudicia inuestigare ad-
niterentur. demum obiecta dissoluit. est tamen hec rei tocius sententia. ire
uas pharao erat. hoc est homo ob innatam duriciem dei iram succendens
hunc sustinuit deus & tollerauit & mira in eum longanimitate est usus.
qua tamen ille abutens in animi duriciem uertit. & factus est ire suscepti-
bile uasculum. & ad perditionem idoneum. quam scilicet sponte adierit. nil
enim deerat quod ad eius perniciem faceret. sed cuncta presto fuere apta
profecto & accomoda que illum ad interitum ferrent. ut igitur hunc furē-
tem. & iracundie vasculum sponte sua effectum. excrutians deus: suam
pre se tulit potentiam. sic & his deus qui plurimum ex gentibus deliquis-
sent, Et sue glorie diuitias patefecit. Et ideo tandem est illos commise-
ratus. Quia illi se commiseratione dignos fecissent. Nec enim clementie
dixit sed glorie. Nam uenia que peccantibus datur in summam cedit deo
ad gloriam. Que autem preparauit. id est que ille presciuit: nec gentiles
dixit saluos esse per eum omnes effectos. sed ex gentibus. aliquos scilicet
Noli ergo iudee id ferre molestius: ecce ex gentibus & si plerisque ignosciē

tamen non omnes sunt ueniam consecuti. ¶ Sicut in Osee dicit: Vocabo
non plebem meam. Plebem meam: & non misericordiam consecutam. mi-
sericordiam consecutam. & non dilectam. dilectam: & erit in loco ubi di-
ctum est eis. non plebs mea uos. Ibi uocabũtur filii dei uiui.) ne forte id
dicant iudei. quid nos fallis o paule talia predicans? Inducit Osee cla-
mantem dicentemq; vocabo qui non est populus meus. Populum meum
uerum quis erat. hic populus. gentes nimirum: que illa dilecta? Ecclesia
gentium. quorum alii in populum concesserunt. adamatiq; sunt. & uiuen
tis dei filii redditi: quod proculdubio uidetur prestantius. At si dixerit
quispiam de iudeis hec dicta fuisse. Qui & si fuerint ingrati admissos tã-
dem in gratiam redusse. non erit ei fides prestanda. nam & si de illis di-
cta hec esse constaret. quid impediret. quo minus uel in gentibus id ipsuz
cadere uideatur. ¶ Isaias autem clamat pro Israhel. si fuerit numerus
filiorum Israhel tanquam harena maris. reliquie salue fient.) nil uno con
tentus Osea. quinetiam & Isaiam inducit clamantem. Hoc est vocem libe
re edentem: & nihil repressum quia non omnes Israhelite salui essent fu-
turi. nisi qui digni salute forent. reliquie autem salue fient. cum inquit. ele
ctos pretendit. quos scilicet reliquerit deus. seiunxeritque: ut dignos ui-
delicet. Cum uero dicit secundum maris harenam. admonet eos promissi
onis. que sit in ueteri testamento conscripta. Cuius indignos se fecerunt.
Perinde inquiat. nolite animo obturbari. si mentita esse uideatur hec re-
promissio. Cum constet prophetas omnes clamitando precinisse. non esse
omnes salute dignos. ¶ Verbum enim consummans & abbreuians in e-
quitate. quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram:) Ostendit
hoc loco quemadmodum reliquum illud israheli saluabitur. inquitq;. nec
laboribus opus esse ad illorum salutem: nec terre ob id longius sunt obe-
unde. nec misera queque. & calamitosa sunt tolleranda. que legis operibus
insunt. Sed deus ipse consumens abreuiansque fidei uerbum in omnes ter
ras. Id quidez in equitate faciet & iusticia. hoc est ut iustificet omnes qui
verbum illud sunt suscepturi. nam si iesum dominum tuo ore fateberis. cre
diderisque corde & animo hunc ipsum fuisse a mortuis excitatum: saluus
haud dubie fies. Hoc sane breuiatum est uerbum: hec inquam compendi-
osa & breuia fidei dicta. ¶ Et sicut predixit isaias nisi dominus sabaoth
reliquisset nobis semen sicut sodoma facti essemus & sicut gomora similes
fuissemus.) Dixit. saluas fore reliquias illas: nunc uero cur sit illud effe-
ctum interpretatur. inquitq; semen illud electum & fermentum ipsum re
liquit iam deus: quod enim elegit dixerat. reliquit nunc dicit. perinde in-
quiat. nisi nos deus ipse tutet᷑ vniuersi haud secus quã gomorra ipsa & so
doma in perniciem ibimus utpote qui ob praua facinora simus damnatio
ni obnoxii. ¶ Quid ergo dicemus q; gentes que non sectabantur iustici-
am apprehẽderũt iusticiã. iusticiã aũt que fide est: israel uero sectãdo legẽ
iusticie. in legẽ iusticie non peruenit.) Hoc loco apertissime causaz refert

qua & suscepte a deo sint gentes. & reiecti iudei. Inquitq; gentes eo iustifica
tas esse quia ex fide tenerent iusticiam: Israhelitas uero. quia iusticie legem. id
est que ex operibus tota constaret. sequentes cōquirerent. nō dū tñ eo ,pueĉtos
ut iustificari potuerint: neque enim tanti lex erat: ut ex actionibus ipsis . iu
stos redderet homines. ¶ Quare: quia non ex fide sed quasi ex operibus legis)
Querit quam ob rem minus sint Israhelite iusticiam assecuti. Et si enixissime
ut assequerentur incumberent. Et disce ergo non ex fide illos iusticiam. sed ex
legis operibus conquisisse: ex legis uero operibus inquit. non iustificabitur om
nis caro: Attende autem non ex operibus dixisse simpliciter sed quasi ex operi
bus ut arguat non ueris illos incumbuisse operibus: sed fucata potius quedam
pre se tulisse. ¶ Offenderunt enim in lapidem offensionis. sicut scriptum est.
ecce pono in sion lapidem offensionis & petram scandali. & omnis qui credide
rit in eum non confundetur.) Qui offendit idcirco illiditur: quia rebus aliis
vacet. Neque ea que coram sunt videat: Igitur & iudei cum legi inhiarent ad
christum offenderunt. id est illi non crediderunt. Nam & ab eorum euentu qui
minime credidissent. christus est offendiculi lapis & petra scandali dictus: ipse
nanq; quantum in se erat pro fundamento fuerat & firmamento impositus. in
quit enim. Et omnis qui crediderit in eum non confundetur. siue gentilis sit
ille siue iudeus. fides itaq; sola est. non opera ipsa que & operatur omnia & iusti
Cap. x ficat. ¶ Fratres uoluntas quidem cordis mei. & obsecratio apud deum pro Is
rahel est ad salutem.) Cum iudeos sit perfidie incusaturus. demulcet hos prius
ne ex odio dicere que dicturus est videatur. Inquitq; uoluntas mea & uehe
mens desiderium. Neque id modo. quin etiam & preces mee pro uobis maxi
me connituntur. non solum ut tormenta illa futura euadatis innoxii. Sed ut sa
lutem etiam consequamini: Qui ergo possum uobis uideri infensus. quibus sim
ipse comprecatus salutem. ¶ Testimonium enim perhibeo illis quod emulatio
nem dei habent. sed non secundum scientiam: Ignorantes enim dei iusticiam.
& suam querentes statuere, Iusticie dei non sunt subiecti.) Videtur initio
quidem illis gratificari. demulcens. inquit enim hos dei zelum habere. non ta
men secundum scientiam: Unde commiseratione dignos potius eos quam sup
plicio arguit. Legis siquidem hi zelo tuentur: que a deo sit tradita. Zelus ta
men huiusmodi haud quaquam secundum scientiam est. Neque enim scire uo
lunt. quemadmodum lex illis cessauerit. nec ultra vim habeat. In sequentibus
uero ostendit contentiosos hos esse & cupidos principatus. Quippe qui cum
propriam querant obfirmare iusticiam. eam uidelicet que legis sit & labore pro
prio & operibus parta. queue & plane collapsa est. Nec queat consistere: neque
hanc statuisse coarguuntur. nec diuine se iusticie subiecisse. quod sane horum &
superbiam retegit. Et mentem prefecture percupidam. uel insaniam potius pa
tefacit. Quandoquidem id querat statuere. quod instabile sit. & ea in re frustra
versetur. at dei iusticia ex fide constat. quippe que nihil exigat. qđ nobis glorio
sum sit aut graue. sed omnis sit diuina in gratia sita. ¶ Finis eni; legis christ9
ad iusticiam omni credenti.) Postq̃ & legis iusticiã dixit. ne forte qui ex iudeis

crediderant. dicerent ergo & ipsi hac ommissa iusticia legẽ transgressi sumus
& item qui prorsus nil crederent id forsan obiicerent. Cum constet igitur in le
ge inesse iusticiam & si minus nos ad id temporis hanc adimpleuimus. om-
nino tñ sumus hãc obituri: utrũq; itaq; cõfutãs paulus inqt. leg finẽ xp̄m ẽẽ
Quod enim lex ipsa uolebat. ut hominem iustificaret. nec tamen est quod uo
luit executa: id christus perfecit. & hominem iustificauit. nec dixeris qui ex iu
daicis institutis ad christi te fidem contuleris. legem te fuisse transgressum.
cum uideas potius legis hanc uoluntatem. fuisse in te finem iam nactam. q̃a
in christum credideris. Nec contra tibi quidem iudee nondum fide suscepta
sperandum est in te perfectum iri legis iusticiam: cuius perfector est christ9
Si iusticiam igitur uendicare hanc cupis. christus est tibi per fidem suscipien-
dus. hoc pacto. omnium factus est compos. ¶ Moises enim scribit. quoni-
am iusticiam que ex lege est qui fecerit homo uiuet in ea.) Confirmat quod
dixit christum fuisse quod lex minus implesset iam executum & moisem asse
rit; dixisse hominem posse ex operibus iustificari: neminem tamen inuentum
esse qui legis opera ista perficeret: eo nec licere quidem per legem iustificari.
¶ Que autem ex fide est iusticia sic dicit. ne dixeris in corde tuo. quis ascen-
dit in celum. id est christum deducere. aut quis descendit in abissum: hoc est
christum ex mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura. hoc est. prope est uer
bum in ore tuo. hoc est uerbum fidei quod predicamus. quod si confitearis:
in ore tuo dominum Iesum. & in corde tuo credideris. q̃ deus illum excita-
uit a mortuis saluus eris.) Audisti legis opera non posse homini iusticiam
impartiri; Perdiscendum tibi insuper erit. quaꝫ facile liceat & nullo labore in
Christo iusticia comparari. quandoquidem perspicuum sit fidem Apostoluꝫ
in corde fundatam uel solam. & oris confessionem exigere. necessarium autem
erit id dictum latius explicare. & quis naꝫ ille qui celos sit conscensurus. qui-
ue in profundum descensurus ad inferos: quod paulus a moyse sumens lon-
ge alteri q̃ littera habeat: interpretratur: Moises interea quantum ad litte-
ram attinet exteriorem. sic inquit: dei mandatum iudee iacet tibi sub oculos.
nec tibi ut hoc ipsum inuenias & potiaris uel celum est inscenderdum. Vel
subeũdus abyssus. sed presto est illud. & tibi ꝓpinquins. Ecce tuo scilicet in
ore & mente adest. nam cuncta tibi per legem aperuit deus. Hec quidem s̃m
litteram disseruit Moyses. aliter tamen longe apostolus. nil hesitet inquit.
Neq; id animo subdubius. uerses. quemadmodum e celo christus descende-
rit: & cruci affixus sit. vel ex abysso cum mortem obiisset. id est ex abditissi-
mo & profundissimo loco emerserit. Quin potius crede s̃m carnem sumptu- xp̄m
rum descendisse de celo: quod item a mortuis suscitatus ascendit. deus enim
hunc suscitauit. potes itaq; uel ob suscitatis dignitatem christo fidem presta-
re: quid ergo hac re facilius. cum in ore salutis uis omnis consistat. & ne ob
facilitatẽ hm̃oi contẽptibile appareat fidei uerbũ. ostẽdit fidei aduersari incre
dulitatẽ q̃ mẽte & cogitatõe uoluat̃. eoq; his uiriliter obsistendum. ne dixeris
inqt in corde tuo hec/illa ue. id ẽ nihil aĩo agites q̃d ãbigas ul' siqd occurrat

quod te in dubium uertat propelle. ¶ Corde enim creditur ad iusticiam: Ore
autem confessio fit ad salutem.) Opus habet & cor oris ministerio. quid enim
prodesset animo duntaxat credere. nisi in hominum conspectu & uerbis profi-
teremur quod credimus. iustificat enim que menti insidet fides. perfecta autem
salus in confessione uersatur. ex ea nanq̃ & fides splendescit & plurimos iuuat.
eget preterea & os ipsum cordis officio: nam plerique ueritate mentita & si chri-
stum ore fatentur corde tamen ab eo sunt longius. ¶ Dicit enim scriptura om
nis qui credit in illum non confundetur. non enim est distinctio iudei & greci:
Nam idem dominus omnium. diues in omnibus qui inuocat illum: omnis enim
qui inuocauerit nomen domini saluus erit.) Cum diceret corde prestari credu-
litatem. & ore confessionem producit sacris ex litteris testimonia. ut fidei. ita &
confessionis. & inuocationis ipsius. quia omnis qui credit & fidem pre se ferat.
necesse est. quia iusti non confundentur. cum uero omnis qui inuocauerit inquit
confessionem designat. que operatur salutem. vnusquisque igitur siue iudeus sit
ille. siue grecus acceptus est deo. quippe qui sit omnium dominus: & diues in
omnibus qui inuocant illum: hoc est opes in his possidet sempiternas. qui eius
inuocauerint nomen. perinde ac dixerit quispiam Imperatorem in auro argen-
toue amplissimas habere fortunas. cum itaque credentes deus pro diuiciis habe-
at: nequaq̃ ipse & si quauis uenia indigna admiseris: desperes. est enim ille vel
te suscepturus ut suarum opum in partem locet. ¶ Quomodo ergo inuocabũt
in quem non crediderunt. aut quomodo redent ei que non audierunt. quomo-
do autem audient sine predicante. quomodo uero predicabunt. nisi mittantur:
sicut scriptum est. q̃ speciosi pedes annuntiantium pacem annuntiantium bona.)
Dixit superius quicunque inuocauerit eum saluabitur. coarguit itaque negligentie
& incredulitatis hoc loco. quia nõ inuocauerint: cur enim inquit non inuocarũt?
quia non crediderunt. quam ob rem non crediderunt: num quia non audierunt
nequaq̃: audierunt quidem & persepe. mox obiectionem hanc subdit. at quo pa
cto poterant sine predicante audire: proinde hanc soluit. dicens: at qui q̃ multi
sunt ad eos: qui predicarent transmissi. at vnde id liquet. dicet aliquis fuisse hos
ad illos dimissos? ad id demum prophetam producit dicentem: q̃ pulchri sunt
pedes annuntiantium pacem annuntiantium bona. nihil enim circumacti predi
cabant apostoli preter bona illa ineffabilia & pacem: que esset iam deo cum ho
minibus ipsis conciliata. fit ergo ut fidei non suscepte. crimen asscribatur iude
is. quia non ceperint predicantes. ¶ Sed non omnes obediunt euangelio. Isaias
enim dicit. domine quis credidit auditui nostro.) Cum predicatores dixisset
prophetharum fuisse testimonio comprobatos. quod diuinitus essent in mun
dum transmissi. eo quod oportuisse ut audirentur ab omnibus haud dubie. in
quit non omnes euangelio paruerunt. nihil tamen ob id iacture patitur ueritas
Illud uero iampridem Isaias predixit. quis credidit auditui nostro: Perinde p
pauci inquiat auditui nostro obtemperarunt. ¶ Ergo fides ex auditu. auditus
autem per uerbum christi.) Hoc dictum a superioribus pendet. ac ueluti pero-
rat. Et terminat que superius dixerat. pretenditque aliud quiddam se dictu-
rum. Nam cum iudeis pro singula tempora postulantibus signa & resurre-
ctionem. Querentibus pene oculis intueri. Fidem dicit ex auditu constare.

quin etiã auditũq esse prestantiorem: eoq preter hanc non esse aliud quippiam expetendum. Si quidem auditio hec non in dictis quibusdam simplicibus. Sed diuinis consistat: Itaq si miracula que a deo prodeunt flagitas. erit tibi & uerbis uti ab eo enuntiatis, fides prestanda. ¶ Sed dico nunqd non audierunt & quidem: in omnem terram exiuit sonus eorum. & in fines orbis terre uerba eorum.) haud secus respondet. ac diceret quispiam. quid ad iudeos illud. si missi sunt qui euangelium predicarent: hi tamen horum neminem intellexerunt. inquit igitur terrarum orbis hos audiuit: & hi dumtaxat sunt auditionis huius expertes. apud quos tam diu sunt predicantes apostoli diuersati. essentq & eorum ex genere oriundi. quo ergo pacto rationis quippiam habere in se uidebũtur hec dicta. ¶ Sed dico nunquid Israhel non cognouit.) Alia rursum obiectio. Si constat inquiet aliquis predicasse apostolos. hos uero istorum dicta nihil exaudisse: ergo nec ueniam merebuntur. ¶ Primus moises dicit ego ad emulationem uos adducam in non gentem. in gentem insipientem in iram uos mittam.) Et si non aliunde ex honore saltem. qui gentilibus ipsis impensus sapere debuissent. Nam cum eos spectarent qui Idolis inseruissent. fuisse tot bonis repente donatos. oportuit eos uel zelo ducti pernoscere. has esse gentes de quibus moises precinisset. non enim solum honoris immensitas hec satis iam uidebatur: ut sese ad gentes sectandas impelleret. quin illud etiam quod abiecti. & uiles a deo haberentur. Qui tantis essent affecti honoribus. ut nec pro gentibus quidem credi apud alios possent: id enim designat quod inquit qui gentes non sunt & insipientes: Nam quid dari gentilibus ipsis potest insulsius. qui lignis & lapidibus inhiarent. ¶ Isaias autem audet dicitq: Inuentus sum a nõ querentibus me. palam apparui his qui me non interrogabant.) Moisem cum dixisset priorem fuisse de gentibus uaticinatum. mox alium inducit prophetam eadem illa apertius asserentẽ. Isaias inquiens audet & dicit. id est uisus est que uera sunt nudius explicare & potius discrimen subire q̃ obticere. Inuentus autem sum inquit a gentibus qui minus me quererent. nec plane rogarent. Quos autem moyses gentem insipientem appellat. Hos Isaias non querentes neq rogantes dicit. tanq̃ indociles & rationis expertes. & quibus essent dei uerba infensa. oportuit itaq uel ex his omnibus iudeos non ignorare. sese fuisse depulsos & esse alienos. id est gentes inductos. ¶ Ad Israhel autem dicit. tota die expandi manus meas ad populum non credentem: sed contradicentem mihi.) Ne causam habeant excusandi. q se gentibus deus inuentu facilem prebuisset: sui uero conuersationem defugerit. Sic inquit tota die. id est per omne tempus manus meas expandi: ut uos ad me traherem. at uos populus incredulus quidem & contumax. obstitistis: uobis itaq id crimini datur non mihi. ipse nanq distentis brachiis: ad me ut iretis hortatus sum. uos tamen minime paruistis: unde patet sane Israhelitas & predicãtes audisse apostolos & cognouisse. haud tamen uoluisse illorum dictis obtemperare. ¶ Dico ergo nunquid repulit deus populum suum. absit: Nam & ego Israhelita sum ex semine habraam. de tribu beniamin. non repulit deus plebem suam quam presciuit.) Cum Israhelitas affirmet populũ cõtumacẽ. pũde ac dubitãs inqt: nũ q ppl'us sit inobediẽs. eo & false sũt repromissiões: mĩme neq enĩ q̃ pscuit pplm de9. reiecit. i. q̃ nouerat eẽ

Cap. xi

ad fidem suscipiendaꝫ idoneū·sum eteniꝫ & ipse israhelita·deinde·ne id illi obi/
cerent:te ergo solum pro populo ducis:rursum infert·nō reiecisse deuꝫ populū
suum cum constet uidelicet ad hominum tria milia extitisse.sicuti patet in actis
apostoloꝝ & aliis infinitis qui in christum crediderunt.¶ (An ignoratis in helia
quid dicit scriptura·quemadmodū interpellat deum aduersum israhel· domine
ꝓphetas tuos occiderunt altaria tua subfoderunt. & ego relictus sum solus: &
querunt animam meam·¶ Sed quid dicit illi responsum diuinum? reliqui mihi
septem milia uirorum· qui nō curuauerunt genua ante baal.) ne forte id dixe/
rint.quid ais paule· tribus milibus aut milibus quinqꝫ uel innumera multitu
dine tantum populi terminabis.qui arene & stellis assimiletur·inquit igitur helie
temporibus milia hominum septem supfuisse quibus erat de salute sperandum
quod tamen nec helie ipsi innotuit· nunc uero nō iniuria dixerim: ꝗ plurimos
esse qui christi fidem exceperint.quod si uos latet nil mirum· quandoquideꝫ &
helias·ille sue etatis homines ignoraret·qui salui essent futuri tacite autem cuꝫ
rem aliā uidetur tractare·& christi mortem interserit:cuius se cede hi inquinas/
sent.iam pridem & ab initio predicatam;uerum ne asserant illi christum sese oc/
cidisse ut seductorem:quo pacto inquid & priscos illos prophetas maiores ue/
stri e medio sustulerunt·num & illi seductores fuere? at nobis dicturi sunt pro
eorum licentia & molesti erant & graues.uerum cur illi & altaria disturbabant
num illa poterant improbare? cur preterea & eliam qui pro eorum salute inter/
cederet·factitaretqꝫ admiratione queqꝫ dignissima ut morte afficerent,conqui/
rebant:Cum itaqꝫ tantus esset improboꝝ hominum numerus.septem milia dū
taxat sibi elegit dominus.sicuti responsū diuinum dicit.id est apparens deus &
loquens.haud igitur est quoq̄ modo si uel gentes & quos dignos presciuent.se
legerit deus.quod clarius in sequentibus demonstrabit.¶ Sic ergo & in hoc tē
pore reliquie s̄m electionem gratie salue facte sunt.) Quemadmodū enim fru/
mentū contusis eiectisqꝫ paleis purius residet·sic malos reprobans deus sibi di
gniores reliquit:cum autem s̄m electionē inquit·gentium studiū patefacit.quo
sibi sint electionis huiusce dignitatē adepti:cum uero gratie dicit. dei dono id
factum pretendit. ¶ Si autem gratia iam non ex operibus: Alioquin gratia
iam nō est gratia.) Maximum sane in modum excusabiles fore hos asserit qui
ex iudeis xp̄i fidem nō exceperint·pinde dicat nec enī excusare illud potestis ne
gocia deum & labores exacturū,ab his, qui se & sectent̃ & colant. quippe qui
oīa sit ꝑ gratiā elargitus.cur ergo salutē respuitis? presertim cum id boni pos/
sit tam facile uendicari·uolentes itaqꝫ omēs salui sunt facti. quos dei ex populo
esse constaret· nequaq̄ ergo populū suum repudeat deus·qui dignus salute sit.
¶ Si autem ex operibus non ultra est gratia: Quoniam opus non amplius est
opus.) Si ex operibus deo grati efficeremur uacaret gratia.si uero gratia uacet
& superuacanea sit uel opera ipsa tollantur. necesse est ubi enim gratia inerit:
nulla requiritur operatio·Et vbi operatio:gratia nulla exigitur·¶ Quid ergo
quod querebat israhel. Hoc non est consecutus· electio autem consecuta est·)
·Cum aperuerit quid gratia sit. Eamque dei donum sine vllis operibus homi/
num esse monstrasset: Asserit demum Israhelitas cum iustificationem conqui
rerent, Nequaquam fuisse hanc consecutos. Quia nec recte quesissent. Et ex

operibus ipsis· quod fieri nō poterat iusticiā se habituros sperarent. electio aūt hoc est qui electi fuissent. illam sunt nacti: ostendit itaqꝫ ꝑ hanc electōnis appellationem. futurorum bonorum magnitudinē. & dei munere cuncta euenire mortalibus. est & illud huiusmodi apud nos sermone vernaculo usurpatum: cōsecutus est ille quod cordi habebat. hoc est sine labore: oblatum aliquid ultro, inuenit. ❡ Ceteri uero excecati sunt sicut scriptum est. dedit illis deus spiritum cōpunctōis. oculos ut non uideant. & aures ut non audiant usqꝫ in hodiernuz diem.) Isaiam huiusce cecitatis testem producit. ne sua uideatur narrare & propria dedit autem deus: id est sinit permisitqꝫ ut spiritum compunctionis haberent. compunctionem autem dicit animi habitum quendam pertinacem ad malum & immutabilem. horum itaqꝫ insanabilem mentem & in malo constantem: compunctionem appellat. quandoquidem hi & oculos haberent. quibus possēt miracula intueri. & aures. quibus domini doctrinam perciperent. his tñ utrisqꝫ nihil oportune sunt usi: neqꝫ hos modo sensus christo domino. sed ne apostolis quidem accomodarunt. ❡ Et dauid dicit. fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in captionem. & in scandalum & in retributionem illis. obscurentꝰ oculi eorum ne uideant & dorsum eorum semper incurua.) Qui enim perseuerant in malo. nec immutantur extremis suppliciis diuexabuntur. & mensa eoꝝ. id est vniuersa fortune bona & delicie omnes his ipsis in contrarium cedent. capiantꝰ insuper & comprehendātur. & cunctis sint in capturam perfaciles. in omnemqꝫ eorum & uitam & scandalum habeant. & pre cecitate offendat. Hec autem cum eorum ex prauis actionibus & peccatis perpeti iudeos monstrasset & mercedē simul exponit. his enim inquit & oculi sunt ne uideant obtenebrati: & mentis prorsus cecutiunt oculi. uel sensibiles quidem & corporei exterioresqꝫ calamitatibus obscurantur. & illorum incuruatum est dorsum. quippe qui romanorum seruitute & iugo premunꝰ a quo nunq̄ soluentur. ❡ Dico ergo nunquid sic offenderunt ut caderent absit.) Cum satis iam eos carpsisset quemadmodum cōsoletur nunc querit. rogatqꝫ num hi deliquerunt ut caderent: id est num facinꝰ insanabile aliquod cōmiserunt. absit: offenderunt enim id est illi si sunt. nec tñ adeo. ut prorsus acti precipites uideantur. uel ita collapsi ut se cuz uelint nequeant aliquando attollere. sunt nanqꝫ & hi uel in seculi consumatione habituri salutem. ita ut salui fiant. sicuti & in orationis processu asserturus est paulus.

❡ Sed illorum delicto salus gentibus ut illos emulentur.) Duo quedaz hic nititur paulus ut & iudeos soletur. & gentium tumorem & insolentiam frenet. inquitqꝫ iudeorum ex lapsu & diffidentia nec christo prestita fide. salutem obuenisse gentilibus. erat sane id consequens & res ipsa identidem uidebatur exposcere: ut horū salus gentiuz preueniret salutē. sed quoniā minus hi paruissent uocate sunt gētes. qđ multis in locis in euāgelio demonstratꝰ. saluati sūt quidez gētiles. ut illos emulentur. id est gentibus collati honores. cum iudeos momorderint. vel harum emulatione sese ad fidem conferant persuadebunt. ❡ Quod si delictum illorum diuicie sunt mundi. & diminutio eorum diuitie gentium quanto magis plenitudo eorum.) Si cum offendissent inquit iudei. tam multis pepere salutem: ut ipsis eiectis admisse sint gentes. & illorum peccatum diuiciarum loco gētibꝰ essent. q̄to magis plenitudo ipsorū. id est cū & ipsi salutē fuerint

penitendo adepti: hec quidem eo nunc differit ut iudeis gratificet͂. & solamen
bis aliquod afferat. nõ enim gentiles si fide caruissent: idcirco salui fuissent ef
fecti. quia offendissẽt iudei. ⸿ Vobis enim dico gentibus. q̃ diu quidẽ ego sum
gentium apl̃s. ministerium enim meum honorifico. si quo modo ad emulandũ
prouocem carnẽ meam. & saluos faciam aliquos ex illis.) rursum cum iudeorũ
demulcet animos gentiles cohercet. inquitq;. laudo uos o gẽtes duabus de cau
sis. primum quia necesse est mihi. utpote qui uos instituẽdos susceperim. hono
rificare ministerium meum. id est uos. secundo ut ad emulationem prouocẽ car
nem meam: hoc est iudeos: sanguine mihi ſm carnem coniunctos. & saluos faci
am. nec uniuersos dixit sed aliquos. tacite etiã illorum duriciem patefacit. & eo
rundem nõnullos emulatione quadam inductos & cõtentõne suspicat͂. gentiles
imitaturos & suscepturos fidem. ⸿ Si enim ammissio eoꝝ. reconciliatio mundi
que assumptio nisi uita ex mortuis.) Si cum iudeis inquit succenseret deus. tã
tis alios donauit bonis. & cum inimicis amiciciã cõciliauit. quibus nõ ille largi
tionibus iudeos est ornaturus. si illos susceperit. erit enim tunc ex mortuis uita
id est bona immunera: id eni prefert ꝑ uitam. simul etiam nescio quid profũdi
us aperit. uidelicet quemadmodũ a mortuis resurrectio. ut nõ iudeorum gratia
futura est. sic nec illorum respectu aliis obuentura est salus. nisi fidem habuerit.
quecunq; autem dicere pro iudeis uidet͂ lenta quadam gratificatione & frigida
ad illorum gratiam loquitur. nec secus ac solent medici egrotantibus plerunq;
gratificari. ⸿ Qđ si delibatio sancta est & massa. & si radix sancta & rami) de
libationem & radicem patriarchas appellat: fermentum uero & ramos qui illo
rum ꝑsuasu crediderunt. consolatur itaq; infideles iudeos. & uos inquiens credẽ
tes. sanctimoniam comparabitis. est enim necesse ut delibationi id est fermento
& massa persimilis sit. & radicibus rami. q; si & uos nõ hanc fueritis similitudi
nem nacti: & summe erit in uobis & pertinacis nequicie argumentum. ⸿ Qđ
si aliqui ex ramis fracti sunt: tu autem cum oleaster esses insertus es in illis. &
socius radicis & pinguedinis oliue factus es. noli gloriari aduersus ramos.) In
fideles iudeos ramos appellat confractos. sunt enim sanctiori hac indigni radice
redditi: & recte confracti sunt dixit. siquidem nunq̃ antea constet ꝑdidisse hos
deum uel grauiter delinquentes ut impresentiarum sunt prediti. pro his itaq;
insertus es inquit gentilis: non tñ plantatus dixit sed insertus. ostendens iudeũ
pro arbore quin etiam uel eadem in arbore. id est in patriarchis ipsis gentium.
consistere nationem. participemq; & radicis esse & qualitatis effectam. id est ei
usdem sortitam esse a deo cum illis. & ingenuitatis & glorie portionem. haud
quaq̃ ergo in ramos iactabundus ipse insurgens. ⸿ Qđ si gloriaris non tu ra
dicem portas. sed radix te.) Id sane auulsorum ramorum erit officium: nam ra
dicis est sustinere. uides q̃ frigide gratificetur iudeis. consolari illos dũtaxat stu
dens quin potius ut gentes sectentur hos concitat. aperiens qualem sint iactu
ram perpessi. & quemadmodum alii sua possideant. ⸿ Dices ergo fracti sunt
rami. ut ego inserar. bene propter infidelitatem fracti sunt. tu autem fide stas.
Noli altum sapere. sed time.) Ostendit hoc loco non propterea fuisse gentiles
inductos. Quia commisissent iudei. Sed fidei gratia. quam pre se tulerint illi.
Quibus uero in rebus. uidetur gentium nationem frenare. Iudeos magis

enudat uenia quauis cōmisisse indigna: Interea tamen & gentilez instituit & iu/
deum. inquies igiť tu. qui gentilis sis. eo fuisse iudeos effractos. ut inserar ip/
se. effracti sunt quidem sed pre ipsoꝝ infidelitate. nō ut honorē aliquem tibi de
beret deus. stetisti enim fide. id est ꝑ fidem radici insertus: itaqꝫ & tibi ne cadas
uerendū est. quando nō nature insertio sed fidei fit. ⁋ Si enim deus naturalib9
ramis nō pepercit ne forte nec tibi parcat.) Illi inquit sanctoꝝ erāt patriarcha
rum filii & fuere ob infidelitatem diffracti. timendū ergo & tibi erit qui indu/
ctitius sis. & nuꝑ admissus. ne forte & delinquenti tibi nō parcat. ⁋ Vide er/
go bonitatem & seueritatem dei. in eos quidē qui ceciderunt seueritatem. In te
autem bonitatē dei si ꝑmanseris in bonitate. alioquin & tu exciderís. & illi si nō
ꝑmanserint in incredulitate inserentur. potens est enim iterū inserere illos.) nō
enim quod recte egeris aduerte inquit. sed dei bonitatem attende. nam omniuz
summa huius in gratia uersatur. & cura ut incumbas nō fide dixit. sed bonita/
ti. hoc est ad usqꝫ finem ea facito sedulo. que dei sint nō indigna clementia. nam
si haud ita te gesseris. nō aliter ipse es prendendus. atqꝫ illi certo sunt inserendi
si nō in infidelitate. ꝑsistenut. neqꝫ enim illos prior precidit deus: Sed ipsi per
se sunt ob eorum incredulitatem precisi: dei autem dicit seueritatem: quia nil il/
lis pepercerit. tā praui labentibus. sed indignos potius iudicarit. qui primorib9
illis & sanctis patribus participes essent. uel aliquo cū illis uinculo uerenť. pru
denter autē ex his que iudeo obtigerint gentilem perterrefacit. & iudeum hor/
tatur gentilis exemplo. ut ꝑ fidē & ipse inseratur: redditqꝫ illum ob dei potesta
tem & spei plenum: potens enim inquit est deus insertionez hanc facere qui om
nia supra humanā spem operať. ⁋ Nam si tu ex naturali excisus es oleastro. &
contra naturam insertus es in bonam oliuā. quanto magis hi qui s̄m naturam
inseruntur sue oliue.) Si gentilis ipse cū improb9 sis maiores tuos habeas ole
astro assimiles. a quibus si ob fidem abscisus & preter naturā fueris bone oliue.
id est patriarchis insertus. quanto magis iudeus qui natura id boni possideat.
nōne ad suā oliuam. id est ad suos patres cōfugiet. s̄m naturam cum a paulo di
ctum inueneris ꝓ re decenti & que ut sequatur necesse sit ceperis. exempli gra/
tia: decuit sane habrae filium patris sanctitatem sectari. & sanctum fore & con
tra cū preter naturā dixerit. ꝓ indecenti & alieno sumendū est: ꝓter naturaz/ est
enim filiū qui a scelerato gentili sit ortus. posse sanctitatē seruare. ⁋ Nolo aūt
vos ignorare fratres mysteriū hoc ut nō sitis uobis ipsis sapiētes. quia cecitas
ex parte contigit in israhel. donec plenitudo gentium intraret. & sic omnis isra/
hel saluus fieret.) Misterium hoc loco illud inquit quod nōdum uel sciri que/
at. uel explicari. quod illud erit id scilicet ꝙ non penitus infideles iudei futuri
sint. sed ex parte illorum sit cecitas. nam ut superius dixim9 ex eis pleriqꝫ quos
deus presciisset fidem sunt assecuti. & alii rursum sunt credituri. sunt tamen in/
terea cecitate hi capti: donec ex gentibus predestinati saluentur. tunc demū que
cunqꝫ crediderit israhelita uidelicet saluus fiet. ⁋ Sicut scriptū est. veniet ex si
on qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. & hoc illis a me testamentū cuz
abstulero peccata eorum.) Isaiam rursum clamitantem inducit. ex sion proditū
qui habeat cōdonande salutis potestatem. & israhelitarum purgandi peccata. at
quādo hec dicis futura. nimirum cum illorum delicta sustulerim. id est cum per

baptismum venia dignos reddiderim. quam nondũ sunt consecuti. quippe qui
cecitate laborẽt. cũ hanc tandẽ omnino sint habituri. ¶ Scd̃m euangeliũ quidẽ
inimici ꝑpter vos. ſm electionẽ aũt carissimi ꝑpter patres. sine penitentia enim
sunt dona & uocatio dei.) Quoniam euangelio inquit. ipsi obtempastis & estis
a deo excepti. contẽtiosiores illi effecti sunt. & desciuerunt magis & inimicicias
acrius uobiscum exercent. & quemadmodũ istorum progenitores ab initio deus
elegit. sic nec sinet hos prorsus iri disperditũ: quippe quos diligat & susceptu
rus sit. demũ si credant. ¶ Sicut enĩ aliquãdo & vos nõ credidistis deo. nunc
aũt misericordiã consecuti estis. ꝑpter illoꝝ incredulatẽ. ita & isti nõ crediderũt
in vr̃am misericordiã. ut & ipsi misericordiã cõsequant̃) Confirmat israhelitas
adhuc demũ futuros. vos quidẽ gentiles inquiens & si priores uocati parer̃ deo
nil uoluistis. quo factũ est ut iudei acciti sint. & legẽ acceperĩt. deĩceps his rursũ
excitis: nec xp̃o obtempantibus. reuocati uos estis & misericordiã cõsecuti. &
commissorum remissio per vos impetrata uel his condonabitur. quando qd &
ipsi uos imitati. credituri sunt tandẽ. vnde & eandẽ quã ipsi iam estis adepti mi
sericordiã. consequent̃. ¶ Conclusit enĩ dñs omia in incredulitate ut oĩm mise
reat̃.) id est coarguit hos incredulos ut alterna contentione alteros saluos red
dat. prius nanq̧ ob gentiliũ cõtumaciã saluabit iudeos. rursũ ut dictũ est iudeis
minus obtempantibus gẽtiles salui sunt facti his salutem adeptis. emulatione
impulsi iudei salutẽ nouissimis seculis uendicabũt. ita ut omnes dei misericordiã
assequant̃. ¶ O altitudo diuitiaꝝ sapientie & scientie dei ꝗ incõprehensibilia
sunt iudicia eius & inuestigabiles vie eius.) Dei dispositiones reputans secum
Ap̃ls. ul̃ que a mundi constitutiõe fuere unq̃. animo versans: quẽadmodũ scilɜ
cet cõtraria constare contrariis faciat. ꝑ que alterius inobedientiã alterius obse
quiũ arguat. mirat̃ & obstupescit. nihil diffisus qui nr̃a tam optĩe disposuerit.
uel in futurũ de iudeoꝝ salute rationem deniq̧ habiturũ: diuicias uero bonita
tẽ appellat. cuius uel solã altitudinẽ demirat̃. quin de quãtitate nil differens cõ
ticescat. diuiciarum uero ideo intulit. quia gentiles ipsos ex fide prediuites fece
rit. cũ bonitate preterea dei sapientiã expauescit. mirabundus & stupens qua &
nostra dispenset. & gentiles indociles; reddat prudentiores. & scientiã stupet q̃
quod cuiq̧ utile sit. facile internoscit. nec eius incõprehensibilia iudicia dixit. s
inscrutabilia id est que scrutari nequeant prorsus. Nec plane disquiri. & vie. id
est dispositiones. que non modo nulla possunt cognitione complecti. Sed ne
ĩuestigari quidem: nec nullũ uestigiũ pateat. ¶ Quis enim cognouit sensuz dñi
aut quis cõsiliarius eius fuit. aut quis prior dedit illi ut retribueretur ei.) Solus
inquit que sua sunt nouit deus. & preter eũ alius nemo. Cunq̧ & sapiẽs sit ab
alio consultore nemine est ad sapientiã eruditus: sed ipse sibi est satis. & bonoꝝ
est omniuz fons. quodcunq̧ largit̃ nõ accepti muneris vicissitudine. nec ulli ob
noxius. s suapte bonitate largit̃. qs enĩ prior tradidit illi. id est deo. ut ei retri
bueret̃. id est ut dei beneficium tanq̃ remuneratio aliq̃ accepti officii reddita ex
timet̃. ¶ Quoniã ex ipso & ꝑ ipsuz & in ipso facta sunt omnia.) Ipse fons om
niũ est & origo. qd̃ cũ ex ipso inquit ꝑtendit̃: & omniũ reꝝ effector. qd̃ ꝑ ip̃m
significat̃. & in se cuncta cõplectit̃. qd̃ cũ in ip̃m dicit exprimit̃. vniuersa nãq̧
ab ipso & ortũ habent. & ꝑ ipsuz effecta sunt. & in ip̃m tanq̃ in fundamentum

aliquod iuxta perstant & cōtinent̃ · & uertunt̃ omīa. ❡ Ipsi gloria in secula se-
culoꝝ amen.) Solet paulus cū magni aliqd dixerit & gratias agere & ꝑoras
quēadmoduꝫ & hoc loco facit. nā postq̄ dei & bonitatē & sapientiā scientiamq̧
& dispositiones contemplando obstupuit. gloriam illi & laudem reddit: nosq̧
facere item instituit. ut bonis affecti ingentibus. & uerbis & optimis uite acti-
Capi: xii onibus: gratias deo & laudes referamus. ❡ Obsecro itaq̧ uos fratres ꝑ miseri-
cordiā dei. ut exhibeatis corpora uestra hostiā uiuentem sanctam deo placentē
rationabile obsequiū uestrū.) postq̄ satis est sermoni dogmatico immorat9. ad
moralem ꝓcedit ubi uero ineffabilē dei erga nos dispensationē ostendit & bo-
nitatē: hortat̃ & orat: ꝑ dei misericordiā. perinde hāc mediatricē ꝓponat. ut hu-
ius saltē pudore ducti nil ipsi agamus qđ sit ea indignū. uerū qd ille orat: nem-
pe ut ꝓparemus corpora nr̃a. id est ut illa ad preliū exponamus: dici enīꝫ sic uul-
go solet. parauit milicie princeps ad bellum acies. & instruxit. uel qa debemus
ipsi deo mēbra hec nr̃a tanq̄ imperatori ꝓferre ꝓbatiora & fortia. ishuiusmodi
enī sunt q principibus astant. quinetiā eadē illa in hostiam uiuam sunt offeren-
da. ut hisdeꝫ castigatis tandē & fere confectis: scđm spiritū uitā ducamus. enīꝫ
uero nihil est iudeoꝝ immolatio deo accepta. Quis enī hanc inquit a manibus
uestris requisiuit. fideliū uero sacrificiū & rationabilis seruitus: magnū in mo-
duꝫ a deo reposcitur. inqt enī immola deo sacrificiū laudis. & illud sacrificium
laudis honorificabit me. ratōalis aūt seruitus nō soluꝫ que ratione & iure opti-
mo deo impendit̃ dici pōt: sed etiā que scđm xp̄m ducit̃ uita. cū nullū in nobis
qđ absurdius sit uiciū dn̄at̃. sed nr̃a omīa & ratio ipsa moderat̃ equitas: & quē-
admodū pōtifex aliquis maximus sui iuris efficit̃. cū internā mactat nequiciaꝫ
& siue uerba hic faciat. siue qd agat. deo uidet̃ assistere: sic tibi trepidandū as-
siduo. nec secus ac solet pōtifex ille cū rem agat diuinā & sacris astat altaribus
❡ Nolite cōformari huic seculo. sed reformamini in nouitate sensus ur̃i.) Et
modum suggerit quo sit rationalis hec seruitus cōparanda. q modus tunc sane
ꝑ nos adhibebit̃ cū nihil enim9 huic seculo ipsi cōformes. qđ nil habet qđ aut
diu constare possit. aut stabile sit. sed illius cūcta & momentanea sunt & figu-
rā uel solā asseruāt. nec substantiā hn̄t aliquā que subsistat & firmior sit. nolite
igitur huic seculo cōformari. mutabundo & labili. id est nolite saper̃ que seculi
sunt. sed mētis ur̃e īnouatione trāsformamini. hoc est innouate uos ipsos. exem-
pli gr̃a. es ipse diuturnis criminibus obuolutus. obduxit & annis e prauis faci-
noribus sitū. & uetustior iam effectus est ille. nouū hūc reddito. castiga & stu-
de ut magis ac magis in uiam redeat castigatus. sic ꝓculdubio innouaberis: cū
formā hanc tuā ad meliora transtuleris. aduerte aūt eo nos conformari minus
debere huic seculo dixisse. quia breue sit illud & facile dissoluit̃. & figuram pre
se labilem ferat. cū uero de uirtute agit & spiritus innouatōe trāsformamini in-
tulisse ut uirtutem ostendat. nullā habere in se adumbratā figuram. sed formā
uerā & subsistentem. nec ullo indigere exteriori ornatu. quēadmodū mundus q
se & comit quidē & figuris quibusdā expolit ut nos fallat. debem9 itaq̧ semp
in uirtutis effigiem transformari. Innouatōe a prauis ad bonuꝫ desumpta. & a
minori uirtute prouehi ad maioreꝫ. ❡ Ut probetis que sit uoluntas dei bona
& beneplacens & ꝑfecta.) cuꝫ innouamini dixerit. noui semp effecti. infert etiā

cui rei conducat istiusmodi mētis innouatio· inq̄tq; ut ꝓbetis· id est ut noscatis
que dei uoluntas sit: qui enim mentem gesserit uetustate confectam; longe abest
a diuine uoluntatis cognitione: que sane exigit ut in spiritu & paupertate uiua
tur: & luctu: & alus in rebus: quas lege cauit. at qui mente & animo innouatur
tenet haud dubie quid deus uelit· nec tamen ea cognitione; qua & iudei qui a le
ge pendebant: que & si pro dei tunc uoluntate in legem sit habita· alioquin nec
grata fuit neq; perfecta: nō enim ut precipua lata est illa· sed ob illorū imbecilli
tatē concessa· Testamentum uero hoc nouum & pfectū est & deo acceptum· po
test s̄m basiliū dei uoluntas uel in hunc immodū intelligi· q̄ multa uult deus; q̄
partim quia nobis in beneficiū cedunt· & bonitate sunt plena: bona dicunt̄· par
tim mala; quia inferūt malū: quod ꝓfecto tum fit: cū nostris prauis sic moribꝰ
irascit̄ deus: tametsi illorū finis optimus sit futurus· debemus igit̄ bonā hanc
dei imitari uoluntatē; que uero fuerit ad malū procliuior; nequaq̄ erit sectanda
nō enī ipsi inferendorū maloꝝ sumꝰ ministri· sed potestates ille peruerse fūgū
tur hoc munere· primū itaq; aduerte que sit dei uoluntas in bonū: qua ꝑcepta:
quid illis deinceps sit beneplacitū: spectato· sunt nanq; bona pleraq; que uel tē
poris ratione uel persone; nil placeant· exempli gratia· bonū est quidē deo offer
re icensū· ozias tñ cū id obtulisset nō placuit· bonū p̄terea fuit ut dei archana
discipul' crederent̄· haud tamē erat cum nōdū tps adesset; deo id placitum· nō
enim inquit potestis nunc portare· cū aūt simul & bonū erit & bene placens: cu
randum ut perfectū & integrū sit: quod bonum cū erit hoc modo absolutum:
uti res postulabit tribuendū est nō mācū uel īminutū· sed in simplicitate· id est
affatim & liberaliter: q̄ si parce illud donetur· nil plane perfectioris mensurē mo
dū assequet̄ istiusmodi largitio· ¶ Dico enim ꝑ gratiā que data est mihi· omni
qui est inter uos; nō plus sapere q̄ oportet sapere· sed sapere ad sobrietatem) pre
eius humilitate apl's nullibi dignū se dicit: cui fides p̄stet̄· sed dei clementiā; &
gratiā sepe interserit quibus omīa se consecutū fatet̄· nō meū aliquid inquit edis
sero· sed dei ex gratia & eius suggestu dicta hec profero· omnibꝰ aūt edico tam
priuato q̄ magistratū gerenti· nō esse ultra q̄ sciri oporteat; sapiendū· & primū
quidē de humilitate disserit· a qua & xp̄us exorsus est; cum inquit beati paupe
res spiritu: qđ aūt paulus hoc loco sentit huiusmodi est· optet q̄dē sapere: hoc
est excelsam habere mentem· sed ad habendam celestium cognitionē; & cōculcā
da terrena· nō ut in proximos superbiamꝰ· id enī foret longe plus saper̄ q̄ opor
tet· s̄ ut sapiamus ad sobrietatē· id est ad humilitatem· accepimus enī sapientiā
nō ut ea ad insipientiā: sed ad sobrietatē hoc est ad humilitatē utamur· quod eo
dixit; ut arguat qui se nō humilē exhibet: desipere· & plane efferri: qui uero pre
se tulerit humilitatem; mente hunc esse integra eo q̄ & optime sapere predicari·
¶ Vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei·)Cū diceret nobis nō ultra sapi
endū q̄ ratio ipsa deposcat· sed sobrie sapiendū; disserit & quemadmodū sapere
debeamus· & ut sic sapiamus ut putemus unicuiq; deum fuisse mensurā fidei·
impartitū· & quoniā singulis deus fidei mensurā diuisit: nō enī id tua uirtute; s̄
dei munere effectum est: qđ siue magnū sit illud siue exiguū: deus ipse largitꝰ
est· fides aūt hoc loco ꝓ dei grā sumēda est· qua illa miracula factitarēt· duplex
nanq; est fides· nr̄a; altera· ut illud; fides tua te saluū fecit: altera dei est donum·

qua fiunt miranda. ut illud: si habueritis fidem ut coccum sinapis, dicetis mōti huic &c. ¶ Sicut enim in uno corpore multa mēbra habemus, omnia autē mēbra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in xpo: singuli autem alter alterius mēbra.) Corporis & mēbrorum exemplo eorum tollit elatōem qui sapere ultra modum conquirunt. nam quēadmodum unū est corpus & mēbra habet diuersa, uarios actus operantia: sic & fideles ipsi unū in christo sunt corpus: tanq̄ capiti innixū & p se quisq; adinuicem est alterius mēbrum, ita ut non solū qui maior est minoris sit membrū: sed minor maioris. nolite ergo inuicem superbire quandoquidē & ipsi non secus ac membra, alterna opera indigetis. ¶ Habentes autem donationes scd̄m gratiā que data est nobis differētes, siue pphetia sm rationem fidei.) Non enim numerum uel magnitudinem ul' paruitatem expressit eos habere: sed uarietatem: ut ul' ex nomine ipso eorum qui effe runt reprimat insolentiam. nec officia dixit & uirtutes: sed donatōnes appellat vt a deo asserat ista concedi. qnetiā ut segniores ad studiuz excitet: ostendit & ipsos, ut frui his donis liceat: conferre aliquid posse: vnde inquit siue pphetiaz sm fidei proportionem: que & si gratie sit loco habenda, haudtn̄ effundit teme re: sed tn̄ influit: quantum uas aliqd offerat qd excipe se sit accomodū. cuius pphetie iccirco meminit prius ut nos cōmonefaciat ne condemnemus uel delinquentes: qui id muneris sint cōsecuti: diceret deus quos mea gratia ipse non spoliarim tu quis es ut cōtemptui habeas? ¶ Siue ministeriuz in ministrādo.) Est sane priuatū quiddam dispensandi donum: administratio: qualis illa septez diaconorum fuit: potest tamen pro quouis opere spiritali intelligi. infert igitur si quis administrationē susceperit: in administratōne uidelicet maneat. neq; hāc preter aliud querat: neq; in aliū supbiendo insurgat: sed maneat accepto cōtentus. ¶ Siue qui docet in doctrina.) Si generalem quandam administrationem intelligis: accipe etiam huius & spēs enumeratas: si priuatam: attende quemadmodū uel huius prius fecerit mētōez uel si inferior sit: et doctrinam que sit longe prestantior secundo loco posuerit: indifferentem in his ordinem preferens: & plane per hec instructurus: neq; intumescendum his esse: nec quoq̄ pacto superbiendum: qui aliis prestare quauis gratia uideantur. ¶ Qui exhortatur in exhortationibus.) Quinetiā uel huiusmodi adhortatio doctrine quedam est species. ea quippe dicitur esse doctrina uel simplex: que possit de re qualibz disputare obiecta: exhortatio uero que animū merore uel ira affectum: & continet uerbis & frenat: qui igitur inquit hortatur in hortatōibus pstet: hisq; & operam impendens: neminem per insolentiam aspernetur. ¶ Qui tribuit in simplicitate qui presidet in sollicitudine:) Cum doctrinā & exhortationē cōmeminisset: que animis president ad tutellaz: nūc de rebus corporeis differit: que scd̄o sunt loco habende. Simplicitatem autem habundantiā dicit: est eniz necesse habunde largiri. nulla nanq; pmansura est uirtus que exercet' remissi9. Accedit et uirgines cum oleum haberent: alioquin quia satis esse non uidebat' fuisse reiectas: nec minus & presidentem oportet diligentissimū esse: nec munus sibi iniunctū exequi neglıgentius: presidere nanq; est: cum uerbis: tum ppri corporis aminiculo opem prestare indigenti. et quoniam pecuniis iuuandos fore inopes dixit: & earum non multis sit copia: esse tn̄ cum presidemus: egenis p uiribus

studiosissime succurrendũ iniũgit. ❡ Qui cõpatiť in hilaritate.) Dixit supius
habũde esse & sollicite tribuendũ: & qm̃ plerique & si q̃ multa impartiant̃ inuiti
tñ id agũt: mestique ↄferũt sua: necessariũ fore inqt ut in habũdãti largitiõe nll'a
isit tristicia: sed hilaritas potius & trãqllior facies: est nãque letãdũ magnope cũ
tibi ex tenui quodã & pexiguo precio celũ uẽdicas: aduerte aũt hoc largientis
esse & cõmiserãtis discrimẽ: q alter qđ ab alio ceperit in aliũ cõfert: alter uero
que sua sunt tribuit. ❡ Dilectio sine simulatione.) Ostendit quẽadmodũ per
fici possint p̃dicta: nũc caritatẽ ait nequaq̃ debere fucatã esse: tũc eni & amorẽ
dicit subsecuturũ, & cũcta factu fore facillima: cũ is q cle mẽtior sit, hilarem se in
locãdo bñficio prestet. & diuicias alienis perinde ac sibiipsi ipartiat: & si prefu
erit omni studio presit: qñquidẽ ꝓximi grã nõ secus ac ꝓ seipso contendat.
❡ Odientes malũ.) Dixit de caritate, & qm̃ est noxiũ quoddã amoris genus:
cuiusmodi predonũ uel istiusmodi ad furta cõspirãtiũ bñuolentia illud infert:
odiẽtes malũ: id est ex animo malũ odio habetote: cũque plerique sint qui & si re
ipsa a prauis abstineant facinoribus: sunt tñ ea ppetrandi cupidiores: ↄdiũ inqt
aduersus neqtiã qđ ex corde ꝓdeat a uobis exegerim: ut aĩa purior sit & inte
grior. neque cũ illud auditis: amate uos inuicẽ existimabitis uos cõcitari ut cõspi
retis ad malũ: sed uelit qđ est his lõge diuersum, alienos uos fieri nõ m̃õ ab actiõ
nibus prauis sed etiã ab oĩni mẽtis affectu q ducat ad malũ. ❡ Adherentes bo
no.) Nec sat est mala defugere, sed incũbendũ etiã ut bona operemur: ppterea
& bono inherẽtes dixit id est ut animi quodã affectu qđ bonũ est ꝓsequamini
nec secus & deus, cũ uirũ femine arctius copularet uxori inherebit subiecit.
❡ Caritatẽ fr̃nitatis inuicẽ diligẽtes.) Cõmonefeci uos inqt ut mutua uos be
niuolẽtia cõplectamini: & merito qdẽ id erit p uos exequẽdũ, estis nãque fraterni
tatis uinculo nexi & una ex uulua & lauacro ꝓcreati. equũ est itaque ut ad inui
cẽ amiciciã ineatis qua uel magis fr̃nitas hec innotescat: & amicicia quã frater
nitas parit: gratior sit futura et firmior. ❡ Honore uos inuicem preueniẽtes.)
Differit hoc loco quẽadmodũ fraterna hec caritas diu sit permãsura. tum scilz
cũ se frẽs honore preuenerint: in eoque exhibẽdo se uel officiis alternis anticipẽt
❡ Sollicitudine nõ pigri.) Qm̃ uident̃ plerique honore ꝓximũ, animo dũtaxat
ꝓseq: nec tñ manũ porrigunt indigẽti uel opẽ ferũt, studio esse inqt & diligen
tie connitendũ: ut dũ aliis presidemus. & auxilio simus: ❡ Spiritu feruentes.)
Haud secus ac q̃spiã roget: quo pacto efficiemur sollicitudine nõ pigri? respõdz
si spiritu erimus feruentiores, id est si exciti fuerimus & caritatis ardore incẽsi.
at illud uelim aduertas q cũ plerasque uirtutis spẽs explicasset: demũ & spiritu
feruentes intulerit: ꝑinde ac q fuerit dicta hec oĩa cõsecutus: & spũs sit grãm
habiturus: & ab eo incẽsus feruescat. ❡ Dño ſuientes.) Cũ fraternitatis amo
re tenebeִris & caritatẽ simul habuens & reliq̃ fueris: que superius narrata sunt
nactus: tũc deo uideberis inseruire: q in se excipit quodcũque in frẽm contuleris.
❡ Spe gaudẽtes.) Qm̃ magna quedã & factu difficilia exegisse uidet̃: ait nũc
quẽadmodũ fieri hec facilime queãt: si spe uidelicet ipsi iuuabimur. spes eni ui
rilem admodũ aĩm reddit & ad obeunda pericula fidentiorẽ. ❡ In tribulatiõe
patientes.) Et qm̃ spes de futuris habet̃, assent eũ taz in p̃nti hoc seculo q̃ in
futuro magni aliqd boni uẽdicaturũ: q ex angustie & pressure tolerantia de se

periculū fecerit. ¶ Orationi instātes.) Magno uel id futurū est adiumēto: id est orō ipsa, ut cōseq cūcta possimus que sūt supius explicata nec qdem simpliciter orātes dixit ſ orōni insistētes: ut si nihil initio statim accepis depcatus: instādo tñ ad uotū cūcta pficias. ¶ Necessitatibus sanctoꝝ cōicantes.) Superius dixit q in hilaritate cōmiserat, uniuersis plane manū porrexit & opē tulit nūc ūo de elemosina meminit: que in fideles ipsos cōfert, qs sanctos appellat: nec solū inqt istoꝝ necessitatibus subuenite qn uelꝫ & pticipes sitis: arguens p mercimonia id haberi oportere: cuius & lucrū in cōe sit ꝯcessuꝝ. si qdeꝫ tibi tribuēti argētū: illi ꝯtra dilaturi sunt celū: sic sane cū nūmis celestia cōmutabis. nec deliciis sanctoꝝ dixit ſ necessitatibus succurrendū: ut ocius impetret qđ hortat. nā quo pacto nō inhumani uel īmanes potius uideri debēt q sanctoruꝫ nō subueniat indigētię. ¶ Hospitalitatē sectātes:) Non dixit tractātes, ſ sectantes: ut nos instruat, nil expectandū fore ut nos adeant paupes: ſ occurrendū his poti9 esse: insup & psequēdos hos esse: ut habraam & loth illū fecisse memorie pditū est. ¶ Bñdicite persequētibus uos. bñdicite & nolite maledicere.) Postq̄ eos de caritate fraterna & erga pximos amore instruxit, demū quē admodū nos erga inimicos debeamus habere edisserit: neq id dixit nolite uel odia exercere uel uīdictas: ſ qđ pstātius est: bñdictis psequmini uobis infensos porro q p christo se insectātibus bñdixerit arguit se id letiori aīo ferre qđ ei9 gr̄a tollerat: quē colat plurimū. cōtra uero q maledictis se lacessentem insequtur eo grauiter se id ferre qđ patit patefacit: qa eū nil amet cuius ob gr̄am iniuria lacessitur. ¶ Flere cū flentibus & gaudere cū gaudētibus.) Mira opus est animi magnitudine. ut nō mō uacemus inuidia ſ etiā ad gaudere possimus, leticia exultātibus. p id nāq arguit animus omni prsus inuidia liber: si qdē lōge est maius gaudentibus cōgratulari, q̄ edere cū flentibus: gemituꝫ. lacrimas nanq natura suggerit, & ad cōmiserandū faciles reddit: ad misericordiaꝫ igit nos erudit, & ut aīo simus erga oēs bñuolentissimo: uel in eos ipsos q nos psequūtur. ¶ Id ipsum iuicē cōsentiētes.) Rursū de sobrietate & humilitate nūc disserit: & merito qdeꝫ. Insederat eni in urbe regia utpote reꝝ potita, supbie morbus. sensus aūt hmōi est, & si magni te ducis: haud tñ q frater sit: te inferiorē existimabis. ut eni tenuē illū & humilē putas: sic uelim de te ipse & sentias. hūc eniꝫ in modū oēm disparitatē eq̄bis: nec illū cōtempnes tāq̄ tibi sit impar sed ęque hūc ac ipsum te honoribus psequeris. ¶ Nō alta sapientes ſ humilibus cōsentientes.) Quo pacto dicet aliqs, qđ paulo ante dictū est, con eq qspiā poterit: nēpe si altiora inqt & supba minime sapuerimus, ſ cū humilibus id est uilioribus abiectis & cōtēptibilibus cōsentiemur. id est deferemur: & illoꝝ nos sorti annumerabimus. ¶ Nolite esse prudētes apud uos metipses.) Hoc est nolite uel ur̄e prudētie uel uiribus ita cōfidere, ut existimetis nemine uos indigere consultore & que recta sunt suggerēte. moises eni & si dei colloqo frueret, opus tñ habuit quē cōsuleret socero. ¶ Nulli malū p malo reddentes.) Si aliū quēpiaꝫ dixeris neq̄ esse & īprobum, cur ipse hūc imitaris & que praua sunt pagis: nec solū inqt nil mali credēti intuleris: ſ nemini dixit: uel grecus sit ille uel quiuis alius fuerit. ¶ Prouidentes bona corā omnibus hominibus.) Nō eni ut ad iactantiā uiuamus hoc intulit, sed ne cām aliis pbeamus nos obtrectādi: prestim

cum plurimi sint qui dicta nostra & facta obseruent. ¶ Si fieri potest qđ ex uo
bis est, cum omnibus hominibus pacē habentes.) Recte dixit si fieri pōt: nam
sepe nec qetem docere possumus: nec pacem suare. pſertim cum đ fide certamē
aliqđ orit̃: age igit̃ inqt nullam ꝑ uiribus cuiq̃ discidii uel obturbationis occa
sionem obtuleris: ueꝝ si religionem fidemue offensum iri ꝓspexeris, obsiste ui
rili & ingenti animo ꝑ ueritate tutanda: decertans. nec dixerim hoīem ipsum
odio habeas, sed illius sit tibi odiosa ipietas. uel potius hunc cōmiseratius curā
dum p te & ad sanitatē reuocandū existimato, sic fiet ut qđ interea fieri uide
bat̃ nil posse, factu facillimū sit. & q̃tum inte fuerit pace sis usus impietate dū
taxat oppugnata. ¶ Non uos metipsos uindicantes carissimi, sed date locum
ire, scriptū est enī mihi uindictā & ego retribuā dicit dn̄s.) Cedite igit ire, id est
diuinę: que illatas uobis iniurias uindicabit: nā si penas de iniuriam inferenti
bus sumpturi uos estis non uobis opē laturus accurret deus: at si illos missos
feceritis, acerbius in hos uindicabit. Apl̃s aūt eo hec intulit sacrarū lraꝝ testi
monio cōprobata, ut consolet̃ intollerantes, qui nihil magis uoluptati hn̄t cum
offendunt̃: q̃ ut cōtumelias uindicēt. ¶ Sed si esurierit inimicus tuus ciba illū
Si sitit, potū da illi. hoc enim faciens carbones ignis congeres sup caput eius.)
Plurimū a nobis loco sapiētię exigit: quid ergo inqet quispiā nō ergo lacessen
tes iniuria, pax erit utenda: qn etiā uel bn̄ficia cōferenda esse iniunxeris inqt:
quippe qui sis in caput illius congesturus carbones: qđ eo intulit ut eoruꝫ que
lacessunt̃ & afficiunt̃ iniuriis subleuet animi pusillitatem: quibus nihil adeo ui
det̃ suaue, q̃ hostem spectare cruciatum subisse. quasi illud inquiat deus: uisne
in contumeliosum & lacessentem exercere uindictaꝫ? boni aliqd in eū conferto:
tunc acerbior ero tue iniurie uindex. unū & cum acriora tormenta pretenderet,
fore dixit ut ardentes in eū carbones accumulares. & ea ꝓpter & illud predixit
esse diuine ire cōcedendū. ¶ Noli uinci a malo, sed uince in bono malū.) Hoc
loco tacite arguit, nō eo esse inimicos cibandos: ut acriora illis supplicia infera
mus. hoc plane sibi uult illud cuꝫ inquit noli uinci a malo: hoc est nihil in quē
piam iniquo & maliuolo animo gesseris: nec hūc tibi imitandum desumpseris q
officere soleat & obesse: hec namq̃ tua erit uictoria: qn potius quouis studio ni
tere bn̄ficio uincere: eundemq̃ ex improbo reddere ꝓbiorem. que aūt supra cō
memorauit apostolus ut eos qui pusillo sunt animo & impatientes. demulciat
Cap. 12 dixit: nunc uero que perfectiora sunt explicabit. ¶ Ois aīa potestatibus subli
mioribus subdita sit.) Postq̃ satis iam auditoꝝ mores instituit, eosdēq̃ ut hu
manos se erga hostes exhibeant cōmonefecit, inducit aliud quoddā instructio
nis genus, & uniuersos erudit: siue sacerdos sit ille: siue monachus: siue aposto
lus: ut se pncipibus subdit: cuiusmodi subiectio nil ꝓrsus est dei sublatura cog
nitionem. qđ idcirco apl̃s admonet: ut ostendat euāgeliū, hoīes nec ut a deo de
sciscant instruere, neq̃ ad incrudelitatem hos erudire. sed ad gratitudinem poti
us & fidem. ¶ Non enim est potestas nisi a deo. que aūt sunt a deo ordinata
sunt.) Queret aliqs, quid ais? nū singuli a deo principes instituūt̃? nō illud af
fero inqt: neq̃ de singulis qui hoc principatus munere funguntur: nūc mihi
est sermo. sed de re ipsa: nam q̃ constitute sint potestates & alii dominent̃: alii
uero dn̄oꝝ imperio pareāt: neue confuse omnia deferant̃, diuine sapientie esse

ad dixerim opus:neqꝫ enim dixit non est princeps:sed nulla est nisi a deo profi ciscatur potestas:ita ut de ipso principatus munere non de principe disserat: si cuti cum sapiens aliquis dixerit:a deo / uxor uiro coniungitur. haud sane inqt quicunqꝫ cum uxore rem habeat:ex eo sibi uxorem connectere:sed deū hanc co pulasse / qui & nuptias fecerit:potestates itaqꝫ omnes quascunqꝫ animo & co gitatione uersaueris / a deo sunt institute:siue patris in filium / siue in uxorem & uiri uel si quas alias dixeris / siue ceteras omēs:quas esse uel inter bruta ani mantia constat:quales apium anserum & piscium sunt & huiusmodi. ¶ Itaqꝫ qui resistit potestati / dei ordinationi resistit:qui autem ipsi sibi resistunt dam nationem acquirunt.) Ne forte illud fideles obiicerent. nos ipse reddis abiecti ores / qui cum simus regno celoꝝ potituri principibus subdens:ostendit deo esse subiectos qui magistratibus parent:quetiam quod est hominibus aducit: eum uidelicet qui his minus paruerit:deo obsistere / qui illos instituit: qui uo obstiterit:cum a deo / tum ab hominibus penas daturum: quod sane per illud significatur quod inquit damnationem sibi acquirunt. ¶ Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. uis autem non timere potestatem? bonum fac & habebis laudem ex ipsa.) Quid trepidas aut quid timore corriperis:num ti bi recta agenti:mala ingesturus est princeps? non enim illi formidini futurus est ei / qui uirtuti incumbit:quin potius si bona egeris in tui gloriaꝫ assidebit tantumqꝫ aberit ut se tibi formidolosum exhibeat / ut uel laudum tuarum sit preco futurus. ¶ Dei enim minister est tibi in bonum.) Princeps enim dei uo lunt... obsequitur: Consulit tibi per euangelium deus ut pudiciciaꝫ & castita tem secteris : has ipsas & princeps iubet seruari auariciam cōmonefacit per le gem & furta defugias;& ille de his presidet cogniturus:ita sit ut si principi il li obtemperaueris ad optimas actiones tibi uel operam prestet. ¶ Si autēꝫ ma lum feceris time / non enim sine causa gladium portat.) Non enī princeps no bis formidinem parit:sed nostra malignitas / qua & principis gladius exercet̃ : id est principis potestas /que penas exigit : neqꝫ enim temere ille succintus est ferro:sed ut improbos tormentis afficiat. ¶ Dei enim minister est uindex in iram ei qui malum operatur.) Cum laudibus princeps uirtutem extulerit dei uoluntatem exequitur / cum gladio utitur dei minister est:cum uero uindex fu erit uirtutis / nequiciam insectatur. pleriqꝫ enim non dei magis q̃ pricipis for midine ducti sese ad uirtutem exercent :presul itaqꝫ ille / cum animaduertit in īprobos ob uirtutis uindictā:dei misterio fungit̃. ¶ Ideoqꝫ necessitati subditi estote :non solum propter iram:sed etiam propter conscientiam.) Necesse est inquit ut subeas iugum / ut non modo uel dei uel principum iram nil profici s perdideris ut contumax / nec intollerabili afficiaris supplicio / sed etiā ne con scientia carere appareas:id est ne ingratus in beneficos arguaris:maximis enim beneficiis principes / ciuitates condonant:per illos nanqꝫ & nostra hec uita cō stāt : qui si tollant̃ / e medio auferantur & cuncta necesse est ncrantibus infir miores potentibus:suadeat ergo sibi conscientia tua:eis honorem ut deferas:q nobis bona huiusmodi largiūtur. ¶ Ideo enim et tributa p̄statis.) Ipse inqt principum huiusmodi in te beneficia testificaris & probas cum eis tributum & mercedem dependis. qđ sane pspicuū est:eo te illud persoluere:quia & tui curā

illi susceperint: neq enim presidibus ipsis hos census a principio detulissemus
ni nobis fuisset nō in cōgnitum, cō censsuram in lucrum principum pfecturaz :
quippe cum ipsi curis uacui, hos habeamus qui nobis inuigilent. ¶ Ministri
aūt dei sunt in hoc ipsum pmanētes) Fit itaq uel dei id uoluntate: ut tributa
suis ministris pendant. uult enim deus ut pax ipsa & uirtus exerceātur & pro
puisetur iniquitas. ad idq deo uolente ministri sunt principes & illi parent: cū
ministerio isto funguntur: & pro cōmuni hominū statu labores insumūt: in eoq
& pstant & cōnitunt ut uitam ipsi p quietem ducamus. siquis uero hoc pncipa
tu abutitur: nihil is principi officit: quin suum ille & moderandi & ministrād
decus tuetur. ¶ Reddite ergo omnibus debita. cui tributum, tributū, cui uecti
gal, uectigal. cui timorem, timorē. cui honorem, honorē.) Debitū inquit tibi qd
dam inexcusabile impositum est: quod psoluere principibus debeas. gratitudis
scilicet. redde itaq uniuersis quibus creditus est magistratus: quod debes. cui
fueris pro censu obligatus: censum depende: cui pro uectigali: uectigal: cui pro
tributo, tributum psolue. nec soluz pecunias deberi illis affirmat, quin & timo
rem: hoc est pudorē & uerecundiam, & honoris plurimuz principibus exhiben
dum: ita ut cui debeatur hic honos, honos reddatur. timor autez duplex est: altero
noxii: ex maloz facinoz cōscientia corripiuntur: alterū uicissitudine quadam im
partiunt, q mutuo detinent amore. cuiusmodi timor, honorē qdam prīcipuis
qualis ille uidetur cum inqt. nihil deest timentibus eū. & timor dñi pmanet. in se
culum seculi: timor autē hoc loco uenerationem quandā pretēdit. ¶ Nemini qcq
debeatis nisi ut inuicem diligatis.) Solute inqoit q maiora sunt debita. nunq
tamē persoluere caritatez uelitis. quinp. tius sit illa uobis indebitum quoddam
ppetuū. neq existimes uel im si hodie pximo te bñuoluz prestitisti. fuisse te cb
ia bñuolētie uinculo liberatū. ut eūdez mox in crastinuz negligas. sed existima
te pximo cuiq ppetui amoris esse obnoxiū. ¶ Qui enī diligit pximuz legem
impleuit: naz nō adulterabis nō occides. nō furaberis. nō falsū testimōiuz dices
nō cōcupisces. & siqd est aliud mādatū, in hoc uerbo instauratur. diliges pximuz
tuū sicut teipsuz.) Totā legē implet q pximū amore psequitur. itaq amare huc
debet cū ex hoc animi affectu, tātū qsq bñficii uēdicet, ut legē ipsaz adimpleat:
enimuero & mādatoz summaz: breuib9 explicat. uirtutis nāq ut pncipiū ita & fi
nis est: Caritas. lex ergo interiorē quādā bñuolētiā exigit. qppe q ishuiusmōi in
beat: haud secus ac teipsuz: pximū colas: Christus uero. qd pstātius est. longe
magis huc esse bñuolentia cōplectēdū iniungit: quem uosipsi cōplectimur. qm
qde ul aīaz ipaz amici gra ponēdā cōmōefacit ¶ Dilectō pximi malū nō opatur.
plenitudo ergo legis est caritas.) Duas caritati inesse uirtutis spetiesi patefacit.
mali uidelz abstinētiā cū malū inqt nō opatur. & boni opatiōem cū infert imple
tio igitur legis. quo fit ut integrā nobis uirtutē pariat caritas: q lege pstādit.
¶ Et hoc scietes tps: qa hora est iam nos de somno surgere.) Debetis inqt
p inuicem facere caritatē p hāc nāq & reliquae cōstāt uirtutes: & tēporis grā: qa
in pximo est resurrectio in ppinquo & dei iudiciū. necesse est itaq ut ab ignaui
e & torpedinis somno excitemini. pmptioresq sitis & parati, ad opa: q resur
rectione sint non indigna. ¶ Nunc enim propinquior est nostra salus q cū cre
didimus.) Quoniam par erat ut illi in fidei ipsius primordiis, maiorem de se

diligentiam & feruorem prestarēt, & deinceps temporis processu refrigescerēt:
dicit magis hoc tempore futuro seculo appropinquamus, q̄ꝺ potiore quodā sa
lutis ex nomine expressit: si quidem peccantibus illud non saluti sit: sed exitio
futurum: cum itaq; ad diem illuꝫ ꝓpinquiores accedimus, maiori studio uirtu
ti est incumbendum: quod postmodū ex his que insequuntur ostēdit. ¶ Nox
precessit dies autem appropinquauit.) Id est ad finem nox ipsa declinat. exem
pli gratia: Concedamus horis duodecim produci noctem: e quibus decem exac
tis prouectam hanc dicimus id est ꝓpe modum finem transgressam: breuiq; fo
re ut finiatᷣ: quia in auroram iaꝫ uergat. sic sane ꝑ noctem hoc seculum exp̄mit
cum quia in eo plerumq; uersentur in tenebris: tum etiā q̄ singuloꝝ sit uita occul
tior. Dein uero per diem, futurum illud pretendit iudiciū, quia in eo sint iusti
splendorem habituri & gloriā: & que adhuc celata sunt & occulta patebunt cū
cta: in euangelio tamen ꝑ diem presens hoc seculum dicimus, quia in ea sit bo
nis operibus studendum: per noctem uero futurum: quia nemini in eo licebit
aliquid operari. ¶ Abiciamus ergo opera tenebrarū & induamur arma lucis)
Opera uocat: peccati actiones, utpote que plurimum difficultatis habeāt & ne
gotii, & in maximo sint cum in hac uita: tum in futura, discrimine. iusticię uero
arma quę uirtutis sunt opera: quibus hi q̄deꝫ securiores reddunᷣ & tuti: qui
illa sunt nacti. ea nanq; armoꝝ sunt loco: & afferunt claritatem. abiciamus au
tem tenebrarum opera cum inquit & lucis arma induamur: & quemadmodum
possint delictorum actiones defugi: & ad uirtutem possumus induci: facilitatē
ostendit. nam ut nobis perfacile est altero deposito indumento ut alterum īdu
amus: sic leue admodum reiecta nequitia ut uirtutem sectemur. ¶ Sicut in die
honeste ambulemus.) dixerat supra appropinquare diem: nunc imminere hunc
indicat, cum honeste inquit in die ut ambulemus. Et quoniā ea apud romanos
gloria plurimi ęrat: quę esset a multis delata pellicit eos & moderatur ꝑ hones
tatis eiusmodi appellationeꝫ: neq; ambulate dixit sed ambulemus ut minus mo
lestam exhortationem hanc reddat. nihil enim adeo impudentiam parit, q̄ pra
ua facinora, uti econtra, nulla re magis q̄ uirtute comparatur honestas. ¶ Nō
in cōmessationibus & ebrietatibus.) Non potū prohibet sed nimii potus intē
perantiam: nec uino frui: sed temulentiam interdicit. comos enim grece cantio
nes dicunᷣ quę post nimiam uini luxuriem, & potum habundantissimū ꝑ luxū
& incontinentiam decantanᷣ. q̄ꝺ etiā parinia dicitur. ¶ Non in cubilibus &
impudiciciis.) Cum ebrietatis mentionem fecisset, nunc & mala que hanc sub
sequunᷣ cōmemorat: nam uel ex hac uino'entia: seuicia & impietas oriᷣ. hoc au
tem loco non legitimū mulierum concubitum probibet ineundum: sed incestū
& adulterium. ¶ Non in contentione & emulatione.) Sublatis que ex concu
piscentia prodeunt malis, nunc quę ab ira nascuntur comprimit uicia: nil enim
adeo uenerem ipsam succendit & iracundiam cōcitat: q̄ temulentia. ex emulatō
ne autem contentio oritur, qui enim alteri inuidet: & ad conuitia demū deuenit
et: contentionem itaq; cum sit sublaturus, ad liuorem unde illa originem sump
sit decurrit: et quoniā ex ebrietate & cōmessationibus incenduntur & bella: &
domus euertuntur plerunq;, post illas, contentionis & inuidie meminit. ¶ S3

induimini dominum Iesum christum.) Cum nos sordidis uestib9 exuisset: ut
optimus ornet: non ultra lucis armis nos induit. sed qu d horribilius est pro
ueste christum largitur: hoc si quis fuerit obductus omnez prorsus est uirtutẽ
adeptus. ¶ Et carnis curam ne feceritis in desideriis.) Nil sane q̃ minus carni
prouidendum sit impedit: sed illi ne ad uoluptatem & luxum indulgeatur iniũ
git: subinde dicat: carnis dũtaxat ad sanitatem non ad incontinentiam habẽda
est ratio: nec enim dici prouidentia posset, que carni flammam & incendium
excitaret & ignis caminum & geennam illi succenderet. at unum illud queren
dum: ut carnem bona ualitudine habeas. neq; id preter quicpiam cure habẽdũ
ne libidinem nimia carnis indulgentia excites: quin studium omne tuum spiri
14 tualibus in rebus impendes. ¶ Infirmum autem in fide assumite.) Ex iudeis
plerīq; uel post christi fidem susceptam. escas a lege olim interdictas cauebant:
& ita ut a carne suilla his quondam in ęsum uetita, abstinerent: nondum confi
si a lege prorsus desciscere. sed cum minus se tollerabiles fore existimarẽt, si suil
lam & solam non ederent, ceterarum carnium ęsu intermisso: oleribus uescebantur:
ceteri uero qui perfectiores iam essent, nec huiuscemodi escam & si lege
interdictam cauerent, cauentibus conuiciabantur. ueritus itaq; paulus: ne si po
tiores illi & stabiliti iam fide: imperfectiores alios minus oportune incesserent
nec decenter & leniter castigarent: obturbarent potius & a fide suscepta submo
uerent, q̃ aliquid uiderentur proficere: & rem prudenter pertractat & alterna
tim horum partes tutatur: siquidem nec conuiciantes audet obiurgare q; neq
ter agant: ne imperfectiores in sua pertinatia obfirmet: nec rursum iure illos ab
his castigari. ne ad criminanduz hos redderet acriores. sed modeste hos admo
net. & uidetur quidẽ fide iam obfirmatos potius increpare: cum tamen sub ser
monis quem in hos habet pretextu, castigationem omnem in infirmiores con
uertat: quod plane ex uerbis quibus ad hoc utit̃ pōt intelligi: naz cũ infirmos
appellat: confestim ualitudine affectos ostendit: cum uero assumite inquit hoc
est iuuate: arguit illos cura indigere & medella non mediocri: quod ultimuz sa
ne est morbi inditium. ¶ Non in disceptationibus cogitationum.) Hoc est
nil altercantes & uariis suggestionibus perturbemini quin egrotantem curan
dum existimate. ¶ Alius enim credit manducare se omnia: infirmus autem
holus manducat.) Comparat cum imperfecto qui sit perfectionem adeptus: uni
quiq; perfectus quidem in fide confisus: indifferenter omnia comedit: imper
fectior uero: utpote. qui nutabundus sit & instabilis: holus habet in ęsum.
ęquum est igitur ut curetur potius q̃ offendatur infirmior. ¶ Is qui mandu
cat, non manducantem non spernat. & qui non manducantem non iudicet.
deus enim illum non assumpsit.) Qui omnibus uescebantur tanq̃ in fide per
fectiores, ceteros aspernabantur qui pro iudeoruz more a plurimis abstinebãt
& rursum qui minus ederent eos qui omnibus uescerentur g le uitio conden
nabant. & quoniam horum plerīq; erant gentiles: uel horum inquit aposto
lus deum suscepisse tutellam. hoc est eius ineffabilem gratiam in hos osten
disse: quid igitur cum eis ultra de lege contendis: quandoquidem ẽt hos
deus iustificauit. ¶ Tu quis es qui iudicas alienum seruum: suo domino

stat aut cadit.) pfectiores alloquitur istiusmodi: ut quemadodũ eos a pximi cõ
temptu aduertit: sic ne alios iudicet dehortat̃: utrunq; enim id factitabant q
magis in fide profecerant: nam & minus perfectos aspernabãtur & iudicabãt.
tacite autem carpit hoc loco qui nondum ad fidei perfectionem euasent: subiñ
dicat: neq; enim q; huius facta iudicanda non sint: eo iudicium interdico: sed al
teri sit in seruitutem ascriptus. hoc est non tuum sit sed dei mancipium. q & si
sit morbo affectus, haud tamen seruitutem euasit: nec ob id penitus desperã
dus: rursum ut hunc consoletur: non prorsus eum infert fuisse collapsum: sed si
ne stet pedibus ait, siue labatur utrunq; in domini siue lucrum, siue damnũ cõ
cedit. ¶ Stabit autem, potens est enim deus statuere illum.) Cum inqt a deo
hunc obfirmatum iri: labantem arguit: & ita ut ad cõsistendũ diuina ope indu
geat quod dicere de his consueuimus de quibus nulla haberi spes possit ¶ Nã
alius iudicat diem inter diem alius iudicat omnem diem.) Erant nonnulli qui
& si a carne suilla abstinerent, statutis tamen diebus ab ea cauebant: alii uero, q
illam assiduo hesitarent: qui tamen abstinẽtes illos, q minus ederẽt incusabãt:
de his itaq; mentionem nunc facit: inquitq; alius aliter iudicat: ita ut in equo
sit res. haud tamen ob eiusmodi abstinentiam incessendi sunt fratres, ex his q
dem & abstinentibus condescendere uidetur apostolus: utpote in quibus recẽs
esset fides plantata. ¶ Vnusquisq; in suo sensu habundet.) subinde inquiat,
cum de dogmatibus agitur, nequaq̃ est opus ut nostro sensu ducamur: qn erũt
que ab aliis accepimus tenenda, uel si angelus e celo demissus diuersa denunti
et: cum uero de ciborum abstinentia cõtentio orit̃ uel alius istiusmodi: si q sunt
ex neofytis qui delinquant, uel indulgentia egeant: laxanda his erit non intẽ
tanda seueritas. ¶ Qui sapit diem domino sapit: & qui manducat dño mandu
cat.) Qui diem inqt obseruat, dñi ob grãm seruat: quia eum ueret̃: q uero mi
nus hunc obseruauerit pter dñm, tanq̃ in xpo pfectionem adeptus omnibus
legis obseruationibus euasit superior. ¶ Et qui manducat dño mãducat: grãs
enim agit deo: & q non mãducat dño non manducat & grãs agit deo.) vnum
inquit illud perqrimus si dei respectu gerantur omnia: eidemq; per eos si agũ
tur & grẽ, q abstinent: & q cibum sumunt; qđ sane si mẽte hac gerit̃, calũniari
poterit nemo. hec quidem ut diximus neophytorum ob grãm differit: & tacite
carpit qui iudaice legis instituta sectantur. cum inquit & qui nõ cõmedit deo
gratias refert: quo enim id pacto ageret qui adhuc a lege penderet: solus itaq;
qui cõmedit. deo grãs agit. ¶ Nemo enim urm sibi uiuit & nemo sibi morit̃:
siue enim uiuimus deo uiuimus: siue morimur deo morimur.) Dñm inquit ha
bemus cui cure nos sumus: qui p diuitus, uitã hanc nostram ducat: & mortem
p damno: neq; enim nobisipsis dũtaxat uiuimus: sed etiam dño: vitam autem
hoc loco intelligit que fide constat: & mortem que a fide exciderit, neq̃q̃ igit̃
eos pmissurus est deus, qui fuerint infirmiores, subire hanc scđm fidem inte
ritum: uel in fidei huius casum prolabi. ¶ Siue igitur uiuimus siue morimur
domini sumus.) A fidei morte ad naturalem pertransit quã, de, nunc differit:
uidelicet siue nature uitam hanc uiuimus: inquiens siue mortem obimus; domi
ni sumus. ¶ In hoc enĩ xps mortuus est: resurrexit ut & uiuorum & mortuo
rũ dominet̃.) vel hoc ait tibi suadeat: eorum dominum qui imbecilliores sunt

suscepturum & curam. ut in uiam redeant tandem quia & sanguinem fuderit &
subierit mortem: ut in nobis ius & imperium habeat: quo ergo pacto non & il
lis prospiciat qui in eius sint seruitutem redacti. & quorum causa sit tam multa
perpessus. Porro si uita per functis solet deus prospicere, quid illis facturus
est qui adhuc in humanis agunt. hec uero ideo intulit ut pudore offundat qui
iudaicos ritus sectatur. suadeatq3 uel eum qui adhuc lege intendat, ingratū se
christo prestare, qui pro se mortem obierit. ¶ Tu autem quid iudicas fratrem
tuum. comedentem ut gulosum & tu aūt cōmedens quare spernis fratrem tuū
tanq̄ modice fidei: frater est non oportet spernari proprium mēbrum: num tu
pro ipso redditurus es rationem: ipse cōstituetur ante tribunal & ipse penas
subibit.) Vides quēadmodum per hec que ad perfectiores edisserit perterrefa
cit iudaizantem: utpote qui apud tribunal illud horribile subiturus sit crucia
tum. ¶ Scriptum est enim uiuo ego dicit dominus quoniam mihi flectetur
omne genu: & omnis lingua confitebitur deo. Itaq3 unusquisq3 nostrum pro se
rationem reddet deo.) Quod inquid fore ut tanq̄ serui apud dominum iudice
mur & propheta testatur: cū dicit oēs mihi genu flexuri sunt, & omis lingua:
uel eorum qui ante conditam legem fuere mortalium, uel legis tempore cōfi
tebitur mihi: id est factorum reddictura est rationem. at cui: nimirum non legi
sed christo, quid ergo amplius a lege dependes. ¶ Non amplius ergo inuicem
iudicemus sed hoc iudicate potius ne ponatis offendiculū fratri uel scandalū.)
Vtriq3 inquit que inter uos oborta est, soluite contentionem: & ita ut neq3 ip
se qui comedis imbecilliorem incessas: nec tu qui a uetitis escis abstineas. fra
trem quoq3 pacto offendas: quia ipse legem obserues scandali autem & offensi
onis appellatio utrisq3 uidetur pre mutua quadam sese offendēdi uicissitudine
tam uescenti scilicet q̄ abstinenti competere. ¶ Scio & confido in domino iesu
quia nihil cōe per ipsum nisi ei qui existimat quid inquinatum cōe esse: illi cōmu
ne est.) Postq̄ cōmonefecit minus esse offendendum qui infirmioris sit fidei: ō
cibos etiam statuit, imbecillum erudiens: ne illos sumere uereatur. nec tāq̄ imū
dos abhorreat: inquitq3 noui & confido non in cogitatibus hisce humanis: sed
in domino: hoc est, edoctus ab eo. & certior factus: q̄ nihil per se sit inquinatū:
id est quo ad eius naturā imundū. sed id ad eorum hoim fieri opinionē imundū:
a quibus & solis sordidū habeat̄, nō ceteris. ¶ Si eni ꝓpter cibū frater tuus cō
tristat̄ iā nō ſm caritatem ābulas.) Ad pfectiores hec loq̄t̄. & si neq̄q̄ natura
sint inquinata cibaria: oportuit tñ a carne suilla abstinere si caritatē eras obser
uaturus: ne tristicia frater offensus afficeret̄: moxq3 & ita subiūgit. ¶ Noli ci
bo tuo illū pdere ꝓ q̄ xp̄s mortuus est.) Nec sane edulii gr̄a frem eneces uel3:
aut peruertas: q a xp̄o tāto sit studio & cure hitus: ut huius gr̄a uel mortē subie
rit nā si te porcinā ille edentē carnē pspexerit: ex mutuo iurgio & astu obstina
tior fiet: & in discrimine erit ne xp̄o relicto legi ꝓrsus inhereat. ¶ Non ergo
blasphemet̄ bonū nr̄m.) Hoc est: tu cū pfectōem sis nactus in fide: hāc enim &
bonū appellat. noli hac tua pfectōe abuti, nec cām p̄beas ut qs hāc detestet̄ nā
cū pfectior sis si ipsū pdideris: id ipsū qđ tibi erat bonū obtrectatoribus carpē
dū expōes. potes et id bonū ꝓ dogmate caper̄: q̄si sic sentiat paulus futurū oīno
& ob ur̄a discidia & escarum cōtētōes hmōi ut execrent̄ ifideles ur̄m id bonū idē

dogma hoc ueſtrū. ¶ Non eni eſt regnū dei eſca & potuſ.) Neq; eni ob eſcam
potū ue ꝓbatū nos iri exiſtimemus. nec id qdē celeſte illud in regnū inuexerit:
carpit autem eos qui obcibatum huiuſmodi plurimum ſibi laudis uendicarēt.
¶ Sed iuſticia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto.) Ad regnum dei aditum
iuſticia patefacit: idest uniuerſe uirtutes, inculpabilis uita & pax, que proximo
ſine iurgio exhibetur. & leticia quā parit concordia: ommiſſa triſticia que prox
imi ex afflictatione oborit̃. Et quoniā uel prauis in rebus pax quedā & gaudi
um uidetur ineſſe, in ſpiritu ſancto adiecit, ſubinde inquiat de pace equidem &
hilaritate que in ſpiritu ſancto cōſtat ineſſe ediſſero nō alia quauis pace uł mū
dana leticia, poteſt & ſenſu alio quodam profundiori id dictum interpretari: di
cicq; qui a carne ſuilla haut quaq̃ abſtinuit ſaluti inferre iniuriam quam ei mori
ens chriſtus iam cōparaſſet. ſic contra q fratris ob gratiam ab euiſmodi eſca ſe
continuerit, iuſticiā operat̃ que celeſte elargit̃ imperiū. ¶ Qui enim in his ſui
erit chriſto placet deo & ꝓbatus eſt hoībuſ.) Oſtendit hoc loco inanis glorie
& iactantię grā obiurgaſſe ſe impfectos: qui haberentur perfectiores: qui enim
uult inquiens hominibus eſſe admirationi, non tantum ex ipſa uite perfectōne
quātum ex pacis & reliquarum uirtutum gratia laudem conſequetur: quas īter
uel eam eſſe maximam conſtat, chriſto ſcilicet inſeruire: & deo placere: nō tamē
carnis ſuille abſtineatiam uirtuti & laudi ducere: ¶ Itaq; que pacis ſunt ſecte
mur: & que ędificationis ſunt inuicem cuſtodiamus.) Que pacis ſunt imbecil
lioris cuiuſpiam cauſa intulit: is nanq; erat qui ceteros diuexaret. que uero ad
ędificationem ſpectant propter perfectiorē aliquem dixit: utpote q fratrem car
pat & turbet: quin uel utriſq; id crimen impartit, cum ad inuicem inqt: Cunq;
& pacis prius cōmeminiſſet & ędificationis deinceps. arguit haud facile poſſe,
proximi ędificationem ſine pace conſtare. ¶ Noli propter cibum deſtruere dei
opus.) Dei opus: fratris eſſe ſalutē affirmat nō ergo hanc ipſe diſſolueris quā
chriſtus proximo cōparauit. & cibi pre ertiz gratia: nolis uidelicet ab iſtiuſmōi
eſu abſiſtere ut fratrem ſic lucrifacias. ¶ Omnia quidem mūda ſunt ſed maluz
eſt homini q per offendiculum manducat.) Cum perfectiorem acrius increpaſ
ſet: ueritus ne infirmior in eius praua conſcientia perſeueret, rurſum hūc in mo
dum decernit. Sunt quidem omnia munda, officiunt tamen hec homini quim
proba conſcientia & cōmedat & obturbet̃: imperfectus enim ſuillam immūdaz
exiſtimans, ſi hanc deguſtare cogat̃, magis īceſſitur. neceſſe eſt itaq; ut a re pri
us ediſcat munda eſſe in eſum omnia. ¶ Bonum eſt non manducare carnem &
non bibere uinum: neq; in quo frater tuus offendit̃, aut ſcandalizatur, aut in/
firmatur.) Tu inquit fratrem manducare compellis, quibus ille uti in cibum
minus confidit. ipſe uero ea dixerim per te eſſe uitāda: que fratrem offendunt
nec ideo q mala hec uideantur: quippe cuz munda ſint omnia, ſed q ſcandaluz
ex his inferatur infirmo. ſcandalizatur enim ut leuis, offendit̃ autem qa morbo
laboret: utpote qui fidei ſit perexigue. ex his itaq; omnibus pellicit firmiorē:
ut fratri opituletur qui prorſus & fragilis ſit & imbecillus. ¶ Tu fidē habes
penes teipſū. habe corā deo.) hic plane explicat q pfectior uideret̃ iactātie grā
ſuā hāc oſtentaſſe pfectōez. īfert igit̃ uiſne te mihi nūc apire queadmodū ō iſti
uſmōi eſcis & ſentias recte, & credas ppuras eē, nil mihi dixeris uel alteri cuiq̃

significandū; sed satis sit tibi; uel tacito cōſcientia tua; & deus ipſe, cui tu pates.
¶ Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat.) Si hominū nemo
ꝑſpexerit ipſe met tibi ad id conſequendum facturus es ſatis: ſi te ipſum minꝰ
condemnes: nec te nec ea in re tua te cōſcientia criminis arguat; quā uel ꝓbaue
ris uel elegeris conſectandam. intelligēs aūt hec ꝺ ꝓpoſitis eſcis dūtaxat dici.
¶ Qui aūt diſcernit ſi manducauerit; dānatus eſt qa nō ex fide.) Qui heret
inqt nec fidentius ędit damnat̃; nec eo ꝙ īmūdus ſit cibus: ſꝫ qa diffidit hunc
mūdū eſſe; & illū ꝑinde ac inquinatū eſſet ; libauit. ¶ Omne aūt qꝺ nō eſt ex
fide peccatū eſt. Quotienſcūqꝫ qſpiā uel nihil cōfidat: uel autumet obſoniū ali
qꝺ mūdū eſſe; & ita ut deprauata ꝯſcīa illud deguſtet; ꝓrſus eſt peccato obnox
xv ius. ¶ Debemus aūt nos firmiores imbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere.) Lenit
hoc loco & hortat̃ perfectiores ut alios inſtituēdi ſecū una onus inſumant: qꝺ
ſane ꝑtendit cū inqt nos q fortiores ſumus: nec ſimpliciter infirmos dixit; ſed
infirmoꝝ ībecillitates; duplici uſus uocabulo; ut ad maiorē hos cōmiſeratione;
alliciat. ¶ Et nō nobis placere.) Cū diceret oportere nos ſuſtinere: docet que
admoduꝫ fieri id queat: ſi ea uidelicet que nr̄a ſunt nil reqramus. ¶ Vnuſqſqꝫ
nr̄m ꝓximo ſuo placeat in bonū ad edificatōꝫ.) Ne forte perſcūs ille id inqat:
ecce ipſe ad me qꝺ bonū eſt attraho: ad ędificatōꝫ adiunxit perinde ac illud in
ferat. nūc qdem & ſi qꝺ agis ſit rectius: uerū qa minus ſit oportune; ad perdi
tionē potius facit: ſiqdē intēpeſtiua obiurgatio nihil edificat. ¶ Etenī xp̄s nō
ſibi placuit ſꝫ ſicut ſcriptū eſt īproperia īproperātium tibi ceciderūt ſuper me.)
Chriſtū ꝓducit in mediū ut arguat nobis eius exēplo uiuēduꝫ: illi nāqꝫ licebat
ſeſe a q̄uis obprobrio & cōtumelia uēdicare neqꝫ ea q̄ paſſus eſt perpeti; ſi ſibi
ipſi placere maluiſſet. hoc eſt; ſi qꝺ ſua intererat; cōgiſſet: ſed ſuo iure repudia
to; cū cruciatus & tormenta potius excepiſſet: haud ſane bonā de ſe multitudi
ni opinionē ingeſſerat: qppe qa īpotens eſſe & nullius momenti uideret̃; habe
retqꝫ ꝓ malefico & seductore. alios inqt ſaluos facit ſeipſū aūt ſaluare nō pōt.
Exprobantiū itaqꝫ īproperia tibi pr̄i in ueteri teſtamento obiecta. in me filiuꝫ
reciderūt: ita fit ut nil noui mihi obtigiſſe ſit uiſum. ¶ Quecunqꝫ enī ſcripta
ſunt ad nr̄am doctrinā ſcripta ſunt; ut ꝑ patientiā & cōſolatōem ſcripturarum
ſpem habeamus.) Hec aūt inqt eo ſunt ſcripta: ut ea ſectemur: hoc loco etiam
ad temptatōnum tollerantiā illos hortat̃: cū ait; uel ſcripture ipſius hortatu ua
lidiores effecti tolleremus: tollerandoqꝫ oſtendamus nobis ſpem eſſe; uegetem
quādā & ſtabilē ſiqdeꝫ q ſuſtinet ſperare futura bona uidet̃: queadmodū cōtra
q īpatientior eſt: a ſpe ipſa excidiſſe cōuincit̃. ¶ Deus aūt patiētie & cōſolatō
nis det nobis id ipſum ſapere alterutrū ſm xp̄m Ieſum.) Arguūt cum ſacris
lr̄is deū una & tollerātiā & cōſolatōeꝫ largiri: eoqꝫ ipſum patientie deū & conſo
lationis appellat: utpote q haꝝ ſit & largitor & cā. optat itaqꝫ & hiſ cōprecat̃:
id ipſum ab eo ad inuicē ſapere exhiberi; illud enim eſt certioris caritatis iudici
um; ut quod de ſe quiſpiam ſapiat itidem & de proximo ſentiat. & quoniam eſt
alius quidam huius ſeculi amor: intulit ſm chriſtum ieſum: hoc eſt ut illa ſapia
tis que chriſto ieſu ſunt placita. ¶ Vt unanimes uno ore glorificetis deum.
& patrem domini noſtri ieſu chriſti.) Quid nam lucri conſequimur cum unuꝫ
omnes ſentimus & ſapimus? nempe quia deum laudibus ipſi efferimus. nec ore

dumtaxat uno id agimus, sed & animis unis: hoc enim cū unanimes ait pretē
dit: mox illud seorsū orditur: & prēz dñi nr̄i iesu xp̄i. ꝙ si ita ꝑlegas uidelicet
ipsius xp̄i deū & prēm esse: neq; pōt id absurdū uideri, est eni tm̄ humanitatez
christi deus: & pr̄ s̄m diuinitatē. ¶ Propter q̄d suscipite inuicē sicut & christ9
suscipit uos, in honorē dei.) Superioribus monitis iterato insistit: & in exēplū
christū inducit: Id sane ingens cū uobis inuicē opem tuleritis: deo id in gl̄am
cedet. istiusmodi nāq; uīa aiorū cōiūctio. deo laudē affert. in hoc eni inq̄t cogni
turi sunt oēs ꝙ ipse me miseris si in unū cōuenient: & queadmodū cōtra & uīa
discidia deo blasphemiā pariūt: nā & gētiles cū christianos hoies uiderint factiō
nibus inter se cōcertare fidem ipsam criminant̄ & culpāt. ¶ Dico eni christuz
Iesum ministrū fuisse circūcisionis ꝓpter ueritatē ad cōfirmādas permissiones
patrū) a superioribus q̄ subsequunt̄ dependēt: ostendit aūt hoc loco paul9, xp̄m
haud quāq̄ sibiipsi gessisse morē, s̄ nr̄i potius gr̄a oīa tollerasse. & gētibus suā
det, ne in iudeos q̄ credidissent superbe & insoleter se gererēt: cōstat eni iudeos
ex diuinis pollicitationibus suis maioribus factis fuisse salutē assecutos. genti
les uero misericordia solū & dei benignitate saluos factos. q̄d aūt dicit tale est
ꝓmissum Habrahe fuerat iāpridem: fore ut eius semē mūdū hereditaret. uerū
cū oēs q̄ ex habrahā ortū duxissent sontes essent & peccatis obnoxii, utpote q̄
fuissent legē preuaricati, eoq; & ꝓmissione illa uiderent̄ indigni: uenit christus
& legē impleuit, & circūcisionē insup inse admisit: lege itaq; adimpleta circum
cisionis & habrahe semē effectus, dei irā dissoluit: effecitq; nos ad excipiendas
ꝓmissiones idoneos. ob id igit̄ circumcisionē suscepit ut uera redderet dei pro
missa: nō ut legē statueret. q̄d igit̄ heus tu q̄ iudaicos ritus sectaris a lege pē
des: cuius gr̄a ut a ꝓmissionibus excidas haud sane in paruo uersaris discrimi
ne. ¶ Gentes autē sup misericordia honorare deū.) Qui ex iudeis essent cri
mini & si uidebant̄ indigni habuisse tñ cōstat ꝓmissiones. ipse uero gentilis ex
sola dei clemētia saluus es redditus: ꝓpterea & merito debes laudē deo enixius
deferre & gl̄am. haud q̄q̄ igit̄ me incusandū existimabitis si uos appello & al
loquor, exposcit eni sacerdotale hoc meū officiū ut euāgeliū predicē. q̄ in re uer
bis utor ꝓ cultro: estis eni uos hostie loco: q̄s ergo sacerdotē ĩsimulabit illate
iniurię: q̄a nouaculā admouerit ad imolatōez iā destinatis? ¶ Sicut scriptuz est
ꝓpter hoc cōfitebor tibi in gētibus dñe & nomini tuo cātabo. & iterum dicit:
letamini gentes cū plebe eius. & iterū laudate oēs gentes dñm & magnificate
eū oēs populi, & rursus Ysaias ait. Erit radix iesse, & q̄ exurget regere gētes,
in eo gentes sperabūt.) Testimoniis omnibus his inductis, nitit̄ paul9 demō
strare, futurū omnino ut ex gētibus hoies: cū crediturus iudeis iūgant̄, & unū
sentiātoēs. iudeos preterea frenat & cōprimit ne in gētiles superbiant: cum pa
teat plane prophetas gētiles uocasse: q̄netiā & his q̄ ex gentibus sunt ꝑsuade
at: humilitatē ꝑ se fore sectandā: arguatq; eo se plura deo debere quo & mĩta
affatim acceperint: si q̄dem cū essent nō populus: uniti sunt populo: cōfitebor
aūt in gētibus sub christi persona ꝓlatū est, hoc est p̄dicabo te o pr̄ in gētib9.
erit autem radix iesse. id est ex radice iesse prodibit qui surget dominari genti
bus hoc est Christus. ¶ Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in
credēdo: ut habūdetis in spe & uirtute sp̄us sancti.) Precat̄ his ut oīni leticia

impleant̃: q ex iudeis uidelicet erāt fideles effecti. pace uero gentiles. hi nāq; sunt: uisi infensos hos habuisse qui adhuc a lege penderent: uel potius utreq; he nationes odia inter se exercebant. uerum quo pacto hi possunt gaudio reple ri & pace? In credendo qdē. fides uero: qua in re uobis est profutura? nimirū ut in spe habundetis: sperantes futura & aduersa & grauia tollerantes adquid preterea & spes nobis conduxerit. si queras? ad cōsequēdam haud dubie spūs sancti uirtutem. que spem ipsam nobis reddit ualidiorē: largit̃ enī & spes ipsa nobis spūs sancti potētiā. & rursū spes hec a sancto spiritu stabilit̃. ¶ Cert9 sū aūt frēs mei & ego ipse de uobis qm̄ ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia: ita ut possitis alterutrū monere.) Cū duriorē habuisset mltis in locis orōnem cōsolat̃ hos tācē: nec solū audiui inqt sed certior su; uel ipse ego effectus qui uos obiurgo & criminor: q estis bonitate referti: hoc est mēte bona & erga frēs beniuola. ul' integrā uirtutē ipsā bonitatē appellat, nec bonitatē dixit habetis: sed pleni bonitate estis. nam nihil pdesset si essemus bonitatē adepti: nec scire quēadmodū illa utēda sit: ppterea omi scia subdidit: ut possitis alterutrū monere: hoc est nō solū uos discere sed alios cōmonefacere et castigare. ¶ Audatius aūt scpsi uobis frēs: ex pte: tanq̄ in memoriā uos reducēs.) Erāt romani id tpis in sūmo dignitatis fastigio: eo q et elati animi uidebant̃ & tumidi. & eos nunc ppterea lenit cum inquit audatius scripsi: ad modū nāq; istiusmodi uerbis hos frāgit: neq; his cōtent9 sed ex pte adiecit: id est placite & breuiter: nec in docentis morem id egi: s̄ in memoriā redigētis [illegible] c est paululū admonentis. ¶ Propter gratiam que data est mihi a deo ut [illegible] minister christi iesu: in gētibus sanctificans euangeliū dei.) Humili ad modū s̄mone utit̃ inqens, nō enī mihi ipse honorē ultro arripui. s̄ deus hunc mihi decreuit, q me ad id op; s segregauit: nec meis p meritis: sed eius ex gr̄a. ad qd aūt mihi data est gr̄a; certe ut euāgelii ministerio fungar & sacerdotio: nil itaq; mihi succenseatis si uos alloquor: id enī mihi est sacerdotii munus ut euāgeliū p̄dicē. & p cultro sū s̄mone fortitus: & uos hostie loco: qs ergo sacerdotē insimulabit q cultrū adigat in sacrificiū destinatis. ¶ Vt fiat oblatio gentiū accepta & sanctificata in spū sancto.) Neq; eo ad uos scripsi: ut laudem mihi aliquā uendicē, sicū reliqs gētibus ut salutē & uos cōsequamini. hoc pacto gētiliū ipsoꝝ oblatio omi fit ex pte accepta: qn̄qdē uniuersi deo fructificāt. sanctificata in spiritu sācto: hoc est in puriori quadā & spiritali uita. neq; enī sola ex fide qn & ex optimis uite actionibus: sanctitatē qs adipiscat̃ credētes enī & baptizati accipimus spiritū: neq; si rectis opibus caruerimus: extinguit̃ ois suscepta illa spūs gr̄a. reprimit insup romanoꝝ elatōē: ne eū dedignent̃ in p̄ceptorē habere, q uniuersas gētiū deo obtulerit natōes. ¶ Habeo igit̃ gl'aꝫ in xp̄o Iesu ad deū.) Postq̄ se humilē ad modū reddidit & abiectū rursū tn̄ eius s̄monē paulo effert, ne omnino cōtēptui habeat̃. Inqt q; mea gl'a nō in me ip̄o aut in meo studio & industria posita est: s̄ in xp̄i gr̄a. Verū si qbus in rebus glorie & ipse, q̄siens: in his eqdē q̄ dei sunt dixeriꝫ. hoc ē nō in uanis his & momētaneis s̄ i spiritalib9 ip̄is mea ois ē gl'a. ¶ Nō enī audeo aliqd loq eorū q̄ p me ñ efficat xp̄s, in obediētiā gētiū ũbo & factis: in uirtute signoꝝ & pdigioꝝ: i uirtute spūs dei.) Qm̄ euāgelii se mīstrū ul' i oēs gētes asseruit: nūc subdit nihil eqdē glorior neq; ut

prodigio quid differat

iactabundus & insolens predico qđ ipse nō gesserim: qn potius nil ipse confeci. sed deus me pro istrumento quodā usus & organo pͨpatus est omia. Qđcunq; eni uel loquor uel suz de celestibus philosophatus. uel ⁱ quid aliud ago, uel si ui tam duco celestem: & miracula factito: deo sunt accensenda nō mihi. differt aūt a ꝓdigio signū. q̄ signū dici in rebus naturalibus solet: cum nouū aliquid & in solitum edit̃. ut illud q̄ petri socrus fabricitans statim cōualuit. cū enim febris curat̃, nature officium est. q̄ aūt mox post tactū febris abscesserit: nouitatē prefert. prodigiū uero in his haud dubie constat que preter naturā uident̃. uidelz cū biceps aliqs orit̃. uł cuz is uisuz recuperat. qui cecus sit natus. Et qm̄ signa huiusmodi & ꝓdigia demonū opera quadā plerunq; edunt̃. in spiritus dei uirtu te adiunxit. unde quāta sit eius pretendit̃ dignitas. cuius tātuz ualeat spiritus ut istiusmodi admiratōe dignissima factitet. ⸿ Ita ut ab Ierusalem usq; ad illiricū repleuerim euāgeliū christi.) Perinde inquiat uisne dictorum meoꝝ specta re indicium: respice discipulorum meoꝝ multitudinē. ab ierosolimis quippe ad mare usq; illiricum. quod eius est regionis confinium. que nunc uulgari.. dicitur. nō predicaui inquit sed compleui euangeliū. ut arguat se nō inanez habuisse s̄monē, sed utilē plurimis & ꝑfectū: & ne forte existimes cum ab ierusalē dicit ad illiricū usq; recta illum fuisse ꝓfectū, & in circuitu addidit. hoc est eas oras que in septentrionali sunt plaga & ad meridiem uergunt uerbo transegi & peragraui. ⸿ Sic aūt hoc predicaui euangeliū nō ubi noīatus est xp̄us: ne sup alienū fūdamētū edi[illegible]carē.) nō soluz tot innumeris gētib⁹ euangeliū predicando. qđ uisuz est psi[illegible]sed me etiā ad homines contuli apud quos fuerat christi nomen inauditū. adeo ipse ab eo absum. ut me alienis discipulis ingeram: uel glie gratia id agā. Itaq; neq; eo ad uos lr̄as dedi: q̄si a uobis cupiā laudē uēdicare. s̄ ut ministeriuz meū absoluā. alienū aūt fundamentū apl'oꝝ instructionem dicit. neq; eo q̄ illi essent ab īuicē alieni. uel cōtraria predicarent, id dixit: s̄ mercedis ipsius ratione. siqdē aliorū apl'oꝝ merita ꝓ susceptis in christi fide uulgāda laboribus. aliena a paulo uidebant̃. quia nihil sibi afferrēt mercedis cū alii ex euāgelio uenirēt. ⸿ Sed sicut scriptū est quibus nō est annuntiatū de eo, uidebunt. & qui nō audierūt de eo intelligent.) Prophetiā hoc loco ostendit adimpletam plurimū aūt insudat & laborē insumit ingentez qui indociles admodu & rudes eligit īstruendos. cui rei paulus erat intentus. ⸿ Propter qđ & impediebar plurim̄ si, uenire ad uos.) Vel id ipsuz ep'le inicio dixit. impeditus suz usq; adhuc. nūc uero īpedimēti exponit & cām. uidelicet qa euangeliū p̄dicādo circūcursaret vnde ob id inqt eqdē plurimū īpediebar. hoc est, ꝑsepe cupid⁹ uos adeūdi. iter aggrediens interpellatus sū & detentus. ⸿ Nūc uero ulteri⁹ locū nō hn̄s. ī his regionibus. cupiditatē hn̄s ueniendi ad uos ex multis iam precedētibus annis. cū in hispaniā proficisci cepero spero q̄ preteriens uidebo uos & a uobis deducar illuc. si uobis prius ex parte fruitus fuero.) Impediebat̃ inquit meus ad uos aduētus qa inerat anim⁹ his in regionibus p̄dicādi: nūc uero cū nullū mihi, his ipsis ī locis negociū supest, eo ad uos & scribo & facio de mea ꝓfectōne, futura ꝓpediē certiores: deinde ne forte illi obiicerēt. cū nil habeas ultra ibi negocii: ad nos q̄s pui existiās q̄si ex ocio habūdāti: nō necessitate ꝯferr̄ te cupi. sic īfert: hēo eqde ad uos iā pridē ueniēdi cupidinē . eāq; iā tādē explerī ꝯtēdo: utq; rursū glīe

ducant a paulo se tantopere cōcupisci. tanq̄ ceteris prestantiores & illud intu/
lit. Cum aūt in hispaniā ipse concessero ad uos proficiscar· & ne illud etiam ro/
mani obiectent· perinde ac superuacaneū hoc tuū ad nos iter nunc paule paras
cū alio sis cōcessurus. adiecit. & a uobis eo traduci. hoc est uos met inspecta q̄
me urget necessitas· ut uł hispanos cōueniā. priores estis ad illos me dimissuri
nō itaq; quia uestri parua quedā apud me ratio cōstet· suz uos ipse preteriturus
sed q̄a sic cogor ut faciā· cunq; uel id afferre romanis molestiā uideret̄ maiorez
illos in modū solatur cū inquit. si prius & uobis ex parte fruar. unde & summā
eius erga romanos aperit beniuolentiā· ex parte aūt dixit quasi id inquiat· nul
lum posset unq̄ tempus uel animū meum explere. uel uestre mihi conuersatōis
afferre facietatē· pergratū itaq; fuerit si uobis quiuero uel in partē aliquā frui.
¶ Hunc igit̄ ꝓficiscar ierusalez ministrare sanctis. ꝓbauerunt eniz macedonia
& achaia collationē aliquam facere in pauperes sanctoꝝ qui sunt in ierusalem)
Pollicitus fuerat superius se ad romanos pretereundo iturum: sed cū esset eiꝰ
ꝓfectionē aliquanto remoraturus, ne illos uideatur eludere· & more cām expli
cat· sum equidē inquiens ierosolimaz concessurus ut sanctis illis ministrū me p̄
beam: qd̄ eo intulit· ut intelligamus quanta sit & q̄ preclara huius misterii uir
tus· & romanos hortet̄ ad elemosinam erogandā· quandoquidem ꝓbatum est
ait hoc est rectū est id macedonibus & acheis uisum. nec minus & hos incitat
illos ut imitent̄. ubiq; aūt paulus elemosinā cōmunicationē appellat. utpote q̄
in cōmunem cedat utilitatē. tam prebentis uidelicet q̄ accipientis· cū uero aliq̄
dicit elemosine tenuitatē expressit· ne uideat̄ romanis auariciaz exprobrare: &
parcitatē· pauperes aūt sanctoꝝ. id est fideliuz qui duplici sunt ratione miseri
cordia cōplectendi & q̄a pauperes· & quia uirtute sunt prediti. ¶ Placuit eniz
eis & debitores sunt eoꝝ· nam si spiritualiū eoꝝ participes facti sunt gentiles
debent & in carnalibus mistrare eis·) Nihil inq̄t mirum est uisuz sanctis hos
necessaria ministrasse· quippe qui his plurimū debeant. quo pacto id inquis? qd
ni: cū ex iudeis· quibꝰ assero hos esse obnoxios oriundus sit xp̄us· & hoꝝ grā
in mūduz cōcesserit· ab hisq; & apostolos & prophetas & bona reliq̄ fluxisse cō
stat quoꝝ. oīm particeps factus est terrarū orbis: unde & merito debent genti
les istiusmodi iuris bona saltem carnalia suppeditare· nec cōmunicare hos dixit
sed mistrare· quippe quos ut ministros cōstituit. nec in carnalibus suis dixit. cū
spiritalia iudeis adiudicasset. quādoquidē uero ultra essent carnalia illa hoc est
bona externa in gentiū ptāte que fidē iam excepissent· sed fidelibus cunctis cō
munia· ¶ Hoc igit̄ cū cōsumauero & assignauero eis fructū hunc·) hoc est in
regiū ęrariū condam. tanq̄ in asylū aliquod & locum tutissimū· que enim sic re
conduntur dici possunt & obsignata· fructum autem eo dixit· ut arguat eum
maxime lucrifacere qui aliquid egentibus impartitur· ¶ Proficiscar per uos in
hispaniam.) rursus hispanie meminit· ostendens necessarium sibi illuc fore iter
suscipiendum: Nec tamen interea urbem pretereundam quasi eos parui existi
maret· ¶ Scio autem quoniam ueniens ad uos in abundantia benedictionis
christi ueniam·) hoc est conspecturus sum uos in omnibus bonis que secundū
euangelium sunt profecisse· abundantiam autem benedictionis euangelii bona
uniuersa appellat· que benedictione sunt digna· id est laude· quā per euangeliū

promeremur·poteris etiam pro benedictione elemosinā intelligere·pinde dicat
Inuēturus sū vos·cū in elemosinis erogādis:tū in prestita·in omēs humanitate
ad pfectionis apicē euasisse·hec aūt dicit ut eos anticipet blandiēdo·ut lai du;
cupidine capti:tales prestare se studeāt·ut digni possint haberi·quos & efferāt
omēs·& laudibus psequant̄·¶ Obsecro igitur vos fratres p dūm nostrū iesū
xpm·& p caritatē spūs sancti·) haudquaq̄ fide se dignū existimat· s mediato
res·ut in psenti facit xpm inducit & spiritū sanctum·patris uero ideo mentōe;
nō facit·ut intelligas nec filiū nec spiritū sanctū excludi· cū patris tm̄ meminer
rit. Spiritus aut intulit caritatē· quemadmodū enī inquit pater & filius dilexit
mundū sic & spūs. ¶ Vt adiuuetis me in oratōibus uřis ad deū·) Ingētis sa
ne humilitatis inditū·cū se uř hoꝝ precibus asserit indigere· ¶ Vt liberer ab ī
fidelibus qui sunt in iudea·) Nō enim dixit ut hos impūgnem & superez· s ut
liberer·lege; executus diuinā·iubentē orandū esse ne in temtationē ptinus īdu
camur·simul etiā patefacit ad ministrandū his esse qui in medio tot infidelium
diuersent̄·a quib9 & se liberari pcat̄·ueretur; ne fame illi in posterū deperirēt
¶ Et obsequii mei oblatio accepta fiat in ierosolima sanctis·) hoc est ut animo
libenti oblata excipiant· vnde & illud cōprehendi pōt· haud satis esse elemosi
nam impartiri·nisi & ultro hāc cōtulerim·sit; illa ex rebus bene partis oblata
nō ad iactantiā & gloriā contributa·sic enim omīs ex ea deperit fruct9· ¶ Vt
ueniam ad uos in gaudio p uoluntatē dei·) Ideo inquit ab his eximi pcor: ut
q̄ primū & cū animi uoluptate uos visā·si modo id fieri dei uoluntate id liceat
¶ Et refrigerer uobiscum·) Non ut uos instruā dixit aut cōmonefaciam· sed
ut refrigerer·hoc est & uos in me estis·ob doctrinā habituri quietem·& ipse in
uobis ob auctam fidem·arguit preterea sese & illos iam diu certantes & labori
bus multis affectos quiete iam & ocio indigere· ¶ Deus aūt pacis sit cū omni
bus uobis amen·) Consueuit vbiq; paulus auditoribus bene precari· ubi illos
instruxit· ¶ Commendo aūt uobis phebē sororē nostrā· que est in ministerio ec
clesie que est cenchris·) Hanc enim illis cū esset epl'am delatura cōmendat ma
gnifacit etiā cū sororē appellat·qđ plurimū ad auctoritate; facit·nec min9·& cū
ecclesie ministram dicit· ¶ Vt eam suscipiatis in dño digne sanctis·) Hoc est
ob domini grām hanc honorate· qui eni; ob dominum aliquē excipit uel mini
mum quemq; magnope honore psequit̄·psertim si sanctior sit qui suscipit̄·lō
ge magis est honorandus· ppterea digne sanctis adiecit· uidelicet quēadmodu;
excipiēdi sunt sancti· ¶ Et assistatis ei in quocunq; negocio uestri indiguerit·)
hoc est pro uiribus illi opitulamini & manus porrigite· ¶ Et enim ipsa quoq;
assistit multis & mihi·) Huius primo laudes explicauit·mox ut suscipiatur &
orat·postremo & laudes repetit· vndequaq; hos cogens ut in honore hanc ha
beant cuius sit ecclesia ministerio usa & plerisq; tulerit opem· & mihi ipsi orbis
terrarum preconi & tanta ppesso· ¶ Salutate priscam & ancillā adiutores me
os in christo iesu·) Fuere hi quidem mihi adiumento· in sermone & doctrina:
laboꝝ insuper & periculorū pticipes) nōnulli uero eo adiutores hos dicunt·qa
& tentoria texerent·quoꝝ ex opificio·& ipsi cū paulo victitarent· ¶ Qui pro
anima mea suas ceruices supposuerūt·) Perfecti quidem & hi martires extitere
Quippe quibus neronis tempore magnum omnibus impenderet discrimen·

¶ Quibus non solus ego gratias ago: sed cuncte ecclesie gentium.) hoc loco istorum in se hospitalitatem pretendit, & ne ad gratiam hec & falso uideatur dixis se, & alios testes producit. ¶ Et domesticam eorum ecclesiam.) Tanta erant hi probitate imbuti, ut eorum uel domum & familiã omnem fideles reddiderint. horum itaque domum ecclesiam dixit: nec solũ quia christi fidem exceperat. sed quia hospitio credentes admitteret. eorum preterea domus dici pro ecclesia debet, in qua dei timor insit & uirtus. audiant hec qui nuptiis copulantur, & intelligant nihil has esse ad uirtutem impedimento. ¶ Salutate Eperetum dilectũ meũ. qui est primitiuus achaie in xp̄o.) Permagnũ est sane, a paulo quempiam coli & obseruari: qui nõ ad grãm nouit: sed uero iudicio suã impartiri beniuolentiã. primitiuũ uero ideo dixit, uel quia preceteris ipse fidelis effectus, siue natõni ad fidem aditum patefecerit: uel quia maiorem quam reliqui omnes pre se tulerit pietatem: eoque & in christo adiecit: hoc est nõ pro huius seculi bonis sed pro his que sunt christi priorem se obtulit. ¶ Salutate mariam que multũ laborauit in uobis.) Ex susceptis pro ueritate laboribus mulierem exornat: non solum ingens suipsius gratia uigiliis & humi cubatõnibus insudauit: sed in uobis apostolorum officio functa laborẽ insũpsit: quęret aliquis cur paulus feminã hoc loco produxerit uiros erudientem ad fidem: cũ nullã huiuscemodi permittat mulieribus facultatem: haud quaquam doctrine apl's interdicit sermonem: sed ne in consessu presideat mulier uel suggestũ conscendat alios instructura prohibuit, sed priuatam ubique instructõ; maxime probat, sic enim & uxor uirum instituit. & prisca apollo edocuit: nec illã ait multum alios instruxisse sed laborasse plurimum. ut arguat illam uel in erogandis priuatis pecuniis & modis aliis: fuisse hoc ministerio usam. ¶ Salutate Andronicũ & iuniam cognatos & concaptiuos meos. qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerũt in christo.) non tñ laudis affert cũ paulo iuncta necessitudo & propinquitas sanguinis, quãtum subita cum paulo seruitus: longe enim grauiora tollerabant fideles, quam solent captiui qui cõpedibus uinciuntur: magni est sane faciendũ: apl'i nomen fuisse sortitũ. & iuniam: presertim que mulier esset: quod preterea maioris existimandum: & nobiles inter apl'os dici & insignes. sunt enim hi ex rebus gestis & optimis actionibus adepti nobilitatẽ. nec paulum pudet hos profiteri in christi fide suscipienda se preuenisse. quinpotius & laudibus effert quod ad id boni anticipandum prosiliissent. ¶ Salutate Ampliam dilectissimum mihi in dño.) Si ab imperatore obseruari & coli, maximi fit: quanto magis ab apl'o qui uirtutis grã & dei respectu hoĩes caritate cõplectitur. ¶ Salutate urbanũ adiutorem nostrum in christo.) id quidem superiorẽ illã excedit laudem: quin immo ab hoc illa originem sumit: est enim hauddubie ille dilectus qui sit in tali opere adiutor & socius. ¶ Et stachim dilectum meũ.) & hunc pari dignatur laude. ¶ Salutate appellem probum in christo.) hoc est qui nec criminis põt coargui, nec ulla affectus est nota: nõnulli dicũt probum hunc appellasse apl'm. quia alter qdã tunc erat appelles id nomen sortitus, moribus deprauatis & improbus. ¶ Saluta eos qui sunt in aristobeli domo.) hos nominatim non explicat quia forte erant eorum quos supra meminit similes. ¶ Salutate Herodionẽ cognatũ meum. Salutate & eos qui sunt in Narcissi domo. qui sunt in dño.) id est fideles. ¶ Salutate Tryphenam & Trysosam qui laborant in dño.) De maria quidem

dixit q̄ laboris plurimum insumpsisset, de his uero q̄ adhuc labori incumbāt. quod utiq; his summā in laudem cedit. continenter aliquid factitare & insuda re negotio. ¶ Salutate p̄sidam mihi carissimam, que multum laborauit in do mino.) hęc quidem eo habetur prestantior quo a paulo sit caritate complexa & opere simul pro domino impenderit plurimum. hoc modo singulos pro digni tate appellat: & reddit ad opus diuinum promptiores: & alios ut imitentur isti gat. ¶ Salutate Ruffum dilectum in dn̄o & matrem eius ac meam.) Duplex id bonum q̄ filius & mater irreprehensibiles sint: nec temere suam & matrem hanc intulisset: nisi per magnam inesse mulieri illi uirtutem p̄caluisset. ¶ Salu tate Asincretum Flegontem Hermen Patrobam & Hermam. & qui cum eis sunt frēs.) haudquaq̄ attendas q̄ nullam his adiecerit laudem. sed illud aduer te q̄ cum ceteris essent inferiores: dignatus est tn̄ hos sua salute: quinpotius ul' hanc in eos contulit laudem q̄ frēs appellet. ¶ Salutate Philologū & Iuliam Nereum & sororem eius & Olympiam & reliquos qui cum eis sunt sanctos.) Ingens sane uel hoꝝ est laus q̄ sanctos nūcupat. ¶ Salutate inuicem in oscu lo sancto.) Ne altercatio oriatur q̄ uaria quadam p̄ se appellatione sint nūcu pati: & impari p̄rsus laudū genere affecti: hos demuȝ ex osculo sancto p̄miscet & pares facit: ne maior inferiorem contemnat; uel inferior maiori inuideat; os culo hoc sancto mitigante omnia & coequante. ¶ Salutāt uos ecclesie christi) nec solum hos pares & unanimes reddit, quinetiam & ab ecclesiarum unitate sa lutem transmittit. nam ecclesiarum hoc nomine fideles omnes complectit̄: nil hunc illumue exprimens: a tam multis igit̄ personis hac in epistola q̄d in alus nusq̄ seruauit. hac in ep̄la salutem his impartitur: quia nonduȝ urbem & roma nos conspexerat & plerinq; q̄s antea cognouisset romaȝ confugerant eoq; haud iniuria sigillatim illos cōmemorans, romanis cōmendat. ¶ Rogo autem uos frēs ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula preter doctrinā quā uos didicistis faciunt.) Rursum eos cōmonefacit non consulendo sed obsecrando: & cum honore non mediocri frēs appellat, & temptantium se ut patefaciat do los obseruate inquit, hoc est diligenter illos cauete: precedunt autem dissentio nes quas mox & scandala subsequuntur: q̄diu enim unitum est ecclesie corpus nullum habent aditum scandala: hoc est hereses preter doctrinā quaȝ uos didi cistis inquit non quā ipsi docuimus: anticipans eos & arguens excepisse iam se eius doctrinam & credidisse: & permanendum in his esse que accepissent, dis sentiones uero & scandala hoc est hereses ab his induci, qui preter apostolorū doctrinā & dogma aliquid afferant. ¶ Et declinate ab illis, huiusmodi enim christo dn̄o nostro non seruiūt sed suo uentri.) defugite hos inquit qui si uel nescii uel errore ducti delinquerent, reduci aliquando possent in uiam & corri gi: sed quoniam scienter in id facinus prolabūtur, uitandi sunt maxime: iudeos uero hos esse indicat, quos acerrime solet gulositatis insimulare: istiusmodi eni iudeoꝝ uniuersum est genus. ex hac igit̄ uentris ingluuie & uitioruȝ seruitute oēs eruperunt hereses. aduerte aūt eū q̄ sit uentri & gule addictus: christo fuit non posse. ¶ Et dulces s̄mones & bn̄dictōes seducūt corda innocentiū.) In sidiantur inquit & blandiunt̄: id enim uerba suauia preferūt & bn̄dicta. si q̄dē uerba beniuolentiam exprimunt: mens uero dolis sit plena. nec sane uos inquit,

seducunt & fallunt, sed innocentium id est simplicium corda. ¶ Vestra autem
obedientia in omnem locū diuulgata est: gaudeo igitˀ in uobis.) Incautos pro
fecto alios & imprudentes, non uos inescant & alliciunt: quandoquidē uestra
obedientia quę a summa mansuetudine oritur ad omnes ꝑuasit. quo fit ut non
solum ipse testificari hanc possim uobis inesse sed orbis terrarum uniuersus.
¶ Gaudeo igitˀ in uobis.) hoc est uestri gratia qa decepti non estis afficior io
cunditate. ¶ Sed uolo uos sapientes esse in bono & simplices in malo.) arguit
ex his circumuentos fuisse nonnullos. per simile id sane dictū, quod dominus
ait: Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbe. uult aūt hos
& sapientes in bono & prudentes fieri, hoc est in ꝓpriam tam salutem q̄ como
duꝫ: simplices uero in malo: id est ad mala aliis irroganda nil docti. simplex enī
& integer uita, nocet nemini. ¶ Deus aūt pacis ꝯteret Satan sub pedibus uřis
uelociter.) Cum essent inter illoꝝ nonnullos iam orte dissentiones: pacis inuo
cat largitorem: ut sedet hereses: tollatqꝫ: neqꝫ subdat intulit sed qđ acrius est:
conterat dixit: ne eos modo q dissidia moliunˀ: sed hoꝝ etiā pręfectum & du
cem cōmoliat. hos autem a tempore consolatur, cum uelociter & breui futurū
id intulit. conterat uero & optantis est & pręd icentis futura. futurum siquidē
est ut Satanas ille trudatur in tenebras & deligetˀ. ¶ Gratia domini nři Iesu
christi nobiscum.) Gratiaꝫ eis cōmemorat. ut uel ex his quę iam per gratiam
acceperunt. promptiores reddantur uel ex futuris bonis ad fidem: si enim uos
deus & si oliꝫ hostes & sibi infensos, saluauit: longe nūc magis perditurus est
satanā q mala ista interserit. ¶ Salutat uos Timotheus adiutor meus.) Hic
enī apřm in euāgelio subleuabat. magne sane id laudis ut eadē faceret timothe
us q̄ & paul9 factitaret. ¶ Et Luti9 & Iason & Sosipater ꝯgnati mei.) Iason
iste in actꝭ. apřoꝝ plurimū uēdicat laudis, utpote q uiriliter pericula ꝓ christo
subiret: cognati aūt & ꝓpinq dicunˀ non mō q carnis necessitudine s̄ q fide &
religione nobis sunt iuncti: nī enī tales se ꝑstitissent ut arctissimo uinculo fra
tribus iūgerenˀ: nullā hoꝝ fecisset Paulus mentōeꝫ. ¶ Saluto ego uos terti9
q epřam scripsi.) Id aūt nō sue laudis gřa scribit. s̄ ut uehementiorē uendicet
a romanis in se beniuolentiā: utpote q uel in his lřis ꝯscribendis opam his ꝑstu
tisset. ¶ Salutat uos Gaius hospes meus. & uniuerse ecclesię.) hoc est qui me
hospitio excipit & qđ maioris est gřę, & uniuersam eccřiaꝫ domi recipiebat q̄s
cunqꝫ scilꝫ se adeūtes fideles: neqꝫ enī temere apud hūc Paulus diuertisset: nisi
dignū se hospitem cōperisset. ¶ Salutat uos Erastus Archarius ciuitatis &
quartus frater.) hoc est ciuitatis ꝑfectus & moderator: uñ datˀ intelligi neqꝫ
opes nec dignitates & magistratus cuiq̄ esse uel ad fidem uel ad recte uiuendū
impedimento ¶ Gratia dñi nři Iesu xpi sit cū omnibus uobis amen.) Epřam
uel inde exorsus est ingens gřa uobis & pax: cui9 & in calce & gratiā subdidit
eandēqꝫ illis adesse ꝑcatˀ & optat: tūc enī nřa arguitˀ uera & certior disciplina:
cū nō solū uerbis uerū & ꝑcibus sumus discipulis ꝓfuturi: propterea & illud
dicebat. nos aūt orōni & dispēsatōi s̄monis īsistamus: hęc nos tutabunˀ: q nihil
ex opibus nřis speramus posse salutis locū aliquē īuenire: s̄ quicqd est spei di
uinę gřę & clemētię accēsemus. qbus & demonū laqis supiores euasim9 q sunt
sub pedib9 nřis ꝯtriti in xpo Iesu hoc est xpi potētia cui est gřa in s̄cła amen.

In prima ad Corinthios epistola. Athanasii prologus.

Orinthus cuz plurimũ & opibus polleret & sapientia. in xp̃m
credidit : a quo post fidem susceptam ne desisceret magno in
discrimine uersabatᷣ : siqdem ditiores plerũq; seorsum conuenti
cula & consoriatões inirent coirentq; & sapientes in unũ simul
ti: preceptoribꝫ sibi ad eam rem cõstitutis: paulo & pauperta
tem inscitiaz obiectabãt: accedit preterea q̃ inter hos qspiã nouercę admisceba
tur: & idolothytis gulę uicio uescerentᷣ nonnulli. & de pecuniis repetundis cuz
orireᷣ cõtentio, iudices gentiles adirent: comas insup nutrirent & uiri & cũ in
ecclesiis sępe cõmessarentᷣ: nil cibi egentibus ĩpartiebãt: pecuniis item & bonis
externis plurimum cõfidentes insolescerent maxime & efferrentᷣ & uel resurrec
tionis iã ratio apud eos claudicabat. qbus omnibus ob exteriorẽ sapiẽtiã falle
banᷣ: quę pfecto in se cõfidentibus mala oĩa parat, & prauoꝝ facinoꝝ mater
est & origo: scribit itaq; ad Corinthios Paulus, eoꝝ ut uicia corrigat. Et qm̃
in ecclesia obortũ discidiũ eo maius omnium uidebaᷣ: quo ex superbia erat &
animi elatione pfectũ huic p̃mũ medeᷣ apl̃s & seditionem hm̃oi, cum altiora
quędã corinthii sese instructuros pfiterentᷣ: euertit, & huncin modũ orditur.
¶ Paulus uocatus apl̃s.) subinde inqt, neq; hanc ipse mihi dignitatem quę
sum: nec ppria ulla sapientia accepi. qppe q olim cũ essem ecclesię dei euersor, ad
apl̃atus suz demũ hoc munus obeundũ accitus: quo ergo pacto & ipsi alios ad
fidem instituendi officiũ id inuasistis? ¶ Iesu christi.) Christus fuit apostolo
rum instructor: cur uobis ipsi ascribitis mortales quosdã in p̃ceptores. ¶ Per
uolũtatem dei.) Haud sane nos ille ut dignos uocauit & saluos fecit: sed quia
sic ei placitum est: & egit ut libuit: nũc uero placuit illi ut ipse uos edocerem:
cur alium preter me uultis magistrũ: num deo ut obsistendũ ducatis id agitis.
¶ Sostenes frater.) prę eius modestia sostenẽ sibi adiũgit in comitem: qđ qdẽ
corinthioꝝ ut tollat insolentiã facit, q cęteros aspernarentᷣ. ¶ Ecclesię dei quę
est corinthi.) nõ huius illiusue dixit ecclesiam. sed dei: qd ergo hoies ipsi habe
tis q uos tuentᷣ? q̃ si estis ecclesię nomẽ sortiti, necessariũ est ut iuncti & una
nimes sitis: q̃nquidẽ ecclesia unitas quędã & cõuẽtio interpretaᷣ. ¶ Sanctifica
tis in christo Iesu.) neq; eni in quouis hoim ꝟ in christo Iesu hãc estis sancti
moniã cõsecuti: & baptismi gr̃a nõ humanę sapientię aut diuiciaꝝ: qbus ęlati
insolescatis. ¶ Vocatis sanctis.) qn & hoc ipsũ credere haud q̃q̃ nostri est uiri
ꝟ dei potentię & uolũtatis. a quo estis hoc pacto uocati ut obsequendo excepe
ritis simul & fidem: fit itaq; ut a deo fides hęc sumat initiũ. nã si uos ille nõ cõ
uocasset neq̃q̃ paruissetis. ¶ Cũ oibus q inuocãt nomẽ dñi nr̃i Iesu christi.)
nec uobis & solis pax sit eiusmodi ꝟ uniuersis christi inuocãtibus nomen. ¶ In
omni loco nr̃o & ipsoꝝ.) Oĩm uidelꝫ q̃tquot ubiq; fideliũ sunt meminit: ut ar
guat fideles oẽs unã esse ecc̃liaz: vñ sic eos uideᷣ obiurgare: cur ipsi unius ciui
tatis incolę inter uos dissidetis. nonnulli uero nr̃o & ipsoꝝ loco ita intelligũt.
id est in q̃ & nos sumus & illi. ¶ Gr̃a uobis & pax a deo pr̃e nr̃o & in dño Ie
su christo.) a deo ea uobis sit gr̃a: quã olim ipsi cũ inimici essemus iam cõsecu
ti pace nũc utimur: eandem & uobis ut presto sit cõprecamur, nec ultra a pace

eiusmõi excidatis optam9qui factõib9 nũc & quibusdã inter uos simultatibus
dissidetis: nũc uero car hominib9 addixistis: illoꝝ q̃ & grãm inire studetis: &
placere illis ut preceptoribus omni studio connitemini. ¶ Grãs ago.) Hoc lo
co nos ad gratitudinẽ quãdã erudit: cũq̃ idipsũ ꝑ omnẽ epistolã agat: nũc tñ
oportunius lõge q̃ alibi gratitudinẽ recordat̃: gratitudo enĩ gratiã seq̃t̃: grã
uero nec debitũ p̃fert nec beneficii arguit uicissitudinẽ. ¶ Deo meo.) Ex sũ
mo quodã animi affectu cõmunẽ omniũ deũ suũ hic facit. ¶ Semꝑ ꝓ uobis
in grã dei.) Ex his utiq̃ & corinthios instruit ut et ipsi assiduas deo gratias
agant: & nihil ꝓprus uel actionibus cõfidant: uel ullis uirtutib9: sed in dei grã
sit illoꝝ spes oĩs. ¶ Que data est mihi in uobis in xp̃o iesu.) Hoc ẽ ꝑ christũ
dũtaxtat nec ꝑ aliũ quẽpiaꝫ mihi cõcessã: qd ergo homines ipsi attẽditis cum
sit in deo & solo sperandũ. ¶ Quia in oĩbus diuites facti estis in illo.) In illo
id est ꝑ ipsũꝫ: cũ cõstat uel opes ipsas & si ꝓ diuitus habende nõ sint ꝑ unige
nitũ tñ donari: cur ipsi omniũ ingratissimi hoĩes uobis: sine ullo delectu in p̃
ceptores asciscitis. ¶ In omni v̾bo & in omni sciẽtia.) Est nãq̃ & sine scĩa v̾
bũ utpote cũ quis nullo sensu supuacanea narrat: est p̃terea & sine v̾bo sciẽtia
uidelicet cũ altiora q̃spiã cogitatione & mẽte cõplectit̃: caret tñ quo illa explu
care queat sermone: uos uero inq̃t & sermonẽ habetis & dei sciẽtiã, ita ut intel
ligendi & loquẽdi uobis insit facultas. ¶ Sicut testimoniũ xp̃i cõfirmatuꝫ est
in uobis.) Sicut ꝑ uerbũ uidelicet & sciãm q̃bus utrisq̃ celestes diuitias com
parastis cõfirmatũ est in uobis testimoniũ: hoc est dei archanũ: neq̃ eniꝫ ꝑ ex
teriorẽ sapiam archanoꝝ dei facti estis ꝑticiceps: sed q̃b9 dignati estis signis
ac donis. ¶ Ita ut nihil uobis desit in ulla grã.) Queret aliq̃s si ꝑpetua erant
illa dona adepti: cur eosdẽm orõnis ꝓgressu carnales appellat: rñderi ad id põt
neq̃ oẽs spiritales fuisse: nec scd̃m carnẽ uixisse uniuersos: uñ impñtiaꝝ uer
ba hmõi ad spiritales habuisse ap̃l̃m: ad carnales uero que paulopost subseq̃uẽ
tur: uł forte quia fieri poterat: ut in ipsis fidei suscepte p̃mordus: cũcta essent
hi dona adepti: & demũ ut feruor ille refrixit: desides facti: s̃m carnẽ uitã trãs
igerent. ¶ Expectãtib9 reuelatiõꝫ dñi nr̃i Iesu xp̃i.) Hoc loco territat eos cũ
meminit scd̃i & futuri xp̃i aduentus, quasi id inq̃at: si futuꝝ est ut xp̃s ipse re
ueleť: & iudicaturus aduentat: quo pacto alios ipsi estis iaꝫ nacti qui uobis p̃
sint & ducent: Ostẽdit p̃terea & cũ his donis alias deposcẽdas esse uirtutes:
siquidẽ illa nihil huiusmõi dona iuuadũt nisi & uita accedat bene trãsacta. Cũ
autẽ reuelationẽ dicit: oñdit uel hoc tẽpore christũ nobis adesse: delitescere tñ
interea q̃a sese in futuro iuditio sit palã facturus. ¶ Qui & cofirmabit uos us
q̃ ad fine sine crimine in die aduent9 dñi nr̃i iesu xp̃i.) Cũ confirmabit inquit
oñdit eos & nutabũdos esse & ab alus circũuentos: cũ uero sine crimine dicit
illos criminibus subesse demõstrat: xp̃i aũt iesu eo frequẽtius hoc loco repetit:
q̃ in ceteris eius ep̃l̃is solet: ut corinthios cõmonefaciat: ꝑ hũc se & salutẽ fu
isse adeptos: & hui9 ex noĩe nõ alterius hoĩs xp̃ianos se dici. ¶ Fidelis deus
ꝑ quẽ uocati estis in societatẽ filii eius iesu xp̃i dñi nr̃i.) hoc est uendicus est
de9. Itaq̃ si nihil ille mentit̃ & uos ad filii sui societatẽ: id est ut eius in regno
cũ filio una & uos gloria donet: perspicuũ est deũ omnino que ꝓmisit factuꝝ.
estis enĩ ipsi uocati: nõ iniussi adistis: cur ergo insolescitis nec secus & sup̱bia

efferemini acsi u̅r̅a opa id effecerit. ¶ Obsecro autē uos fr̅es p nomē dn̄i n̄r̄i
Iesu xp̄i.) Cū acerbiora sit in hos uerba facturus: p̄ueniēs p xp̄m illos p̄cat̄:
sic inquiēs: cū haud satis ipse flectere uos ualeā p̄cib9: ad id p̄agēdū xp̄i nomē
obtestor & inuoco: a quo & ipsi: xp̄ianū estis nomē sortiti: quo xp̄i noīe affecto
p uos ignominia: ab hoībus ducere mauultis cognomē. ¶ Vt idipsū dicat̄ om
nes & nō sint in uobis scismata.) Quid illud est inqt qd̄ precor: ut oēs unū
sentiatis nil dissidētes: cū .n. unū aliqd inplures scindet̄ ptes: uidet̄ qdē infru
stra q̄multa & minutiora cōcisū: alioqn que pōt in multis & detrūcatis inesse
utilitas: qn & unū illud pdiderit qd̄ integrū fuerat: aptissime igit̄ illoꝝ facta
scismata nūcupat: quo ꝟbo quēadmodū calamitose cū corinthiis ageret̄: demō,
strat. ¶ Sitis aūt pfecti in eodē sensu & in eadē scia.) Qm̄ supra ut unū loque
rent̄ oēs inuixerit ne existimarēt ꝟbo tenus hāc aīmoꝝ cōiunctiōꝫ seruandaꝫ
& in eodē sensu subiecit hoc est ut iddē sentiatis: cūq̄ & m̄lti in aliqua re una
sūt cōuenturi: in alia minime: & pfecti sitis adiunxit: hoc est oībus in reb9: idē
cūctis sit aīmus. Multi p̄terea & si iddē uidet̄ sentire: aīmis tn̄ & mente dissē
tiūt: qd̄ sane tūc sit: cū fidē unā omnes habemus: caritate tn̄ lōge disiungimur
qd̄ plane exp̄ssit cū in eodē sensu diceret & eadē scietia. ¶ Significatū est mihi
de uobis fr̄es ab his q sūt Cloes.) ne illi que obiciunt̄ negarēt testes pducit,
idemq̄ ne cōmētitu uideāt̄: ut quos ipse fuisset cōmentus: nōīne explicat & q
Cloes sunt inqt: Erat aūt Cloes corinthi dom9 & familia quedā sic appellata:
nec desinit fr̄es hos appellare quoꝝ etsi pspicua essent illoꝝ cōmissa, haud tn̄
eōs fraterno noīe dedignat̄: nec illoꝝ exp̄mit noīa q sibi corinthiorū facta re-
nuntiassent: sed domū integrā & familiā posuit: ne testes pductos infensos co,
rinthiis redderat. ¶ Quia cōtentiōes sūt inter uos.) Mitiore usus uerbo con
tentiones appellat que sibi sūt de corinthiis renūtiata: cū ꝟo illos ultro obiur,
gat: discidia obicit: que lōge cōtentiōibus uident̄ deteriora. ¶ Hoc autē dico
qd̄ unusq̄sq̄ u̅r̅m dicit: ego qdē sū pauli: ego aūt apollo.) Id qdē nō u̅r̅m aliq
dictitant: sed oñs: nec hec intulit paulus qa eiusmōi uꝟba iactarēt corinthii
sed ipse in hūc modū s̄monē figurat ut arguat si id dicere: pauli sum: & apollo
sum: noxiū est & criminosuꝫ: longe magis officiet & crimini dabit̄, sese alios ho
mines delegisse quos sectarent̄. ¶ Ego autē cefe.) Haud sane ut se p̄ferat post
remo meminit petri: sed ut hūc sibi poti9 anteponat quēadmodū xp̄i deinceps
& nomē honoris gr̄a subdit. In rebus uero indignis & abiectiorib9 se ip̄m p̄
mo cōmemorat. ¶ Ego autē xp̄i.) Neq̄ .n. ob id eos incusat q̄ xp̄i se asserāt
sectatores: sed qa nō oēs itidē fateant̄: uel poti9 ego sū xp̄i intulit: uolēs id cri
minis augere & grauius reddere: arguereq̄ xp̄m ip̄sū oblatū esse in ptē unaꝫ
ut piter oēs saluos faceret: ipsi ꝟo in diuersū se scinderent: pruerētq̄. ¶ Diui
sus est xp̄s: num intercisus est xp̄s: num eius diuisū est corp9.) Irascentis sūt
ꝟba & indignabūdi: nōnulli aūt diuisus est xp̄s in hūc sensum accipiūt: uide,
licet nū ille mortalib9 diuisit ecclām: nū ptē unā ip̄e accepit: alteram uobis
contulit. ¶ Num paulus crucifixus est p uobis.) Cōfutat euertitq̄ qd̄ erat
p hos absurdius gestū: & p̄priū nomē pducit in mediū, ne uideat̄ liuore duct9
alioꝝ noīa recordari: nec sane id dixit: nū paulus uobis creatōis dedit originē
sed qd̄ lōge prestat & eius ineffabilē p̄fert humanitatē crucem commemorat.

Nec illud intulit: num paulus ꝓ uobis mortē excepit. sed nū crucifix9 est dix
it: ut qđ turpe & ignominiosū uisū est mortis genus ostēderet: xp̄m nō se sub
iisse. ¶ Aut in noīe pauli baptizati estis.) Baptizauit haud dubie plures apl̄s
sed ī xp̄i noīe nō suo. Id aūt eo infert: qa uł illđ discidu cāz p̄buit: cū uellet sin
guli ab his sibi nomē desumeř a qbus & baptismū suscepissēt: haud. n. id queri
tur qs sit baptismo ablutus. sed cuius sub noīe fuerit qspiā baptizat9: xp̄s. n.
nō q baptizat, dimittit peccata. ¶ Gr̄as ago deo qa neminē baptizaui nisi Cris
puz & Gaium.) Quid inqt baptismi gr̄a insolescitis: qñqdē ipse ego magis gra
tias agā: qa id baptizādi mun9 haud sepe obiueri, qđ tñ ñ eo infert: ut iprobȝ
baptismi ꝟtutē sed illorū ut diluat insolentiā, qui baptizātiū noīa iactitarēt: &
glorie ducerēt: quā baptismus ipse: nō baptismi mīster afferret. ¶ Neqs dicat
qa in meo noīe baptizaui.) neq̧. n. hęc ideo dixeri: qa ita se habeat res: sed ue
ritus ne eo usq̧ ꝓuebať hęc pestis: ut uł iactare id audeāt multi: nā si uel infi
mis uiris baptizātibus orta hęc cōtentio est: quo tādē id ꝓgressurū est malū
si ipse q sum euāgelii p̄co baptismū admīstrarē. Propterea coercēdi erūt nōnul
li: nec mihi baptizandi id īputēt munus. ¶ Baptizaui & Stefani domū.) Erat
uir hic sane egregius & in signis. ¶ Cęterum nescio siquē aliū baptizauerīz.)
Adeo inqt baptismi admīstratio haud magne est curę: ut nō satis meminerim
utrū aliū quēpiā p̄ter hos baptismo ablueri. Quo ergo pacto in hoc uos effe
remini. ¶ Nō eni misit me xp̄s baptizare sed euāgelizare.) Erat qdē euāgelii
predicatio uel sola grauis admodū & operosa, & ferreos aīmos deposcebat: ne
dū qret apl̄s & baptismo intenderet: nā hoīs cuiuspiā īmutare sniam: & ad ue
ritatē traduceř: uel a patriis institutis & legib9: qbus diutius inoleuit, diuer
tere, & p̄ferti nō sine sūmo dissuadētis uite discrimīe: magni qdē & excelsi ani
mi erat: paratū ꝟo quēpiā & uolētē ad baptismū excipe, cuiq̧ lz, q sacerdotio fū
gař. Queret aliqs: nū neminē baptismi lauacro tingebat apl̄s: qa minus esset
ad id destinatus: haud sane fuerat ad id p̄cipue missus: nō tñ obire id munus
ꝓhibeať: nā qui maioribus esset negotiis deputatus, uł minora exercere iā po
terat. ¶ Nō ī sapīa uerbi ut nō euacueř crux xp̄i.) Sublata illoꝝ q baptismi
mīstros iactarēt: su pbia ad eos ptrāsit qui sese ob exteriorē hāc & hūanaȝ sapi
entiā magnificarēt: Inqtq̧ & misit me dn̄s euāgelizare nō in sapīa sermonis
hoc est ī orōnis ornatu: ne crux īmunita patiať iacturā: id. n. ut nō euacueř cuȝ
inqt p̄tēdit. id est: ne uacua & inutilis arguať: nā si in eiusmōi s̄monis sapietia
p̄dicassent apostoli, iuř forte obiicerēt hoīes psuasione potius illos & ꝟborū
lenocinio q̊daȝ alios ad ꝟitatis notionē pellicere: nō eius quē ipsi p̄dicāt & ꝓ
fiterēť uirtute: qđ utiq̧ in crucifixi euacuatiōȝ & dānuȝ cessisset: nūc uero cuȝ
doctrine mūdane huius ignari: p̄dicēt xp̄m ꝓcul dubio arguūt cūcta p eius q
cruci affixus est, potētiā geri, pōt & aliter illud euacueř intelligi: exēpli gr̄a: ro
gabit gētilis aliqs de diuinitate ipsa me qspiā: qđ ab hoīe cōprehēdi nō possit
si eruitar illi qđ postulat silogismis nōnullis & exterioris sapīe huius rōnib9 pa
tefacere: haud dubie succūbā deficiens: nulla enī pōt diuinitas ipa rōne ꝓbari:
ita fiet ut imbecillitatē hāc meā xp̄i ipsi quē p̄dico accēseant impotentie: unde
& crux ipsa euacuabiť: hoc est inanis & uacua cōuinceť. ¶ Verbū enī crucis
ꝑeuntibus qdem stultitia est.) Cū essent corinthi nōnulli qui crucē illuderent

decens erat & necessariũ ut huiusmõi illusoribus ꝑ eoꝝ sapientia fideles obsi
sterẽt:& crucẽ hãc tutarent̃: indigneq̃ et grauiter ferrẽt: illoꝝ in crucẽ ludi
bria: subdit itaq̃ nulla uos ob id subeat admiratio: ꝑditis.n.& minus credẽti
bus que a deo sũt ad salutẽ cõcessa: stulta uident̃: sermonẽ ꝟbo crucis p̃dicatio
nẽ designat: qua xp̃i affixi patibulo nomẽ diuulgabat̃. ¶ Nobis autẽ q salui
facti sum9 ꝟtus dei est.) Crux ipsa nõ mõ dei uirtutẽ qn & sapiã indicat uir
tutẽ: qa mortẽ morte dissoluit: est nãq̃ imense potẽtie et exuberãtis uirtutis:
ut is q ceciderat referat palmã: sapiam uero qa hac uia: ꝑditos saluos effecit
¶ Scriptũ est.n.ꝑdam sapiam sapiẽtiũ & prudẽtiã prudentiũ reprobabo.) Cũ
infideles sapiẽtes ꝑditos diceret cõfirmat id statĩ scripture testimonio: illã.n.
inqt: tollã deperdãq̃ a sapientibus sapiam: quã ipsi ꝑ exteriora hęc iactitant:
hoc est insipiẽtẽ illã cõuincã: & prudentiã prudẽtiũ demã q sapere sibi uident̃
¶ Vbi sapiẽs: ubi scriba: ubi cõq̃sitor huius seculi: nõne stultã fecit deus sapi
ẽtiã huius mũdi.) Cũ explicasset que sacris lr̃is cõtinent̃: ꝑspicua ĩsup ex reb9
ipsis hęc facit: & gẽtiles qdẽ rep̃hẽdit: qa usurpare id solẽt ubi est sapiens idest
philosoph9: philosophie.n.studebãt pl̃imũ & sapiẽtis apud eos sũma auctori
tas erat: iudeos uero coarguit cũ dictitãt ubi nã scriba: inq̃sitores aũt eos ap
pellat q oppinationib9 qbusdã & inuestigatõib9 ꝑmittũt oĩa: hoꝝ nemo salu
tẽ attulit nobis p̃ter piscatores q erroribus nos exemerũt: fatuã aũt reddidit
hoc est inertẽ & nullius momẽti ẽẽ coarguit mũdi sapiam de9 utpote que inue
nire ueritatẽ neqerit. ¶ Nã qa in dei sapia nõ cognouit mũdus, ꝑ sapiam deũ
placuit deo ꝑ stultitiã p̃dicationis saluos facere credẽtes.) Causã aperit q̃ sit
exterior hęc sapia stultior reddita: nã cũ ex diuina sapia que ex hac põt machi
na creatoꝝ cõp̃hendi celũ ipsũ & terra & oĩs hęc mũdi structura suũ p̃dicãt
& laudib9 efferũt ꝯditorẽ: deũ tñ haudq̃q̃ ꝯgnouit mũd9: hoc ẽ q mũdana hęc
sapiũt: qppe q prauis cupidinib9 capiũt̃: & quodã dicẽdi lepore q huic inesse
sapĩe uidet̃ q̃: oculis cernũt̃ & detinent̃: q̃minus queãt deũ & ueritatẽ ipsã ꝑ
noscere: placuit aũt deo ꝑ eoꝝ p̃dicatõꝫ q & imperitõres essent: & stulti apud
alios haberẽt̃ credẽtibus salutẽ largiri: gẽtiles itaq̃ & si dei sapiẽtiã instructri
cẽ hẽbãt: eã uidelicet que in hac tata reꝝ molitiõe cõp̃hẽdit̃: dei tñ nullã sũt
adepti cognitiõꝫ: qa illi potius ĩtenderẽt sapĩe que uerbis cõstaret inanib9: nec
dei esset. ¶ Qm̃ iudei signa petũt: & greci sapiam querũt: nos autẽ p̃dicam9
iesum crucifixũ.) Nitit̃ paulus patefacere quẽadmodũ ex cõtrarijs deus cõtra
ria sit opatus. inqt q; cũ enĩ iudeũ ad fidẽ exhortor mox ille ut p̃dicatio certi
or dep̃hẽdat̃ signa deposcit: nos uero xp̃m affixũ patibulo p̃dicamus: qđ uti
q̃ mõ quo ad exteriorẽ hãc faciẽ signoꝝ nec potẽtatus: qa ignominiosũ habet̃
ullũ p̃ se fert argumẽtũ: sed imbecillitatẽ potius patefacit & impotẽtiã: alioqn
idipm̃ patibulũ qđ imbecillũ & cõtrariũ noscit̃ iudeos ipsos quoad ipsoꝝ peti
tionẽ ad fidẽ traducit & maximã p̃fert dei uirtutẽ: rursũ & grecia nobis sapiẽ
tiã queritãt: sed his etiã euãgeliũ p̃dicamus: quoad uulgi tñ opinionẽ: uesanũ
illi seruetur: neq; ab eo tanq̃ ab impio abscedat penitus: quod utiq; curationez
& medellã esset suscipientis potius q̃ subeuntis tormenta. Bene autẽ in die ap-
posuit ut corinthii saltẽ terror̃ ducti egrescẽti illi mox medeant̃: & qui morbo
affectus est fornicator. medellã accipiat: quinetiã prescribit diabolo terminos
quales illi & deus in iob prefiniuit: ut corpus dũtaxat: anima in offensa conti-
geret. ¶ Non bona est gloriatio uestra.) Ostendit hoc loco corinthios eo ni
hil permisisse adulterum hunc penitere: quia huius sapientiã glorie ducerent.
Erat enĩ is apud eos habitus e sapiẽtibus unus. ¶ Nescitis quia modicũ fer
mentum totam massam corrumpit.) uobis inquit non illi prospicio: potest nan
q; quod neglectum est malum: uel reliquũ ecclesie corpus corrumpere: naz ut
solet fermenti uel tenue quippiam & perexiguum: massam totã confundere: eã
demq; uel in sui immutare naturã: sic & hui9 delictum q̃multos est ad se imi-
tandum facile traducturũ. ¶ Expurgate uet9 fermentũ ut sitis noua cõsper
sio sicut estis azimi.) hoc est adulterum hunc e medio tollite: & alios facinoro
sos propellite: uetus autez fermentum: omne nequitie gnus appellat: nec pur-
gate dixit sed expurgate ut sitis noua conspersio nulla improbitate admixta:
& sicut estis: hoc est quemadmodũ uos esse decet: sine fermento & azimi hoc
est atq; uetusta iniqtate: acida illi: & mordenti: ob penitentiã. ¶ Eteñ pasca
nostrum immolatus est christus.) Cum de azimis mentionẽ fecisset quibus in
pascali celebritate uescerentur iudei: allegorice differens: quid illa sint azima si
quidem animi sit dispositio quedã omnis prorsus nequitie expers: nunc etiam
et pasca per allegoriam interpretatur: xp̃m inquiens nobis esse in pasca qui p
nobis sit immolatus: Debemus igitur azima hec idest puritatem omni uitio
alienã complecti. ¶ Itaq; epulemur non in fermento ueteri: neq; in fermento
malicie & nequitie.) Arguit ex his omne tempus festum esse & celebre xp̃ia-
nis: propter bonorum magnitudinẽ que illis sunt gratis concessa: propterea in
quit immolatus est dei filius: ut te letos & celebres dies agere faciat: non in

antiqno adę fermento, neq; in uita: quod lõge deterius est, nequitie plena. nã
malus is utiq; dicitur qui mala exequitur: neq; uero: qui mente iniqua &
malitia quadam profunditateque mala sunt peragit. ¶ Sed in azimis sincerita
tis & ueritatis.) Hoc est in uita puriori & integra ad nequitie differentiam &
ueritatis id est uera non simulata & sine dolo quod ut secernat & maliciã dixit
uel poteris cum ueritatis inquit ad ueteres typos a ueritate hac segregandos
referre qui nihil pre se ferebant uel pro sinceritate puritatem ipsam intelliges
que opere constat & actionibus & contemplationẽ pro ueritate. ¶ Scripsi uo
bis in epistola ne cõmisceamini fornicariis.) Quam dicit epistolam? hãc quidẽ
ipsam: nam cum dixisset superius expurgate uetus fermentum: suspicati sunt
forte corinthii uel a ceteris sibi qui in grecia essent adulteris precauendũ: q̃d
tamen ita edissent. ¶ Et nõ utiq; fornicariis huius mũdi: aut auaris aut rapa
cibus seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.) Hunc in modũ
construit̃ et intelligitur orationis huius contextus: & utiq; non fornicariis hu
ius mundi commisceri prohibui: hoc est gentilibus alioquin alius mundus uo
bis esset querendus: qui enim fieri potest una in ciuitate uel maiorem in partẽ
diuersantibus qui ex gentibus essẽt: non his admisceri. ¶ Nunc autem scrip
si uobis ne cõmisceamini: si quis frater nominatur: aut fornicator aut auarus
aut idolis seruiens aut maledicus aut ebriosus aut rapax: cum huiusmodi nec
cibum sumere.) Vides quẽadmodũ non unus aliquis esset fornicationis scele
re inquinatus: sed alii erant pleriq; eiusmodi: & uariis affecti iam uitiis: uerũ
quo pacto frater cum sit & inseruire idolis poterit queadmodũ enim contigit
olim & samaritis ut pars dimidia pie colerent deũ: sic & inter hos quidã ido
lis adhuc inherebant: anticipat preterea de his qui idolothitis uescebantur:
sermonem: recte autem dixit, qui frater uocatur: quippe cui fratris dũtaxat no
men sit reliquũ: nec in ueritate est frater qui hisce sit mali obnoxius. ¶ Quid
enim mihi de his qui foris sunt iudicare.) Qui foris sunt gẽtiles dicit: & ido
lis deditos: qui uero interius, christianos: perinde dicat: neminem equidẽ nũc
eorum qui exteriores sunt alloquor: id enĩ leges meas excederet. Superuacaneũ
igitur christi precepta illis iniungere: qui extra christi aulam diuagantur: que
cunq; enim lex dissERit his qui sub lege sunt dissERit. ¶ Non ne de his qui in
tus sunt uos iudicatis? nam eos qui foris sunt deus iudicabit.) non ne qui in
tus sunt uos iudicatis, hoc est non ne de christianis iudicaturi uos estis, nam
qui foris sunt, deus iudicandos suscipiet. Fit itaq; ut si apud uos qui intrinse
cus sunt iudicentur: euasuri sint horribilem dei sententiã. ¶ Auferte malum
ex uobis ipsis.) Meminit dicti cuiusdam ueteris testamenti: ut arguat a prin
cipio legis latori uisum id esse, improbos scilicet tollendos & e medio fore. Ex
uobis ipsis cum inquit iudicat utilitatis plurimũ his allaturum: si praua demã
Cap. vi tur ¶ Audet aliquis uestrũ habens negotium aduersus alterũ, iudicari apud
iniquos & non apud sanctos.) Cum de pecuniis creditis & repetundis: causas
haberent nonnulli: ad gentiles iudices haudsecus ac legis christiane latores:
has deferebant, illorum iudicio terminandas. Id paulus in medium ꝓdiens ca
stigat & corrigit: cumq; & auaros cõmemorasset: hos statim ut curet, ardore in
cenditur: qui talibus in rebus delinquerent. Aduerte autem quemadmodum

initio statim iram pretendat: quippe qui audaciam rem ipsam appellet & iniusticiam: neq; enim apud infideles sed apud iniquos intulit. quandoquidē qui litigat quod equū sit assequi concupiscat: quod tamen minus hos posse arguit adipisci. Iniqui eni & iniusti sunt inquit gentiliuz iudices: quo ergo pacto: qđ equius sit pro te sunt laturi iudicium: sanctos uero fideles appellat: ex ipsis nominibus quantū hi inter se differant patefacit: cum iniquiores sint alteri: alteri sanctimonia polleant. ¶ An nescitis quoniā sancti de hoc mundo iudicabūt.) Quoniam fideles cum ideote essent & legum ignari haudquaq̄ digni forsitan uiderentur qui decernerent causas: dignos hos & idoneos reddit: tum sanctos hos nuncupat: tum etiam de mundo cogituri sint asserit: non tñ q̄ a considētibus his iudicandi sint ceteri: dominus quippe est facturus iudiciū: sed ad supplicia cōdemnandi: hi nanq; etsi cum ceteris sint passibilis nature participes: credidisse tamen inuenti sunt: illi uero christi fidem non excepisse: non ne haberi huiusmodi incredentium fides p̄ infidelium damnatione: debet. ¶ Et si in uobis iudicabitur hic mundus digni estis qui de minimis iudicetis.) Attēde quemadmodum non a uobis dixerit: sed in uobis: hoc est a deo quidem iudicabitur: in uobis autem condemnabitur: eo scilicet quia exemplo ceteris ipsi sitis credentes. Illud uero indigni estis q̄ minima iudicetis hunc habet sensū nam ut decens est iudicatos illos per uos hoc est fideles qui intus estis confūdi: sic contra uobis ad ignominiam cedet: ab his qui extra sunt & infidelibus iudicari: quorum profecto nullius sunt momenti iudicia: siquidē que per uos qui interiores estis feruntur: haudquaq̄ sunt huiusmodi. ¶ Nescitis quoniaz angelos iudicabimus: quanto magis secularia.) Angelos demones ipsos appellat: sunt enim & hi per uos condemnandi tunc sane cum ipsi qui sumꝰ hac carne obducti: incorporeos illos uicisse coarguemur. ¶ Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandū ad uerecundiam uestram dico si non est inter uos sapiens quisq̄ qui possit iudicare inter fratrem suum & fratrem.) Cum id unum precipue uellet apostolꝰ ut a forensi iudicio prorsus illi abessent: occurret aliquis inquit: dicetq;: neq; unum quidem in ecclesia esse qui sapiens sit & cognoscere causas queat huiusmodi: uel si ita se res habuerit ait: ut nemo sit in ecclesia sapiens: malim equidē uel abiectiores quosq; ecclesie iudices: q̄ infideles ipsos constituatis: uel uero ad uestram uerecundiā dixerim: non q̄ ita se habeat: ut uel falso excusantibus uobis nihil obsistam: quandoquidē tanta est apud uos sapientiū raritas ut uel uiliores oporteat & litterarum ignaros sententias ferre: inter fratrem autem adiecit: arguens ut cum inter fratres causa aliqua agitetur nil esse opus uel diuersarum rerū cognitōe. uel multa sciētia qn̄ plurimuz faciat ad controuersias dissoluendas fraterna affectio. ¶ Sed frater cū fratre in iudicio contendit & hoc apud infideles.) Duplex cōstat esse id malum: & quia cū fratre lis est & quia apud infideles agitata. ¶ Iam quidem omnino delictū est in uobis q̄ iudicia habetis inter uosmet.) primum que apud infideles inibantᷣ iudicia sustulit: nunc uero eadem illa prorsus euertit dicens: omnino delictum est uobis: hoc est in cōdemnatōē & ignominiā cedit: quia iudicia inter uos exercetis: inter uosmet autē dixit: qa nō minoris cū xp̄iani simus f̄res debemus ac nos ipsos existimare. ¶ Quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudē

patimini: sed nos iniuriā facitis & fraudatis & preferti fratres. ¶ Multiplex
istorū est crimen: tū quia illatā nesciunt iniuriam ferre: tum quia ipsi sese in ali
os iniustos exhibent: tum demū quia in fratres iniquitatem exercēt: satius in-
qt foret nec inferr̄ nec pati iniurias cōcludit demū meli9 eē tolerare q̄ inferr̄ in
iuriā. ¶ An nescitis qa iniqui regnū dei nō possidebūt.) quasi cōminādo hos
admonet ut eius dicta faciat firmiora: ac tanq̄ de re confessa & certiore hos ro
gat. ¶ Nolite errare.) hoc loco oñdit fuisse apud corithios nonnullos qui di-
cerent deum esse clemētiorē & neminē ob delicta cruciatuꝝ. inducturūqꝫ po-
tius in celeste nos regnū. Inquit igitur: nolite errare: errat enim & longe falli
tur qui cū hinc futura bona sperat se habiturum contraria postomodū nancis-
catur. ¶ Neqꝫ fornicarii: neqꝫ idolis seruiētes neqꝫ adulteri neqꝫ molles.) mol
les dicit qui feda & nefaria paciuntur: subiungit enim & qui torpia factitant.
¶ Neqꝫ masculorum concubitores: neqꝫ fures: neqꝫ auari: neqꝫ ebriosi: ne
qꝫ maledici: neqꝫ rapaces regnū dei possidebūt.) Querūt nōnulli cur ebriosos
& dicta nefaria perpetrantes: hic interiecerit: ubi ꝺ idolatriis predixit ap̄lus?
quia & christus eū qui stultū quēpiā dixerit geenne obnoxiū ꝓnuntiauit: de-
inde quia haudquāq̄ de cruciatu nunc mentio fit: sed de regni cælestis iactura
& casu: quo ex regno: & si huiusmodi homines ęque sunt omnes casuri: in sub
eundis tn̄ suppliciis: quā sint differentiam habituri: nullus est impresentiaꝛuꝫ
querendi locus. ¶ Et hec quidem fuistis sed abluti estis: sed sanctificati estis
sed iustificati estis in nomine dn̄i nostri iesu christi: & in spiritu dei nostri.)
Cognoscite inquit e quantis uos deus exemerit malis: & quātis uos ille bonis
donauerit: nā cum essetis antea his que diximus uitiis inquinati: ab his tn̄ uos
mundiores effecit: et labe: tam tetra absterssit: neqꝫ id mō: quin et uos ille san-
ctificat. Quo pacto? iustificando inquit: cum enī prius uos abluisset & iusticia
cōdonasset: mox et sanctimoniā cōtulit: nec in huius illiusue noīe: sed xp̄i dum-
taxat In spiritu sancto: hoc est trinitas ipsa hec oīa uobis largita est. Cum enī
deū inquit in xp̄i noīe et spiritu sanctificasse p̄rer trinitateꝫ: nil aliud prefert.
¶ Oīa mihi licent sed non oīa expediūt.) Qm̄ de fornicatē illo fecerat mētio
nē: & de eodem iterato sit uerba facturus: interserit demū & de uitio gule ser-
monē: Ex ea nanqꝫ persepe fornicationis uitia ꝓdeunt: ait igit̄: licet hauddu-
bie mihi & cibū & potū desumere: nil tn̄ cōduci moderate id facer̄. ¶ Omnia
mihi licent: sed ego sub nulli9 redigar p̄tāte.) Possū inquit & cibo uti & potu
Is tn̄ si me intemperanter addixerī: & mei iuris cū sim: luxus & intemperātie
subisse seruitutē dep̄hendar. Quēadmodū & alibi dicit quoꝝ deus uenter est:
nolim ergo maloꝝ huiusmodi imperiū pati. ¶ Esca uentri: & uenter escis.)
Ventrē ingluuiē ipsam appellat: nō stomachū corporis nostri membroꝫ: escas
uero ciborū effusus & immoderatior usus: inquit igitur escam: huiusmodi sine
modo sūptā: & gutturis indulgentiā: amicitias inter se & familiaritatē cōcili-
asse: nec patere nobis per hec accessū. Sed alinis: & ad se & per man9 remitter̄
quos sibi habeant obsequentes. ¶ Deus aūt & hunc & has destruet.) Nō uē
trem inquit: sed uentris ingluuiē: nec escā ipsam & cibū: sed luxuriē & intēpe
rantiā sublaturus est deus. Dicunt nōnulli prenūtiari per id: futuri seculi cō-
ditionem: ubi nec capi poterit cibus: nec potus hauriri: quinetiā cū ibidē uel ci-
bo ne moderatior̄ qdē uti quis querit: longe magis profusior esca: & ingluuies

omnis tolletur. ¶ Corpus aũt nõ fornicationi sed dño & dominus corpori.) Sic quidẽ prosequenda erat oratio: corpus aũt nõ escis nec uentri. haud tamẽ hoc dixit: sed fornicationi: arguens quẽmadmodũ delitiaꝝ finis fornicatio sit: quod aũt dicit tale est: corpus quide haudquaq̃ est eo effictũ: ut in luxu sit & delitiis & in fornicationẽ labat̃: sed deũ ut capud ipsũ sectetur: cum deus sibi in capitis instar presideat. ¶ Deus autẽ & dñm suscitauit & nos suscitabit ꝑ ꝟtutẽ suã.) Nil obturberis cũ deũ audis dñm suscitasse: nã haudsec9 ac ꝑ uer∣minutioribus his condescendet: cũ eni patrẽ illi & deũ omnino profiterentur & cunctoꝝ. cãm eẽ penes omnes certa esset & constans opinio: resurrectionez filii patri demandat: & nos pariter fore ab eo suscitandos decernit: nam quem admodũ xp̃m qui caput est nr̃m: a mortuis hic excitauit: sic nos suscitabit qui corpus reliquum sumus: ꝑ uirtutẽ eius propterea intulit: ut dictis suis faciat fidẽ: ꝙ aũt patri tanq̃ omniũ cause uel christi resurrectionẽ permittat: est qdẽ ex eo perspicuũ: quod de se ipso ꝓfitetur & christus: soluite templũ hoc inqui ens & illud post triduũ excitabo: & rursuz scriptũ est. prebuit aũt seipsum ui∣uum: itaq̃ cũ ipse se suscitauerit: patri utpote qui sue resurrectionis sit causã rem omnem ascribit. ¶ Nescitis qm̃ corpora uestra membra sunt christi.) rur∣sum ad propositam fornicationis castigationẽ se confert: de eaq̃ horrendũ in modũ desinit. ¶ Tollens itaq̃ membra christi faciam membra meretricis: ab sit.) Non enim dixit prostitute femine copulabo: sed ꝙ horribilius est: faciam meretricis membra: quis enim id audiens ñ contremiscat? xp̃i membra a chri∣sto diuulsa: in meretricis mẽbra conuerti? ¶ An nescitis qm̃ qui adheret me∣retrici unum corpus efficitur: erunt eñi inquit duo in carne una.) Quod dix it confirmat: quemadmodũ scilicet meretricis reddant̃ christi hec membra. ex libidinis enim cõmertio unũ fiunt fornicator & meretrix: ita fit ut uiri mẽbra que christi sunt inuulgate femine membra uertant̃. ¶ Qui autem adheret dño unus spiritus est.) Vides ut ex nudis nominibus meretricis & christi inductã accusationẽ exaggeret: inquit igitur qui adhesent domino eo uel maxime spiri tum eundẽ cũ christo sortiri: qa nihil agat pro carnis instinctu: hoc est spiritat̃ hic reddit̃: ea nanq̃ cum domino inita coniunctio: spiritus illi exhibet sãctita∣tẽ: quietiã ex his patefecit xp̃i mẽbra redditos esse fideles. ¶ Fugite fornica∣tionẽ.) haud secus q̃ insectatricez aliquã que semper nos urgeat: fugiendã hor∣tatur libidinem: suadetq̃ uti ab ea enixe abstineamus: nihil enim nos adeo in∣sectatur q̃ carnis cõcupiscẽtia. ¶ Omne enim peccatũ quodcũq̃ fecerit homo extra corpus est: qui autẽ fornicatur in corpus suum peccat.) Fornicatiõe nã∣q̃ libidinantis totũ inficitur corpus: unde qui rem uenerеam factitant: adire balneas consuescunt: ut corpus sordibus & illuuie affectũ abstergant. In cor∣pus itaq̃ ipsum fornicator delinquit cum illud inquinat et sorde conspurcat: nametsi uideatur cũ hominẽ trucidamus corpore admitti id facinus: non tamẽ uniuersũ ex eo: corpus sordescit. Possumus nanq̃ uel lapide uel ligno: uel alio quopiã tormento ictus infligere: et nihil corpus hec inquinare: uerum tamen nullo pacto licebit sine corpore fornicari: quo fit ut illud omnino cõmaculetur cupit itaq̃ paulus id scelus e medio tollere cuius ob gratiã illi propositũ erat corinthios cõmonefacere & castigare. Potest et aliter illud intelligi: uidelicet ꝫ

qui fuerit libidinatus: in propriũ corpus delinquit: qui non suscipiendi liberos
cupiditate id agat: nec cum uxore legitima misceat̃: sed frustra corpus seminis
profusione corrumpat & imbecillitet uel etiam in corpus suum delinquit ad/
ulter: quia in femina peccet adulterando que suuз pferat corpus: illa nanq̧ ex
uenereo illo ɔgressu uł unũ cũ uiro sortita est corpus: in eam autem delinquere
dicit̃: quia haudquaq̃ illi legitime cõmiscet̃: sensus tamẽ superior: ceteris potior
creditur. Querũt nõnulli quid de inuidia dixeris nonne & hęc macerat corpus
hanc questiunculã sic soluunt pleriq̧. Dicũt eni inuidiam quandã esse animi p
turbationẽ non actũ: nunc uero de opere & actione ipsa: fieri ab aplo mentiõз
siquidẽ inquiat. omne peccatũ q̃ðcunq̧ fecerit homo: ubi nil prorsus de huius-
modi animorum perturbatione & affectu differuit: inuidia nanq̧ haudquaq̃ a
nobis enascit̃: sed operat̃ in nobis. ❡ Nescitis quoniã membra uestra templũ
sunt spiritus sancti: qui in uobis est: quem habetis a deo.) hos magis territat:
cum ob muneris: hoc est spiritus sancti magnitudinẽ: tum largientis hoc est
dei ob dignitatẽ: templũ inquit estis & sanctum: quippe quod ex sancto spiri/
tu esse constat: nolite ergo hoc templũ q̃ð sanctitate donatum est impuꝝ &
sordidatum efficere: neq̧ dei hoc donũ inutile reddite a deo nanq̧ accepistis
hunc spiritum. ❡ Et non estis uestri: empti enim estis precio magno.) Estis
enim inquit sub domino cõstituti: nec quicq̃ habetis quod uestri sit iuris: nec
corpus ipsum: quippe qui precio empti magno sitis: hoc est christi sanguine. q̃
fit ut membra uestra non uobis sed domino obstricta sint seruitute: & p illi9
arbitrio ferantur necesse est. Id aũt non eo intulit ut libeꝝ nobis demat arbi/
triũ: sed iure ut arguat deo esse inseruiendũ: a quo sumus precio empti. ❡ Glo
rificate & portate deũ in corpore uestro.) Cum enĩ empti pretio sitis: deũ ues/
tro in corpere glorificate operantes que sũt rectiora: & corpus id in puritate
seruare & castimonia: ut hominibus opera nostra spectantibus optima: & deo
gloria referatur: & in eundem ab his uel laudes congerant̃. ❡ Et in spiritu
uestro.) Ostendit hoc loco nõ mõ corpore esse ab adulterio declinandũ: sed ani
mo: scilicet ut mentẽ ipsam nulla labe afficiamus: spiritum nanq̧ mentem & co
gitatum appellat: quod adulteriũ corde concipere uel in euangelio phibemur
❡ Que dei sunt.) Frequentius recordatur apostolus nequaq̃ in nostra esse
nos potestate: sed dño seruitute obstringi: id est deo qui & animã nostrã & cor
Cap. vij pus redemerit. ❡ De quibus aũt scripsistis mihi.) Dissentionibus iam fornica 7
tione & auaritia castigatis: de nuptiis & celibatu iam statuit. Scripserant eniз
corinthii rogãtes apostolũ utrũ esset a re uxoria abstinendũ an minime. ❡ Bo/
num est homini mulierem non tãgere:) Bonum est inquit & egreguз mortali
cuiq̧: non sacerdoti dũtaxat, ut sentiunt multi: nil prorsus mulierem cõtinger̃
sed uitam celibem ducere & castam seruare: quod tñ fieri si nequeat matrimo-
nium imbicillitati nostre: subueniet: infert igitur. ❡ Propter fornicationẽ autẽ
unusq̧sq̧ uxorẽ suã hẽat: & unaq̃q̧ uirũ suũ.) In utrãq̧ disputat partem: po/
test enim uir dari qui pudititiã tueatur: et mulier aliqua que procliuior sit in
libidinem: et e contra: enimuero de fornicatione cum faceret mentionem ad ue/
neris abstinentiam uniuersos compellit: et si declinande inquit fornicationis
gratia nuptie permittuntur: non tamen his quidam abuti per luxuз et intem/

perantiam debent. ¶ Vxori uir debitum reddat: similiter autē & uxor uiro.) ut enim mutuę estis caritati obstricti: sic eritis et debitum reddere alterius obnoxii. ¶ Mulier potestatē sui corpis non habet sed uir: similiter autē & uir sui corpis ptātem nō habet.) q aūt mutua caritas debiti loco ab his sit exigēda: nunc patefacit cum nullam hos asserit suorū habere corporū potestatē: sed mulierem serue spetiem pre se ferre & domine: serue quia subiecta sit uiro: nec ullā uendicet corporis sui potestatem: ut uulgare illud ad libidinem quibus libeat: queat: domine quia e cōtra suum uiri sit corpus in quo nullū habeat ille imperiū ut possit pro eius arbitrio adulteratis illud & meretricibus demandare: non itaq ab simili rōne & uir uxoris est seruus & dominus. ¶ Nolite fraudare inuicē: nisi forte ex consensu ad tempus.) Hoc est uiro inuito nil a coitu abstineat uxor: uel uir uxore nolente: quodcūq enim contra alterius uoluntatem fecerit alter fraudis loco habendū est: quēadmodū & in pecuniis cōmitti dicimus fraudem cū repugnante domino extorquētur: secus tā se res habebit: cū id fieri cōtigerit utrisq assentientibꝰ: hoc est cū ex conuento tempus aliqđ utriq ad celibatum pfiniunt. ¶ Vt uacetis ieiunio & orationi.) Explanat cur ad tempꝰ aliqđ dixerit uidelicet cū oportunū sit oratiōi uacare: hoc est enixe fuerit orandū: nec simpliciter ut cretis dixit: sed ut uacetis orōni: nam si a simplici oratione arceret concordes. cur alibi indesinenter orandum intulisset: ut itaq orari maiori studio possit: abstinere inquit ab inuicem: perinde coitus orationem potius interpellet: q labem pariat aut sordes. ¶ Et rursum reuertimini in id ipsum ne temptet uos satanas propter icōtinentiā uestram.) Reuertimini inuicē inq non ut legem uobis ullā aut necessitatē imponā: sed nec satane prebeatis occasionē in fornicatione uos pertentandi. Et quoniā satan nequāq nobis prior ipse ad fornicandū causam prebet: sed nostra in primis lasciuia: unde per incontinentiam addidit: ille nanq cū nos incōtinentes pspexerit ad luxuriā īitat. ¶ Hęc aūt dico secundū idulgētiā n sm imperiū.) Ad tēpꝰ inquit uos inuicem fraudate per indulgentiam dixi: hoc est uestre indulgens fragilitati: nulla uobis uel lege imposita: uel mandato indicto: quod excedi impune non possit. ¶ Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum.) ubi rem aliquam arduam inducit & per difficilem sese proferre in medium cōsueuit apostolus uelim itaq ait a luxu & uenere uniuersos homines abstinere: quēadmodum & ipse abstineo: hoc est castitatem sectari non uenerē. ¶ Sed unusquisq proprium donū habet: a deo: alius quidem sic alius uero sic.) permanere inqt in celibatu dei est donū: tametsi nostro studio ea res egeat. Cur q cōtinentiā dei donum appellat: ut eos quos castigando diu iam urget quando illorum asserit intemperantia in id crimen fuisse prolapsos: consoletur & mitiget. Aduerte autem quemadmodum etiā pro dono connubium statuat: & cum singulos dicit proprium donum habere: alium sic: id est ut sit continentior & uirginitatē tuetur: & aliū sic quia matrimonio scilicet & nuptiis obstringatur.

¶ Dico autem non nuptis & uiduis. bonum est illis si sic permanserit sicut & ego. q si non se continent: nubant: melius est enim nubere: q uri.) uides ut sapi

enter apostolus potiorem arguat pudicitiam: nec eum ad hanc adhortetur ser-
uandam qui a uenere abstinere non possit: ne grauius delinquatur: nam si ue
hementiorem huiusmodi uiolentiam tuleris & ardorem libidinis sustinebis: in
gens est enim concupiscentie uis: eris hauddubie labore immenso liberatus:
cui procuidubio timendũ fuisset: ne in deterius aliquõ facin9 prolabereris. ❡ His
autem qui matrimonio iuncti sunt precipio non ego sed dominus.) Cum do-
minus lege decreuerit nisi adulterii ratione nuptias minus oportere dissolui:
eo nunc inquit: Non ego id uobis iniungo: sed dominus. Cuncta tamen pau-
li superiora mãdata: nequaq̃ sunt p diuinis dictis expressa: tametsi q̃cunq; pau
lus differit domini dicta sint non humana: presertim cum paulopost sit iddem
dicturus: Videor enim & ipse spiritum dei habere.

❡ Vxorem a uiro non discedere: q̃ si discesserit manere innuptam: aut uiro
suo recõciliari & uir uxorem non dimittat.) Quoniam seruande pudicitię gra-
tia uel intollerantia quadam; uel alia quauis de causa fiunt diuortia: satius in-
quit est ut nulla prorsus fiat seiũctio: que tam si fieri contigerit: maneat mu
lier uirum habens: tametsi cum eo nihil communicatur: nec alium superindu-
cat; uel uiro concilietur

❡ Nam cęteris ego dico non dominus. Si quis frater uxorem habet infidelẽ
& hęc consentit habitare cum illo non dimittat illam; Sed siqua mulier habet
uirum infidelem & hic consentit habitare cum illa non dimittat uirum.) Quid
ais? si infidelis sit quispiam maneat uir cum uxore: si adulter & fornicarius:
prohibes: presertim cum adulterio deterior sit infidelitas! at nostra potius ui-
dicat christus q̃ sua: nam dimitte inquit ibi munus tuum & fratri tuo recon-
ciliare: num qui mille talenta sit aspernatus in eum ne qui in nummis centuz
fuerit sibi obnoxius suam iniuriam ulcisceretur! nec secus ergo hoc loco: infide-
litatem qua constat in se delinqui contempnit deus & nihili ducit: ob fornica-
tionem uero qua in uxorem peccatur pęnas exigit. Dicunt tamen nonnulli p
ignorantiam infidelitatem obnasci: quam paulus inquit forsitan iri sublatum:
Quid enim nosti mulier si uirum saluum factura sis: fornicationem uero ex cõ-
fessa quadam fieri & indubitata malitia haud dubium est: Fornicator prete-
rea eo prouectus est sceleris ut propria membra a se ipso disiunxerit: hec nam-
q; ut primum a femina substulit adulterata; que sua fuerant meretricis effe-
cit. Infidelis uero nil prorsus in ea carnis coniunctiõe deliquit uidelicet quia
eius membra per copulam uxoris effecerit: quinpotius ob nexum forte eius-
modi uel ex fide, fideli uxori iungetur tacitus q̃ huius ut dixerim uitam ob
eius infidelitatem peruertat; carperetur q; hauddubie ob id euangelium si cre-
dens ab incredulo seiungeretur: Id tamen tum quidem futurum intelligas si
utriq; cum in infidelitate persistere cõuenissent coniugium: mox alter ad fidem ue-
nisset: nam si prius fuisset aut uir aut uxor fidelis: haudquaq̃ cuz infideli iun-
gi matrimonio licuisset: Nec dixit quidem: siqs uult infidelem accipere: sed si qs
habet infidelem uxorem nec simpliciter infideli fidelem sed uolenti coniungit
quod sane cum consenserit inquit prefertur; hoc est uolenti.

❡ Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem: & sanctificata est

mulier infidelis per uirum fidelem.)Hoc est partus fidelioris habundanti puritate uincitur infidelis cuiuspiam immunditia: neqꝫ eo ꝙ sanctitatem adipiscatur in posterū infidelis: siquidem non sanctus est dixit: sed sanctificatus est: hoc est ab eius que fidelis sit infidelis uincitur sanctimonia. Hęc autem dicit: ne uereatur fidelis aliqua mulier labe & sordibus infici: si cum infideli rem habeat: & illi matrimonio sit ante fidem susceptam coniuncta. Queritur autem ꝙ siquis qui meretrici adheserit: unum iam corpus cum ea sortitus: fiat immūdior & si perspicuum est: uel eam que cum idolatria uersetur unum cum illo corpus sortiri: Cur tñ ea ex re non immūda redditur mulier? Qm̄ uel ipsū libidinandi comertium impurum per se & sordidum est. Eoqꝫ uel utrosqꝫ coinquinari: uerum quod ad fidelem spectat ꝛet infidelem longe se aliter habet: Si quidem ob eius incredulitatem immundus efficitur infidelis: non tamen secūdum incredulitatem eiusmodi cum uiro uersetur & mulier: Sed secundum copulam coniugalem sanctificatur: quam nullam habere in se immunditiam liquet: Est enim hęc illi connubii uinculis nexa: propterea nullam fidelis ex eo labem admiserit.

¶ Alioquin filii uestri immundi essent.)Nam si infidelis inquit credentis nitore non uinceretur: forent sane quos parerent liberi immundiores: uel ex parte dimidia mundi. ¶ Nunc autem sancti sunt.)Hoc est non immundi ; demit enim omnem suspicionem fidelis femine sanctimonia.

¶ Quod si infidelis discedit discedat.) Hoc est si uir infidelis uxori fideli iniungat secum ut sentiat : & particeps sue fiat infidelitatis: dirimat potius matrimonium mulier: & a uiro abscedat: Satius enim est connubium ipsum dissoluere : q̄ pietatem & dei cultum ammitere. ¶ Non est enim seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi: in pace autem uocauit nos deus.)Si tecum ille eo inqt iurgat̄ ꝙ tue infidelitatis participare nil tolleres: confestiꝫ secedito non enim es eiusmodi seruituti subiecta ; hoc est nil cogeris uirum in rebus huiusmodi ꝑpeti: melius est enim secedere q̄ altercari : neqꝫ enim diuine illud est uoluntatis : quippe qui nos in pace uocarit: itaqꝫ si tibi litiget & iurgus urgeat: prebuit ille diuortii causam. ¶ Quid enim nosti mulier si uirum saluum feceris.)Rursuꝫ ad id qđ superi9 dixerat redit: uidelicet nō dimittat mulier uirū: si enī tibi nihil molesti9 sit inqt: maneto cum eo & cōmonefacito: aliqd forte hoc mō ꝑegeris: quasi rem in abiguo statuit: cū ne uideat̄ mulieri necessitatē ullā omnino imposuisse: ut uiro xp̄i fidē excipiendā suadeat: tuꝫ ut hāc reddat ad bn̄ sperādū intentā & a desperatōe auertat. ¶ Aut qd scis uir si mře ē saluā facies: nisi unicuiqꝫ sicut diuisit dn̄s: & sicut in oībus ecclesiis doceo.)Nō nulli sic cōstruūt: qd nosti uir si mulierem saluā facies necne: deinceps quasi ex alio quodā capite dicat unicuiqꝫ ut diuisit dn̄s: subinde dicat: uñ cōpertum habes: si saluā factur9 hāc sis: an minime: id qđē est prorsus incertum: q̇diu res in ambiguo fuerit haud quaq̄ dirimendū erit cōnubiū: ꝙ si saluā non feceris: nil tibi o͂ſ.ciet: saluam autem hanc si reddideris: & aliis profuisti ac tibi. Alius ꝟo aliter senserit: q̄si abinde exors9: nisi ut unicuiqꝫ diuisit de9: q sensus est lōge potior. ꝑinde dicat apl's: haud q̄q̄ ꝑpt īfidlitatē fiat diuortiū nisi ut unicuiqꝫ

hoc qsq; sic habeat queadmodu & q forte ut sit deo e placitu: uxorez hns in,
fidelem uocatus es maneto hanc habens & nihil tibi eius infidelitas oberit.
¶ Et sicut in omnibus ecclesiis doceo.) hoc intulit ut corinthios q̄n quidem &
alios habeant huius discipline participes ad obsequendum reddat paratiores.
¶ Circumcisus aliquis uocatus est: nō adducat p̄putiuz.) Fieri poterat ut mul
ti quos desecte pellicule puduisset medicamento apposito: & hanc niterentur
iterato sarcire: & obscenū illud concisū in pristinū statū redigere. ¶ In p̄putio
aliquis uocatus est nō circumcidit: circūcisio nihil est p̄putiū nihil ē: sed obser,
uatio mandatorum dei.) Vbiq; post fidez uirtutis exigit operatio: reliqua uero
aut partius requirunt aut nunq̄.
¶ Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est in ea permaneat: seruus uocatus
es: n̄ sit tibi cure: s̄ etsi potes liber fieri magis utere.) In uocatōe q̄ uocat9 ē
hoc ē quocunq; in uite genere ul' ordine uel conditione: xpi fidem susceperit
quispiam: in hoc perseuerz: uocationem autē dicit inductionē ad fidem. Seru9
cū eēs uocat9 es: nihil sis uelī ob s̄uitutē hāc anxius: neq; ob id obturberis
non enim que a deo est obfutura est seruitus: quinpotius si potes liber fieri
utere magis: hoc est acrius seruitutem exerce: in usumq; aliquem & utilitatem
conferto. ¶ Qui enī in dn̄o uocatus est seruus libertus est dn̄i: similiter qui li
ber uocatus est seruus est christi.) Libertus dicit qui seruitute eximit: inquit
igitur: tu qui cum in seruitute maneres credidisti in xp̄m libertus effectus es
xp̄i: liberauit enim hic te a peccato & seruitute exteriori: tametsi seruus sis:
qui enim a uiciis liberat & animi ingenuitate potit: nequaq̄ ultra est seruus ul'
si seruitute adhuc uideatur obstringi: rursum alius quispiam liber cū esset ad
fidem uocatus: christi seruus efficitur. Itaq; si seruitutis nomē seruū obturbat
intelligat in xp̄o se libertate hac uti: quod longe est humana seruitute p̄stanti
us: porro si libertatis hoc nomen liberū hominē extollit & ampliat; intelligat
idem esse se xp̄i seruituti obnoxiū: comprimatq; se & frenet a uitiis: utpote qui
tanti domini iuguz subierit: & debeat illi que grata sunt facere: uides q̄ prudē
ter apostolus que utrāq; deceant partem cōmonefaciat. ¶ Precio empti estis
nolite fieri serui hominū: unusquisq; in quo uocatus est maneat apud deum.)
Nec solū ad seruos istiusmodi disserit: sed ad liberos homines habet hec uerba
uel uniuersos instituit uel christianum hominez ut nihil ad humanam gratiaz
factitet: neq; illorum uel iussa qui praua iniunxerint exequatur. Hoc enim essz
hominibus seruitum iri: & per eos presertim qui redempti pretio sint: neq; id
eo intulit ut a dominis desciscant mancipia: absit: neq; enim id iubet: quod li,
quido patet ex eo quod dixerat unusquisq; qua uocatione uocatus est maneat;
hoc est uel si fuerit in seruitute uocatus: in ea hic perstet. Apud deum autem
adiecit: ne forte improbis dominis obsequendo deficiamus a deo: utrisq; itaq;
in rebus prouidit: uidelicet nec sub dei pretextu discedant a dominis. quorum
in potestate eorum sunt corpora: & rursum ne a deo deficiant cuz dominis ob
sequi ul't q̄ deceat uolūt. ¶ De uirginibus aūt p̄ceptū dn̄i nō habeo: c̄siliū aūt do
tanq̄ misericordiā cōsecut9 a dn̄o ut sim fidelis.) Cum de cōtinentia habunde
disseruissz: castigassetq; satis corinthios: ad uirginitatē trāsgredit q̄ ceteris ē lōge
p̄stātior: atq; nr̄az dn̄m tulisse d̄ uirginitate legē neq; de hac sibi q̄ppiā iniūxisse

Sed] unum illud dixisse & solum: qui potest capere capiat. (Quo circa neq; ipse
ausim de illa quicq̃ statuere magnũ hoc enĩ & periculosũ alioquin consulerem
equidem: quemadmodũ & ipse non indignus apud deũ sum habitus: ut sim fi
delis) hoc est qui domini mysterii cognitionẽ ut habeam sum dignatus. ¶ Ex
istimo ergo hoc bonũ esse propter instantẽ necessitatẽ: qm̃ bonũ est homini
sic esse.) Vt sentio inquit a nuptiis abstinere conducit homini propter rei uxo
rie difficultates atq; molestias: non immundicie gratia: aut quia impurior de
beat res illa haberi. ¶ Alligatus es uxori noli querere solutionẽ: solutus es ab
uxore noli querere uxorẽ: si aũt acceperis uxorem non peccasti.) Cum enim alli
gatus es inquit: arguit malũ afferre connubia quia hominẽ nexu quodã deuin
ciat: cum uero solutus es ait: ostendit eũ qui nuptiarũ sit expers nequaq̃ debe
re nexus uxorios querere: uel si solutus es: eo forsitan intulit non ut diuortium
ullũ pretendat: quod fieri ad uxoris & uiri arbitriũ solet: sed ut absurdam ali
quam uiri & femine disiũctionẽ nam designet: si abstinentiam utriq; & celi
batum depaciscunt̃ nequaq̃ dicet̃ illa solutio: adicit preterea illud si uxorẽ dux
eris: non peccasti: uide ut tacite nos ad uirginitatẽ tutandã hortet̃: siqdẽ m̃ri
moniũ compedes appellat & uincula: uirginitatẽ uero solutionẽ & libertatem.
¶ Et si nupserit uirgo non peccauit.) Virginẽ hoc loco dicit nõ eam que deo
dicata sit: hec nanq; si nupserit delinquit hauddubie plurimũ: utpote que xp̄o
sponso superinducat adulteriũ: sed que nõdũ nupserit adolescentulam: nõ enim
immunde sunt nuptie. ¶ Tribulationẽ tñ carnis habebũt huiusmodi: ego au
tem uobis parco.) Matrimonii angores & curas tribulationẽ appellat: ipse ue
ro haudsecus inquit: ac pater indulgeo: uelimq; uos & libertate uti & carere
tristitia: quod prestare de se cõnubia nequeũt: quippe que prouinculis sint: &
qui illis subdunt̃ nullã sui habeant potestatẽ: ut supra iam diximus. ¶ Hoc
itaq; dico fratres tempus breue est reliquũ est.) Quoniam fore dixerat ut car
nis sibi molestiã parerent: ne aliquis occurrens inquiat & uoluptatẽ tamẽ hos
habituros: inducit que sunt uoluptatis: temporis scilicet breuitatẽ: quia ad
breue uoluptas sit omnis: ad luxum autẽ & uoluptarẽ omnia faciunt: nam &
christi regnum in proximo est: ad eumq; tandem sumus commigraturi: itaq;
uel siqua est in nuptiis uoluptas & oblectatio quia momentanea sit & breui
dilabitur molestiam affert. ¶ Vt & qui habent uxores tanq̃ non habentes
sint & qui flent tanq̃ non flentes: & qui gaudent tanq̃ non gaudentes: & qui
emunt tanq̃ non possidentes: & qui utuntur hoc mundo tanq̃ non utantur:
) Queret aliquis si hi qui aliquid non secus debent ac nihil haberent se ipsos
prestare: quid demum necesse est ut se matrimonio iunciant onusq; sibi maius
imponant: quid autem sibi uult illud tanq̃ non habentes: id scilicet: ne affixi
studiũ oẽ circa nuptias cõterant & uxores: pari modo ne debeat quispiã cure
multum impendere & sollicitudinis: uel mestis in rebus quod sane qui flent il
lud pretendit: uel letioribus/quod utiq; cum gaudentes dixisset expressit: uel
in facultatibus permutandis: quod cum qui emunt intulit & declarauit: ue si
qd hec inqt aut illa dissero: ut paucis cũcta absoluã: uel q hoc mũdo utũt̃: ita
se gerãt: tanq̃ hũc ip̄m nulli usui habeãt: hoc est oĩ nisu cõtedet̃ debẽt ne hoc
abutãt̃: ẽ enĩ grece catachrysis abus9 mi9 qdã & ult̃ q̃ deceat rerum excessus

¶ Preterit enim figura huius mundi.) hoc est labitur: quid ergo labēti rei &
fluxe herendū: mundi uero eo dixit figuram: quia eius bona solo terminentur
aspectu: & apparentia sint: & nullo fundamento subsistant. ¶ Volo autē uos
sine sollicitudine esse.) Quo pacto futuri sine sollicitudine simus qui uxore ca
rem9 sic indicat. ¶ Qui sine uxore est cogitat que dei sunt: quomō deo place
at: qui aūt cum uxore est cogitat que mundi sunt: quomodo placeat uxori.)
Quoniā modo apostole cum uacare curis nos uelis: eoq; & ad celibatum hor,
teris: illud repetis: qui sine uxore est cogitat que dei sunt. ecce uel aliunde cure
nobis oboriunt: haud tā cuiusmodi uxorē habentes solent urgere: naz que de
domino suggeruntur meditationes & salutares sunt & magnum in moduz ob,
lectant. De mundo uero & noxie sunt & immoleste: cur enim illud non molest
um sit & turbulentū: cum morem gerere uxori studemus: mundo presertim
hinc deditissime: aurumq; efflagitanti & margaritas & reliquū luxum: quibus
uiri miserrimi iniustius agere & exercere: que iniqua sunt compelluntur: & re,
liqua factitare: que anime & detrimentosa sunt & officiunt maxime. ¶ Diuisa
est & mulier nupta & uirgo.) hoc est ab inuicem differunt. nec cura similidu,
cuntur: sed seiuncte sunt studiis et aliene & rebus intendunt disparibus & dis,
crepant curis: quo fit ut uia sit eligenda que potior sit et min9 laboriosa.
¶ Innupta et uirgo cogitat que domini sunt: quemadmodū domino placeat:
ut sit sancta corpore et spiritu: nupta autē cogitat que mundi sunt: quomodo
placeat uiro.) nec satis est inquit corpore sanctū esse: nisi & spiritu constet hec
sanctitas: uera est enī & certa uirginitas animi puritas: nam etsi plereq; nulla
corporis labe infecte sunt uirgines: animo tamen sunt inquinate: ceterū et illō
aduerte: uirginē minus hanc esse: que mundi curā susceperit. Cū itaq; que uir,
ginitatē ꝓfiteatur prospexeris suscepisse mundi hanc curam intellige nil pror,
sus eam a nupta differre: paulus enim terminos utrisq; prescripsit: quibus faci
le possint he internosci: nec tā rei uenerie usum uel continentiam prefiniuit: ſ
sollicitudinem et incuriā: sit itaq; ut ea que rebus presentibus nimiū cure im-
penderit: pro uirgine minus habenda sit: cogitat aūt nupta quemadmodū pla,
ceat uiro: uel forte quia & uenustati & pulchritudini studet: uel quia rez famili
arem optime curet: uel etiam quia in clementiorem se & parcā exhibeat. ¶ hoc
autem ad utilitatem uestrā dico: non ut laqueū uobis iniciaz.) De uirginitate
sum inquit sermonē adortus: cum eam uobis uidissem: quia molestia & cura ua
caret: animeq; conduceret plurimū: profuturam: nec eo id dixerim ut aliquos
cogam uel inuitus uirginitatem seruare. Laqueū autem necessitatem ipsaz ap,
pellat: subinde dicat: nullā uobis eius rei impono necessitatē. ¶ Sed ad id qđ
honestum est & facultatem prebeat sine impedimento domini obsecrādi.) Vt
honeste inquit & pure uiuatis hec dixerim: nam uirginitati quid dici uel ho,
nestius pōt uel purius: quinetiā ut cōiugii perturbationibus liberi: sine sollici,
tudie supplicare deo possitis: in eumq; curam uestrā ut omnez transferatis & co
gitatū. ¶ Si qs autē turpē se uideri existimat super uirgine sua ꝙ sit superad,
ulta & ita oportet fieri qđ uult faciat: n̄ peccat si nubat.) id est si eā locar̄ uiro
maluerit locet. nil qdē cū id egerit peccat: ē tā sati9 uirginē suā ut ꝑuet ut ī se,
quētib9 infert. ¶ q aūt statuit firm9 ī corde suo nō habēs necessitatē: ꝑtātem

autem habens sue uoluntatis & hoc indicauit in corde suo seruate uirginitatē
suā bn̄ facit: itaq3 & qui m̄rimonio iungit uirginem suā bn̄ facit & qui nō iun
git melius facit.) Aduerte uti in p̄mis & demiret̄ & laudibus efferat: qui filie
teneatur uirginitatē; stabilem illū & bn̄ fundatū appellās: & recto iudicio que
agat hunc facere: indicauit enī inquit in corde suo: qui igit̄ filiam alteri locat:
instabilis est & nihil habet in se firmitatis: id nanq3 clarius exprimit cū ait: q
necessitatem nō habet: pertn̄ qui nihil coactus ptātem habeat cui libitū fuerit
filiam suā m̄rimonio copulare: quo fit ut filie seruata uirginitas patri gloriam
afferat: nec minus & qui filiam locat recte agit: nō enī nubendo delinquit̄: qd̄
cunq3 autē hi peccatū non cesserit; recte & laudabiliter gerītur. Est tn̄ satius
longe nemini filiā cōnubio iūgere: id enim est officii loco habendū: & mire uir-
tutis. ¶ Mulier alligata est legi quāto tempore uir eius uiuit: q3 si dormierit
uir eius liberata est. cui uult nubat tn̄ in dn̄o; beatior aūt erit si sic maneat se
cundū conciliū meū: puto aūt q3 ego et spiritū dei habeā.) De secūdis hoc lo-
co nuptiis cōmonefacit: quas & si uidet̄ permittere: beatiorē tn̄ hanc asserit:
que nequaq̄ bis nupserit: nam quēadmodū primis nuptiis prefert̄ uirginitas:
sic secundis prime sunt potiores: legi itaq3 alligata est mulier id est legi obstri-
gitur qua de adulteris ipsis cauet̄: ne adultera fiet si uiro supstite alteri copu-
letur: quo mortuo priori uinculo liberat̄ & lege: in dn̄o tn̄ & solo si nubat li-
bertatem assequitur; hoc est si christiano iungat̄: uel si in pudicitia maneat
& celibatu: & familie presit nullis affecta concupiscentia uiciis: secundū autem
meum consil. ū: eo intulit: ne uideat̄ iniūnxisse necessitatem: affirmat tn̄ ei9 cō
silium pro dei admittendū sententia cū inquit puto enim q3 & ego spiritū dei
habeam: qd̄ sane sūmam pauli prefert humilitatē: neq3 eni3 habeo dixit sed pu
to. ¶ De his aūt que idolis sacrificant̄: scimus quia omnes scientiā habemus:
sed scientia inflat: caritas autem edificat.) Erant apud corinthios p̄fectiores
nōnulli qui plane sentirēt nihil hominē posse ex his que stomacho admittun-
tur coinquinari & idola hauddubie scirent e ligno constare uel lapide: nec pos
se cuiq̄ illa officere: alioquin indifferenter idolorū huiusmōi templa adeuntes:
& aras sese idolothytis ingurgitabant: quos cū fidei infirmioris spectarent nō
nulli: & una concedebant & imolationibus uescebant̄: nec tamen pari uel men-
te uel oppinatione: ut qui idola digna existimarent quibus immolaretur. Id
sane factum ut succenseret paulum prouocauit: quod ni? quod utriq3 maximū
in modū obesset & perfectioribus: quia demonū mense participarent: & minus
p̄fectis: qa ad idolatriā impellerentur. Studet igitur id mali paulus castigare:
eoq3 ommissis ut assolet sepe: imperfectioribus illis perfectiores alloquitur: re
primitq3 in primis illoꝝ qui ā ex humana scientia ceperant insolentiam: it quęs
haudquaq̄ uos soli rerum habetis cognitionē: sed cūcti nouimus nihil esse in
hoc seculo idola; sciā tn̄ & mūdanaꝝ reꝝ cognitio: nō mō nullā affert utilitatē
s maxīe officit: siqdē & tumidos reddit & insolētes q se potiūt̄: eoq3 et hoīem
a p̄ximis mēbris rescīdit: nisi caritatē sibi cōsociauerit que & moliri contraria
potest et ab ipsa superbia aliena. Quecunq3 enim sine caritate scientia demoli-
tur: eadē illa instaurat caritas: que proximi gratia oīa factitat. ¶ Si quis autē
existimat se aliqd scire nondū cognouit quēadmodū oporteat eū scire) A maio
rib9 initiū: idip̄3 patefacer̄ et ꝯfirmar̄: nā etsi cū caritate ꝯiūcta hec ꝯstat sciā nec

erit quidem hoc pacto perfectior. Quando qdem nemo sit in hac uita qui rei alicuius habeat ut habere oportet cognitionē: uel si petrus sit ille: siue paulus. Quid ergo uosītumescitis qui scientiā sitis sine caritate adepti: quādo hāc ipsam uel si cum caritate haberetis cōiunctā: nil tñ uobisq̄ð esset profectū & cognitione capere licuisset. ¶ Si quis autem diligit deū hic cognitus est ab eo) Quod sentit hoc loco huiusmōi est: si quis uidelicet ꝓximū amore ꝓsequit̄: & deū colat necesse est: qui uero deū coluerit: nō deū inquit cognouit, sed a deo est cognitus: hoc est notus illi: & familiaris efficitur: qui ergo deo fit notior a deo & scientiā sumit: neq3 hanc quidem ꝑfecte assequit̄: noli itaq3 si scientiam sis consecutus efferri: non enim perfecta est illa: nec tua uirtute sed dei munificenta comparata: uide quot modis istoꝝ frenet supbiā. ¶ De escis autē que idolis immolant̄: scimus qa nihil est idolū in mundo & q3 nullus de9 nisi un9) Rursum omnibus cōmunē hanc scientiā facit: ut horū frenet elationem: nam omnes nouim9 inquit quia nihil est idolū in mundo. hoc est qa nec uirium habent nec potentie quispiam: neq3 dii sunt idola: sed lapides & demones potius Et quoniā erant inter grecos: ideote & sapientes, quoruz alteri preter lapides ipsos nil ultra cognitione assequebant̄: alteri diuinam idolis inesse potentiam existimabant: apud ideotas & humane hui9 scientie expertes nihil esse idoluz in mundo disseruit apud philosophus preter unum esse aliū neminem deum. Itaq3 unde nec diuinitatis quippiam in se idola ipsa habere: quandoquidem ꝑspicue constat deū unum esse nō multos. ¶ Nam si sunt qui dii dicant̄: siue in celo siue in terra: si quidem sunt dii multi & domini multi: uobis tamen unus deus pater ex quo omnia & nos in illo.) Quoniam dixerat nullū preter unum esse alium deum: tametsi plurimos greci asseuerarent: ne palam uideatur illoꝝ impugnare religionem & deos: uel si fuerint inquit qui dii dicantur: id est ꝑficti et commentitii & uerbo tenus & nomine: siue in celo ut sol & luna & astra reliqua quorum diuinitatem commenti sunt greci: nobis tñ unus est deus pr̄: a quo omnia quibus dictis rerum cunctarum conditorem hunc arguit: cum uero & nos in ipso inquit: fidei exprimit rationem: qua deo iuncti familiaritate nos sumus: subinde dicat & ad ipsum conuersi sumus & in ipsum pendem9 ¶ Et unus dominus iesus xp̄s: per quē cīa & nos per ipsum.) per filiū inquit ad aliquid esse perducta sunt uniuersa: & nos insuper ad hanc uitaz & ut aurā hanc inspiremus inducti: neq3 id solū: quinetiam eo ꝓducti ut bene uobiscum ageretur & fideles effecti ad ueritatē ab erroribus transiremus. Cum aūt de9 unus pr̄ intelligis & unus dominus filius: non tñ seiunctos hos dixeris: quasi pater dei sit nomen sortitus: & filius domini: uarie enī & filius dicitur deus: ut patet ex his: christus secundū carnē qui est super omnes deos: & ecōtra pr̄ dominus nuncupatur: cum inquit: dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Sed qm̄ apud grecos cōcionabat̄ apl̄us: deoꝝ multitudinez ꝓfitentes: & ptātes multiplices: ꝓpterea nec filiū deū dixit hoc loco: nec duos eē hos deos patrem scilicet & filium existimarnet: ut qui plurimos deos asserere consuessent: neq3 patrem dominum: ne multi esse apud nos domini uiderentur: eoq3 nec spiritus fecit hic mentionem: cuz nollet audiētium imbecillitatem penitus inculcar̄: quēadmodū & ꝓphete nihil apte d̄ filio iudeoꝝ gr̄a meminerūt: ne h9 passibilē existiarēt natiuitatē: ꝓpterea frequēti9 illō ōmemorat īqēs: n̄ ē de9

preter hunc quispiam: & unū esse deum omnibus constat & dominum unum; Ad differentiā igitur cōmentitiorū deoꝝ: non ut filiū a patre seiungeret: unū deum patrem dixit: & ut falsi domini internoscerentur: non pater: qui nihil a filio differt unū dominū filiū intulit. ❡ Sed non in omnibus est scientia.) haud quaq̄ inquit id sentiūt omnes deum uidelicet unū esse: non multos: uel nō omnes sciunt idola nullius esse momenti ❡ Quidā autē cum consciētia usq; nūc idoli: quasi idolothitum manducant: & consciētia ipsorum cum sit infirma polluitur) quosdam dixit cuz nollet eos omnino uituperare. Erant enim nonnulli qui ab idoloꝝ seruitute & cultu: ad christi fidem se transtulissent qui usq; adhuc hoc est post fidem susceptā: idolothitis uescerentur: ea mente: ut idolis immolarent idoli enim inquit conscientia: hoc est mentē pristinā erga idola seruantes: ducunt hec aliquid esse: uerenturq; quasi aliquid sibi possint obesse & ideo nequaq̄ dixit idola alios inquinare: sed horum pollui conscientiaz: perinde imbecillā & fragilem & cui minus liceat internoscerē, nihil esse huiusmodi idola, quandoquidem neminem queant per se inquinare, cęterū intellige istiusmodi homines rē haud absimilē pati, ac aliquis solet qui pro iudaica consuetudine in labē ducat demortuū aliqd attrectare, deinceps cū uiderit id ipsum cōscientia pura alios pretentasse; hos ueritus, & manibus ipse atrectet, inquinetq; eius uel pristinam conscientiā ut qui hesitando id agat & trepidus ❡ Esca autem nos non cōmendat deo.) Ne forte occurrat quispiā inquiens: quid mea refert: si quis p̄ imbecillitate turbet̄: cum ipse pura conscientia sumserim cibū: arguit plane uel hunc in deorū q contemptum sumitur cibum nihili esse: uel si minus ex eo frater offēditur, subinde dicat neq; hoc mō quippiā egens uel laude dignum uel deo acceptum: non enī esca nos deo coniūgit. ❡ Neq; enim manducauerimus abundabim9 neq; si non manducauerimus deficiem9.) hoc est neq; si comederim9 abundanti9 qcpiā cōsequemur: ul' apd deū pl9 aliqd pficiem9: neq; si cibo abstinebim9 defectiores futuri sum9 aut imminuemur. ❡ Videte aūt ne forte hec licētia uřa offēdiculū fiat infirmis.) his hbis hos territat nec sciētia uřa dixit, sed licētia: hoc ē petulātia uestra & tumor: infirmiores offendit: quod sane magis hos urget & criminatur: siquidē nec imbecillis quib9 prestandum auxiliū esset hi parcunt. ❡ Si enim quis uiderit eum qui habet scientiam in idolo recūbentē, nō ne conscientia eius cū sit infirma edificabitur ad manducandū idolotitha?) Hoc est te quemadmodū assens perfectionem adeptū si infirmior aliquis uiderit idolothita degustantē: nō ne maiorē accepturus est causam: ut huiusmodi idolorum uescat̄ immolationibus: & magis ac magis in presumpta iam de idolis opinione q aliquid sint, cōfirmabit̄ id enī cum edificabitur inquit designat.

❡ Et peribit infirmus frater in tua scientia propter quē xp̄s mortuus est.) fiet nanq; alterius cuius gratia christus mortem obiuit occasio perditionis tua scientia: hoc est tua perfectio: siquidem christus mori pro fratre nil recusant: tu uero: nec cibo quidē & idolothitis abstines nec fratrē offendas ❡ Sic autē peccātes i frēm & pcutiētes cōscientiā infirmā in christū peccatis.) non enim offēdētes dixit s̄ pcutiētes, ut hoꝝ arguat impietatē: quandoquidem aliorum sūt infirmioris conscientie percussores. Cum uero in christū inquit delinquitis

nes hanc soluerant: q igit̃ hunc ritũ soluissent: etsi improbi uiderent̃ : eundem
tñ quia tutati in posterũ sint, ut probi & frugi arguũt̃. ¶ Conuenientibus e r-
go uobis in unũ: iam nõ est dominicã cęnam mãducare.) Conuentus cõgrega
tionem pręfert & caritatem: cęnã autem dominicam conuictum appellat: adue-
nerande illius dominicę cęnę imitationem: quam christñs cum discipulis egit :
ob idq3 & prandiũ cęnã dicit: perinde inquiat: Aduertite quali fuentis re pri
uati : dominicę. s. mensę imitatione. ¶ Vnusquisq3 eñi suam cęna3 pręsumit ad
manducandũ.) Dominicã hanc cęnam; effecistis priuatam: siquidem q̃diu fue-
rat cõmunis: & domini esse dicebatur: sunt nanq3 & seruis dominoꝝ bona cõ-
munia: Et qm̃ uestrũ singuli pręueniendo propriã cęnam ędunt: ita ut paupe-
haudquaq̃ opperiantur: sed seorsum: & soli cibum sumant : Fędastis profecto
hanc cęnam: quippe quã ex cõmuni & dominica priuatã feceritis. ¶ Et alius
qdem esurit : alius autem ebrius est.) Enimuero pauper fame conficitur : cra-
pulatur uero uir opulentus: quo fit: ut duplici modo ea in re delinquat̃: nam &
inopes despiciuntur: & uos depasti: & cibo, qui fuerat pauperibus parãdus op
pleti; uino madetis. ¶ Nũqd domos nõ habetis ad mãducandũ & bibendu3)

uidelicet si aliis cibum communicare renuitis: cur non domi uescimini.
¶ Aut ecclesiam dei contemnitis?) Cum enī dn̄icaꝫ cęnā in priuatā conuerti/
tis: in ecclesia seorsum ędentes: uel loco ipsi infertis iniuriā. ¶ Et cōfundatis
eos qui nō habent.) Neqꝫ enī adeo inqt curę tenuioribus est: ꝙ cibū minus
his impartitis; quantū moleste & grauiter ferūt se ignominia affici: ꝙ ipsi accu
bantibus uobis: & crapula plane distentis: nullas ipsi omnino arguant̄ facul/
tates hr̄e. ¶ Quid dicā uobis: laudo uos: in hoc non laudo.) Huiuscemodi co
rinthioꝝ crimine patefacto: mitiori utit̄ ad eos sermone: Siquid asserendi occa
sionē nactus; nulle moribus dignū esse id facinus: moderatius tn̄ sic inqt: lau/
do uos: haud ęqdem laudo: qd̄ eo facit: ut pauperib9 placabiliores hos reddat
Quippe si eos castigando acrius & ꝑtinatius momordisset: in paupes efferas/
set poti9 q̄ placasset: ꝑinde ac hoꝝ de causa ab se illi improbarent̄. ¶ Ego.n.
accepi a dn̄o: qd̄ & tradidi uobis.) Cur paulus misterioꝝ hic meminit: & no/
ctis illius: in qua christus cęnā cū discipulis fecit? Nempe quia admodū erat
necessariū ad his ꝑsuadendū dn̄m uniuersos eadem mensa fuisse dignatuꝫ: uos
uero contra: unigenitū & propulsatis & dedignamini inquit: dicet aliquis: quo
nam pacto hanc a dn̄o accepisse nos mense dixeris dignitatem: q tunc & ꝓcul
abesset: & ꝑsecutionem pateret̄? ut intelligas uel hodierno die sup mistica mē/
sa: dn̄m hunc ipsum adesse: q nō secus ac tunc misteria tradat. ¶ Quoniā dn̄s
iesus in qua nocte tradebat̄: accepit panem & gratias agens fregis: & dixit: ac
cipite: & manducate: hoc est corpus meū: qd̄ ꝓ uobis tradet̄.) Reminiscere in/
quit: quemadmodū postremū id nobis mysteriū dederit: & ea nocte: qua erat
paulopost occidendus: & ꝓditorem hr̄et conuiuā: Tu uero fratreꝫ qbusuis re
bus dicis indignū: pręsertim cū instruct9 sis gratias agere; quales & christus
ipse agebat: ut nos ad eam rem & formaret & instituerent: Facis ergo qd̄ min9
est his gratiis dignū: cū ecclesiā ipsaꝫ confūdis: & alio famescente: tu debache
ris: & id quidem cōmuniter cunctis pręcepit: Accipite & mādūcate corpus.s.
suum quod omnibus aque dispartiens morti destinasset: ipse uero in cibo sumē
do tempe anticipato: neqꝫ cōmunem hunc & cibariū panem in mediū exponis
neqꝫ eundem frangis: ut multis detur: sed tibi ipsi reseruas. ¶ Hoc facite in
meā commemorationem.) Quid ait? si defuncto filio: uel patri iam parentares
perculsus sane conscientiā fores: nisi legittima queqꝫ & cęlebrandis funeribus
consueta ꝑficeres: & pauperes cōuocares ad cęnam: at cuꝫ domini es facturus
memoriā: nec simplicem saltem mensam uel cibū cuiq̄ impartiris. ¶ Similiter
& calicem postq̄ cęnauit dicens: Hic calix nouū testamentū est in meo sangui/
ne.) Erant apud ueteres iudeos & calices quibus sacrificio absoluto: brutoꝝ
animantium sanguinem offerebant; phiala uel calice exceptum: pro beluarum
itaqꝫ sanguine qui uetus testamentum designat: meum nunc pono dominus
inquit: qui nouū pręfert: nil tamen horrescas uelim cuꝫ sanguinem audis: nā si
beluarū cruorē in ueteri testamento admiseris: q̄ntomagis diuinus erit per te
admittendus.)
¶ Hoc facite quotienscūqꝫ bibetis: in meā cōmemorationē.) Quinetiā ꝑ calicē
inqt uel mortē cōmemorabis: quā subiit dn̄s. Quo ergo pacto sol9 ꝑpotans
debachans? presertī cū tremendus hic calix pari cunctis conditione sit tradi/

tus. ¶ Quotienscunq; enim manducabitis panem hunc: & calicem bibetis: mortem dñi annũtiabitis donec ueniat) Non secus inqt debetis hac uos in re gerere: q̃ eo tempe agendũ fuisset: quo & dñi uñ cena conficiebat̃: ut humi. s. cubantes a christo exciperetis sui corporis immolationem: & christi mortẽ annũtiabitis: id est adusq; eius scd̃m aduentũ hanc preferetis.

¶ Itaq; quicũq; mãducauerit panẽ: & biberit calicẽ dñi indigne: reus erit corporis & sanguinis dñi.) Corinthios arguit: qa inopes aspernarent̃ ueluti idigne misterii hui9 participassent: nec secus q id indignius sumpserit: sceleri erit obstrictus: q̃ si sanguinem ipsũ dñi fuderit: Nam quemadmodũ cõstat: q tũc dñm pupugerũt: nõ potandi gr̃a pupugisse. Sed ut eius sanguinẽ funderent: sic & qui indigne hũc hauserit: nullũ ex eo fructum adeptus: frustra ac temere xp̃i sanguinem fudit: Atqui iudei regis clamidem disciderũt: q uero immerito sanguinis particeps fuerit: in cenũ eius animã mergit: ita fit: ut non equa ob id & iudeis: & indigne christi sumenti sanguinem, obueniat ignominia. Vnde & corpis hic & sanguinis dñi reus efficit̃. Eritq; tanto obnoxius crimini.

¶ Probet aũt seipsum homo: & sic de pane illo edat: & de calice bibat.) Consueuit paulus, cũ aliqua de re sibi tractanti: alia oportune differenda incideret & hanc ipsam transigere: quemadmodũ impñsentiaruz: cuz de mensa ceptus sit sermo: de misticis etiaz rebus incidente sermone & mistica disputat: utpote q̃ admodũ sint necessaria: & bonoꝝ omniũ caput in eo consistere patefacit: ut tersa & nitida conscientia ad diuina misteria concedat̃: inqtq;: Neminẽ tibi in iudicem proposuerim: te preter ipsũ: Tua itaq; conscientia examinata discussaq; adito ea mysteria nõ festis mõ, pfestisq; diebus. Sed quouis tempe: cũ purũ te & dignũ cõpereres. ¶ Qui enĩ mãducat & bibit indigne: iudiciũ sibi mãducat & bibit.) Nec sane ob mysterioꝝ naturã id dixerim: quippe que uitaz in se & habent & largiunt̃. Sed ob misteria adeũtium indignitatẽ quib9 haud sec9 illa officiũt: ac solet oculoꝝ ualitudine laborantibus sol ipse obiectus officere.

¶ Non diiudicans corpus dñi.) hoc est nil prius disquirens: uel internoscens pñtis mysterii magnitudinem. Nam si certiores essemus quisnã, & quantus sit ille, qui nobis in cõspectu adiacet: nulla ferme rei alterius ope indigeremus. Sed solus ille & continentiã nobis & uigilantiã compararet. ¶ Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles: & dormiũt multi.) Argumento sint que uobis cõtingunt: eo nanq; & mortes iam immature: & diuturni morbi oboriunt̃: quia haudquaq̃ merito id mysteriũ sumunt q̃multi: quid de iis qui adusq; senectã ipsam optimã & inoffensam ualitudinem seruãt: Non ne et hi criminibus obstringunt̃. At nõ modo presentia ista tormẽta: quin & grauiora illa, & futura hos manẽt: q idigne mysteriũ illud adierit: Nos aũt haudquaq̃ penis afficeremur: nisi essemus peccatis obnoxii: quemadmodum & insequens illud subsequitur. ¶ Quod si nosmetipsos diiudicaremus: non utiq; diiudicaremur.) Non enim si nosipsos cruciatibus dixi afficeremus: Sed si diiudicaremus dũtaxat: hoc est ipsi nos ob praua facinora damnaremus: haud quidem in terris a deo damnationi addiceremur: Sed euaderemus forsitan: ut presentia, sic & futura supplicia.

¶ Dum iudicamur aũt: a dño corripimur: ut non cũ hoc mũdo damnemur)

Cū enī qd̄ leue admodū est & factu pfacile: nihil pagimus: tūc ipsi nos min9 dānamus: eocꝫ nec laxori erga nos indulgētia utit̄ deus: qnimo hac in uita ca stigat: ut in futura misericordē se pbeat. Castigamī itacꝫ dū uiuimus: nō excru ciamur: sed a p̄re corripimur: ne cū mūdo: id est cū infidelibus postmodū con dēnemur: nā cū sūme sint deo curę fideles hic & pęnas tolerant p cōmissis. ¶ Itacꝫ f̄res mei cū cōuenitis ad manducādū. inuicē expectate.) Rursū ad p positū de paupibus sermonē redit: facta nācꝫ tormentoꝝ & mortis mētione: haudquaq̄ dixit alternis uicē reddite: sed expectate, arguēs plane oībus esse cō munia: que ī cęnā eiusmōi cōferunt̄: oportereqꝫ & cōmunē omniū expectari ad uentū. ¶ Siquis esurit domi manducet.) Viget hauddubie his uerbis corinthi os & pudere hos facit intolerantie: nec secus ad hos habet sermonē: nec pueros aliquos & minoris ętatis adloqueret̄: qui esuriē ferāt molestius: improbatqꝫ il loꝝ ingluuiē: & ideo de ecc̄ia ipsa educēs: domū remittit qd̄ pculdubio haud mediocris est ignominię. ¶ Vt nō in iudiciū cōueniatis.) Hoc est in uīā iactu rā & dānationē: eocꝫ nācꝫ sunt hoīm iniūcta comertia: ut p caritatē simul con ueniētibus: afferāt sibi inuicē utilitatē: sin minus satius est domi se cōtinere: qd̄ nō ea de causa infert: ut domi maneāt: qn ut eos ad decētiores cōuētus alli ciat. ¶ Cętera aūt cū uenero disponā.) Aut enī hoc loco de aliis nōnullis apd̄ hos delinquētibus dissent: q uiuēdi mō indigeāt: aut eadē de re mētionē nūc facit: pindeac dicat par esse: nōnullos ad hęc excusatiōe usuros: uelī tñ interea seruāda esse que retuli: qd̄ siqs aliud qppiā habeat: qd̄ sit dicēdū: in meū diffe rat ad uos aduentū. Terret aūt eos cū se asserit uenturū: ut repssi ac frenati:
12 mox corrigāt̄: sin aūt recte saltē se inuicē gerāt. ¶ De spiritalib9 aūt nolo uos ignorar̄ f̄res.) hoc est de spiritus sancti donis: nā q ex pmatibus corithi essēt baptismi aqua pfu ī: affatim spiritu sancto imbuebantur: q & si humanis o culis minus patez: sue tñ opitionis uisibile aliqd̄ edebat inditiū: ita ut aut lī guaꝝ ueritate hi loqueret̄: aut uaticiniis & miraculis cōfirmarēt: spūm sanctū se esse adeptos. Erant itacꝫ inter corinthios ob huiuscemōi spūs grām dissen siones oborte nōnulle: nā q maioribus essent donis affecti supbia efferabant̄: q uero minorib9 his inuidebāt q plus spiritus accepissent. Erāt p̄tera uatici natores plericꝫ & pphete minus ueridici: q a ueris & diuinis haud facile disce rnerent̄: Que oīa castigat apl'us: & ea in pmis que ad uates illos ptinent: & pro phetas. ¶ Scitis aūt: qm̄ cū gentes essetis: ad simulacra muta: prout duceba mini euntes.) Vaticinatoris & pphete discrimē pfert apl'us inquiēs idoloꝝ tē pore: si qs cū futura p̄diceret spū impuro pcitus & detentus sic trahebat̄: ut ab eo erat deductus & instigatus: nihil eoꝝ gnarus que diceret: sed furēs effe rebat̄: propheta uero haud ita se habet: sed mēte peruigili: cuncta ploquit̄: ita fit: ut id esse cōperiat̄ inter uatē & pphetā discrimē. ¶ Ideo notū uobis facio qꝫ nemo in spiritu dei loquēs: dicens anathema Iesu: & nemo pōt dicere domi9 iesus: nisi ī spū sancto. Hoc p̄terea ad uatē internoscēdū tibi inditio sit: cū ū su is maledixerit: & execret̄: cōtra uero pphete illud ē argumeto: cuꝫ iesu nomen benedictus psequtur. Dicet aliqs quid ergo & in cathecumini: & si spūm sanc tum nōdum acceperint: nun iesu nomen non nuncupant? At nullus interea de his s̄mo habetur: sed de fidelibus ipsis & infidelib9 dūtaxat facta ē mētio

Quid demones? nōne & illi dñm & cōfitēt: & noīant ita sane: s cū uapulāt & coercēt id agūt: qđ haudq̄q̄ sūt sponte factur: si uerberibus non urgeantur. ❡ Diuisiones uero grāꝝ sunt: idem aūt spiritus.) Patefacta falsi uatis: & ueri ꝓphete iā differentia: de donis etiā spiritus differit: ut eos corrigat: & castiget q spūs huius scī muneꝝ grā īter se altercant: & ꝑ imū eū mitigat q id doleat: qđ minori sit dono effectus: qđ .n. doles inquit qa nō tm̄ accepis: q̄ntū alius quisq;? nō enī id tibi ex debito soluit: sed grā & donū spūs est: q̄ potius uelim deo grās egeris: qui cū nequaq̄ ꝓ tuis meritis: tibi sit ille obnoxius. aliqd tm̄ & tibi est gratie impititus. Accedit etiā eundē hūc dñm in aliū quēdā cui inuideras id bñficiū cōtulisse: quo & affecisse te constat: neq; angelus tibi id muneris detulit illi deus: sed idē inest utrisq; spūs. ❡ Et diuisiones mīstrationuꝫ idē aūt dñs.) Meminit hoc loco & filii: utpote q bonis nos donet: mīstrationū aūt dixit: ut eū maxime cōsolet: q minus accepit: ob idq; dolorē afficiat: Is nanq; si donoꝝ hmōi fieri senserit mētionē: quoꝝ ipse minorē ptē accepit: forsan moleste id tulerit: qa sit ad eius donū pticipatōꝫ inferior habitus: uerū cū mīstrationū hic intulisset que laborē ꝑferūt & sudorē: haud sane iniquo aīmo tolerabit in eiusmōi sibi alios preferri: diceret .n. q̄spiā: qd doles: si deus alium tibi iam pcens ad loborē uocauit. ❡ Et diuisiones opationū sūt: idem uero deus qui opat oīa in oībus.) Hoc loco & pr̄is meminit: q cūctis fidelib9 que pagenda sunt opat: habes pterea in his trinitatē ipsā absolutā plane atq; pfectam: donū uidelꝫ opationē & mysteriū: que idē sūt: tāetsi noib9 differāt: paria nanq; sunt & equa que a spiritu filio & pr̄e tradunt. Aduerte queadmodū spiritus prius meminerit: postremo pr̄is: qđ eoꝝ grā fecit: q trinitatis senē accurate disqrunt. ❡ Vnicuiq; aūt dat manifestatio spūs ad utilitatē.) Ne forte occurrat q̄spiā inqens: qd mihi si idē est dñs idē est spiritus: idē est deus: q̄ nq̄ dē minori sū ipse grā donat9. rñdet uł id tibi attulit utilitatē: māifestatō .n. spūs signa sūt: p hec nāq; pspicuū erat spūm scm̄ baptismo ablutos iā inuasisse: qd ḡ doles? si enī uel maiori uel minori affectus es munere: spiritū tm̄ accepisse te cōstat: Tibi uero quid cure sūt reliqui: si plus quippiā grē ceperit? ❡ Alii qdem p spūm dat sermo sapie:) Qualē uidelꝫ Iohānes tonitrui filius erat sortitus: qualē & paulus erat cōsecutus. ❡ Alii aūt sermo sciētie scđm eundem spūm.) qualē adepti sūt pleriq; fideliū: q etsi hāc sibi sapiam cōparassent alios tm̄ nequibāt instruere: cū p sophiā hoīes imbuant: quā pinde greci sophiā quādā interptat: id est manifestationē & claritatē: qua dei recōdita & archana inotescāt & reuelent. Rursū & spūm eūdē cōmemorat: ut dictum est: ut eos q min9 grē accepissent: solet. ❡ Alteri fides in eodē spiritu) Nō dogmatū fides: sed signorū: que uel mōtes cū edunt traducendi uim hñt. ❡ Alii aūt grās sanitatuꝫ in uno spiritu.) Hoc est ut sanare quamuis egritudinem queant: & omnē mollicie. ❡ Alii operatio uirtutum. (Is enim & peruicaces poterat & inobedientes tormentis afficere: ut helymam paulus excecauit: & ananiam sustulit petrus: qua potestate carebit: qui sanandi uirtutem habuerit. ❡ Alii prophetia alii discretio spirituū.) Id est q internoscēdi uim hēat: qs sit fideliū spiritalis: qs spiritui careat: qs ꝓpheta: q ue deceptor. ❡ Alii gñā linguaꝝ: alii interptatio sermonū) Magni sane apud Corinthios linguaꝝ grā hēbat cui eo plurimū

confidebant: quo prius fuisset apostolis tradita: ob idq; & aliis prestătior gratus uidebant: cum esset inferior: nam doctrine gratia longe est excellentior: & simplex uariis linguis loquendi donum plurimum antecedat linguarum interpretatio: accomodatissime autem liguarum ueritatem: genera nuncupauit. ¶ Hec aūt oīa opat̄ un9 atq; idē spirit9 diuidēs singulis put uult.) Rursū corinthios cōsolat̄: cū inqt eundem spūm oīa factitar̄: quetiā eū coercet & frenat quem minus eiusmōi spūs delectaret partitio dicens: queādmodū uult ille sic facit: tu ꝯo qs es: cui spūs nō placeāt facta: attēde aūt eoꝝ gr̄a hec dicta intulisse: q spūm sanctū īpugnarēt: pinde dicat: nō .n. ut ipsi uultis: sed ut ei libitū est spūs agit: ut q & dn̄s est, & de9: neq; alterins opa indiget: sed ipsemet operat̄: sicut & pr̄: inqt .u. de spū q opat̄ oīa in oīb9. ¶ Sicut .n. corp9 unū est: & mēbra h3 m̄lta. oīa aūt mēbra corpis cū sint m̄lta: unū tn̄ corp9 sūt ita & xp̄s.) Ceteꝝ corpis exēplo eos solat̄, q eo merent ac dolētq; qa miorē sint spūs gratiā assecuti: arguēs nil ,prsus ob id fuisse hos īminutos: qa queādmodū corpus unū cū sit: rōne tn̄ inherētiū sibi mēbroꝝ multiplex uideat̄: Sic & mēbra & m̄lta sūt: & unū: qa simul corpus cōficiūt: ubi ergo hoꝝ discrimē: uel ubinā qd̄ magnitudine ipsa excedat: aut puitate īminuat̄: quippe cū in unū coeāt uniuersa: hmōi igit̄ asserit xp̄m esse: id est xp̄i ecclesiā: qui cū eccie caput sit: ab eo est ecclesie inditū nomē: uā queādmodū corpe & capite hō un9 efficit̄: sic ecciam ipaȝ & xp̄m tanq̄ ,p corpe uno & capite ducens apl̄us: ,p eccia xp̄m cōstituit: Dicit ergo: idipsū nos oēs in eccia eē. tāetsi illa cōstet uariis cōstet ordinibus. ¶ Etenī in uno spiritu oēs nos in unū corpus baptizati sum9: siue iudei, siue gentiles: siue serui: siue liberi.) Apit hoc loco, ecclesiā corpi esse: queādmoduȝ est exemplū assertū: psimilē: aitq; eodē sub spū uniuersi baptismi lauacro sum9 pfusi: ī unū corp9: id ē ut unū corp9 efficiam̄: neq; sub diuersis spiritib9: s̄ sub uno eodēq; sum9 oēs babtismo abluti: quo fit ut neq; ipse sim: q̄ tu pl9 gr̄ piā cōsecutus: qppe q in uno sum9 corpe baptizati: ut corpus unū efficiam̄: tā iudei q̄ gētiles: tā serui: q̄ liberi: Si itaq; hoīes tāto discrimie alienos cōiūxit hic spūs: lōge magis & nos, cū in unū sum9 corp9 redacti: nulla debemus tristitia remorderi: piā inter nos ipsi distem9. ¶ Et oēs uno spū potati sum9.) Vide ē hoc de spiritali & mystica mēsa differer̄: pane .s. & uino: nā cū spūm dicit, potū nobis ministrasse patefecit utꝝq;: sanguinē .s. & carnē: ueꝝ hoc loco qd̄ ueri9 est & certi9: spūs sancti aduentū designat: q nos p baptismū: uel ante pcepta mysteria inuasit: Potati aūt sumus haudq̄q̄ aliter: q̄ solēt arbores a fonte aliq̄ irrigari: unus igr̄ spūs ī nos: & potū cōtulit: & irrigauit & unū in corpus congessit. ¶ Nam & corpus nō unū est mēbrū sed multa.) Nil inqt miremini cū etsi tanta multitudine ipsi cōstemus unū simus corpus effecti: cui rei argumēto est hūanū hoc corpus: qd̄ etsi e pluribus mēbris cōsistat: unū tn̄ esse nō m̄lta ,p cōperto haberi pt̄. ¶ Si dixierit pes qm̄ nō sū manus: nō sū de corpore: nū ideo nō est de corpe: & si dixerit auris qm̄ nō sū ocul9: nō sū de corpe: nuȝ ideo nō est de corpe.) Inducit & mēbra ipsa loquētia: & perinde iurgātia inter se: ut arguat unū corpus nos esse: tāetsi gratiis differamus: deduxit p̄terea in mediū corpis ptes extremas: pedē & auditū. nec pedē facit cū oculis disceptatōȝ iure: s̄ cū manu: q̄ se paulo supior sit: auditū aūt ītroducit cū oclo cōtēdēteȝ

ut ostendat his inuideri solere: non q̄ui maximum in modum excellant: sed qui
plusculum prouehuntur: ait igit̄ si istiusmodi ꝓtulerit pes: q̄n̄qdē haudq̄q̄ s uz
intermediū locū sortitus: quēadmodū manus: s̄ oībus sū mēbris inferior: nō
ideo pars corporis sū: hoc est nō ꝓpterea quia manus sit illa: nō erit ex corpe:
neq̄ .n. locus ipse uel situs esse uel nō esse corpis ptē effecit: Sed cōiūctio que
dā: uel disiūctio: Itē & si dixerit auris: cū oculus ipse nō sim: eo ꝓrsus eucior
q̄ minus corpis esse pars queā: nū ꝓpterea desinet esse corpis mēbrū: qnpotius
cū locū teneat sibi a ꝑncipio destinatū: ꝓpriā actionē exerceat: erit ꝓculdubio
& auris corpis mēbꝝ. Quocirca q tibi uideris miorē fuisse grām cōsequut9: ob
murmurare iā desine: es nāq̄ eccie mēbꝝ: que ꝑfecto xpi ē corpus: tāetsi in-
feriorē sortitus sis locū: tūc ꝟo desines mēbꝝ esse: cū te a corpe ipso disiūxeris
auulsusq̄ fueris ab eccie unitate: tutare ergo hmōi unionē & copulam: si cupis
mbri nomē suar. ❡ Si totū corp9: ocl9: ubi audit9: si totū auditus: ubinā o-
doratus:) Cū fecisset oculi & pedis hic mētionē: insup & auditus meminisset
& manus: eosdēq̄ & inexcellētie induxisset & hūilitatis sniam: ita ut meroris
ex his pl9 illis q̄ cōsolatōis inuiceret: ondit impntiaꝝ eiusmōi donoꝝ diuersita
tē cōducere plurimū: nā si corpus uniuersū ex mēbro uno cōstaret: ubinā reliq̄
mēbra consisterēt: non te igr̄ pudet: tot mēbris sublatis si duxeris unū te int
cetera emineē & solū. ❡ Nūc aūt posuit deus mēbra unūq̄dq̄ eoꝝ in corpore
sicut uoluit.) magnū ī modū corinthios frenat: qa cū deū ꝓnūtiasset: sic uoluis
se: ꝑscripsisseq̄ singulis mēbris ꝓpriū locū: id .n. significat posuit: neq̄ pedez
cū inferiorē hēat locū: debere id ferre aīo iniqore: q̄n̄qdē deo sic placitū est: id-
q̄ pedi cōducat postremū fuisse locū sortitū: neq̄ caput extolli: qa arcē teneat
corpis. Id .n. diuino ex munere nō sua uirtute effectū est: sic dici de eccia pōt:
ī qua inferiorē esse hunc uoluit: illū ꝟo supiorez: oportet itaq̄ & q hūilior est
sua sit cōditione contētus: & q sulimior: nū efferat̄. ❡ Quid si essent oīa unū
mēbrū: ubi corpus: nūc aūt multa qdē mēbra: unū aūt corpus.) Attēde pauli
sapiam: uti ex rebus que aīmi uidēt̄ ꝑferre pusillitatē: ob huiuscemōi: ita ut dix
erī uarietatē donoꝝ: & nullā honoꝝ equabilitatē: hos ipsos cōprimit: castigat
q̄: nā si nulli fuisset mēbroꝝ diuersitas: neq̄ corpus unū cōstare potuisset: uno
aūt corpe n̄ exstēte: neq̄ equabilitas illa: ut dixi9: imptiendis honoribus sta-
ret: nūc aūt eque oībus honos defert̄: qm ī unū desinūt uniuersa: ex mēbroruz
itaq̄ diuersitate unū conficit̄ corpus: ex uno aūt cōfecto sic corpe: decoris plu
rimū mbris oībus inest adequatio quedā & paritas: quē ob decorē cūcta adni
tūt̄ ad corporis unius ꝑfectionē: Inqt .n. unū est corpus: mēbra autem plura.
❡ Nō pōt aūt dicer̄ ocul9 manui: o pa tua n̄ indigeo: aut iteꝝ caput pedibus
nō estis mihi necessarii.) Castigatis q mīoribus essent donis effecti: nunc ad
eos sermonē diuertit: qui maioribus acceptis: cōtra inferiores acrius insolesce-
rēt: ait nāq̄: quēadmodū oculos obicere hmōi ceteris mēbris neqt: ura opera
haudq̄q̄ indigio: siqdē uel uno aliquo mēbro deficiēte uniuersū claudicat cor-
pus: sic neq̄ his q ꝑstātiori donati sūt gr̄a licet in eos efferri q minorē accepe-
rīt: opus .n. his hn̄t: qppe q facere satis p se cōdende eccie nequeāt: nec struere
soli hāc possint: hn̄ aūt posuit potest: nā & si id maxie uelint: secus tn̄ rei nā se
habet: q̄ ꝑfici sine alterius ope queat.

¶ Sed multomagis que uidenť mēbra infirmiora eē necessariora sūt: & que pu-
tamus ignobiliora mēbra esse corpis: ııs honorē abūdātiorē circūdam9: & que
inhonesta sūt nr̄a abūdātiorē honestatē hn̄t.) arguit hoc loco: quēadmodū ne-
cessaria sint que mīora uidenť. apparēt siquidē tenuia esse cū min9 sint: uerum
quenā sūt illa: nimirū que infirmiora uidenť & turpia: magis necessaria tn̄ hęc
sūt. nōnulli aūt genitalia mēbra hęc esse dicūt: que etsi inhonesta & pudēda ui-
denť: adeo tn̄ sunt necessaria: ut sine his cōstarť uita nō possit: qnetiā illa recon
dimusq; ut honestiora sint. Nā etsi nudo ꝓrsus sit qspiā corpe: ea tn̄ nudari nō
sinit. Plerīq; etiā infirmiora hec & necessaria: oculos dicūt: q cū pusilli sint: &
reliqs mēbris infirmiores: maxīe tn̄ sūt necessarii: ignobiliora ṽo & inhonesta
pedes esse: uñ oculis plurimū ꝑ nos curę impēdendū essē ut ībecillis & paruz
munitis affirmāt: & ad pedes ipsos tegēdos studii plurimū adhibēdū: ut inoff
ensi seruenť: tāetsi postremi sint: & humi iacētes & ignomiosi appareāt. Possūt
igiť hęc trib9 mōis intelligi: ut dicas. s. infirmiora esse & necessaria: ut oculos
ignobilia ut pedes: īhonesta ut pudēda: . ¶ hōesta aūt nr̄a nulli9 egēt.) ne hmōi
ingēs qspiā occurrat: qm̄ fieri id iurę pōt: ut ꝑudēdū sit īhōestis: z turpib9 &
nulla honesti ꝑ nos rō hēať: haudq̄q̄ inqt honesta nr̄a nos ꝑ nifacim9: qppe
que nulla alterius īdigeāt ope: & nāle hēant in se decorē. ¶ S3 de9 tem. pauit
corpus.) Si itaq; illud cōmiscuit deus: & tēpamēto q̊dā cōdiuit: & unū e plu-
rib9 mēbris cōfecit: ubi ergo in unico hoc uľ magnitudo dari: uľ putas pōt?
¶ Ei cui deerat abūdāniorē tribuēdo honorē ut n̄ sit scisma in corpe.) Non
īhonesto dixit & turpi: sed cui deerat: nā nihil ē uľ īforme nā uľ ihonestū: abū
dantiorē inqt cōcedi honorē oporteť ei mēbro: qđ manchū sit: & additiōe īdi-
geat: ꝑinde inqt haudq̄q̄ ueli superbias: si maiori sis honore affect9: moxq;
& cām infert. ne scisma. s. in corpe sit: nā si hęc corpis mēbra partim nā ꝑtim
nr̄a regantť prudentia: ꝑtim ṽo haudquaq̄ nr̄a cū cura tuz studio digna hāoeāt:
ab inuicē: haud dubie discidenť: q̄nqdē nec uinculū ferre: nec copulā possint. q-
bus discissis & mēbra reliqua offensū iri necesse ē: utpote que ī uarias ꝑtes
diuisuz corp9 sint habitura: Nolite ergo q ꝑstantiorib9 estis donati muneri-
bus: mīorib9 insultarť: ne illis diuulsis: & uos simul iacturā necessario patiamī-
ni. ¶ S3 in idipm ꝑ inuicē sollicita sint mēbra.) Nec solū inqt curādū erit: ne
mēbra ipsa rescissā abscedāt. S3 ut ingēs insit & caritas: & aīoꝝ cōiūctio: qn
etiā maiorē curā suscipiat qđ maius fuerit & mīoris rebus inuigilet: nec temeť
sed in idipm sollicita sint: hoc est: ut eiusdē ꝑudētię: que ꝑ maiori adhibeať:
& mior sit ꝑticeps: ex eaq; uel capiat fructū: ita fiet: ut cū talo spina inheserit:
uniuersum sentiat corp9 dolorē: & curationē adhibeat: Nā & caput īclinat īle
ctiť simľ & dorsū: uēter & femora cōtrahūť: intueť oculi accuratius: & educeť
manus qđ talo inheserat: si ucet eadē cura & reliqs in mebris fuabit. ¶ Et si
qd patiť unū mēbrū: cōpatiūť oīa mēbra: siue gloriať unū mēbꝝ: cōgaudēt
omnia mēbra.) Arctior illa mēbroꝝ cōiunctio cōmunes facit: uti aduersa sic &
successus. sic igť talo ut dixi9: ipso affecto: omnia mēbra cōdolent: caput ṽo si
coroneť: & reliquis membris gloria inerit & hilaritas quedā: si pulchri sint
oculi: & reliquum corpus decorant: necesse est.

¶ Vos autem estis corpus xp̄i: & membra de membro.) Ne forte dixerint ali
qui: quid nostra interest membroꝝ hęc comparatio: respondent & uos quidē
estis xp̄i corpus: quod cū soli nequirent perficere: nisi & ceteri orbis terre fide
les una affuissent: adiunxit: & membra que & si minus integrum conficerēt
corpus: membra tamen preferrent: & hęc de membro: hoc est non mēbra uni/
uersa: sed membroꝝ pars aliqua existebat. ¶ Et quosdam quidē posuit deus
in ecclesia: primum apostolos: secundo ꝓphetas.) Cum hoc statuerit deus: cur
deo obsistis proponit autem ille apostolos tanq̄ bonorum omniū duces: deīn
ꝓphetas subiecit non ueteris testamenti: Ille quippe adusq; Iohannis tēpora
xp̄i aduentum predixre: Sed eos dixit qui post christi aduentum in nouo testa
mento futura denuntiauerunt: quales Philippi filię extitere: qualis & Agauus
ille: quales uel alii fuere innumeri: abundabat enim singulis in ecclesiis eiusmo
di spiritus gratia: primū aūt & secundo: ideo posuit: ut cum postremo lingua/
rum gratiam posuisset; comprimat; qui ob eam efferebantur. ¶ Tertio docto/
res.) Propheta quidē iccirco doctorē dignitate ꝓcedat: quia spiritu prescitus
futura prenuntiat; doctor autem & sponte multa edicit: eoq; & tertium locum
obtinuit. ¶ Deinde uirtutes: exinde gratias curationū.) Virtutes nanq; mor
bo affectos sanitati restituebant: & aduersariis inferebant supplicia: sanandi ue/
ro gratie; bonam dumtaxat reddebant ualitudinem: ideoq; his uirtutes propo
nit: his tamen utrisq; doctor ille uerus prefertur: qui eloquētia & aliis uite ac
tionibus cęteros instruit. ¶ Opitulationes: gubernatōes.) hoc est sustentare
infirmos & gubernare: uel sustentare que fratrum sunt: quod & si nostre diligē
tię sit: dei tamen esse id munus asserit suadens: quemadmodū gratos se erga
deum exhibeant. illiq; intendātur animū: nec quoq̄ pacto superbiant. ¶ Gene
ra linguaꝝ.) Eo postremo linguaꝝ genera posuit: ut eos coerceat: qui in eius/
modi linguarum uarietate nimiū insolescerent. ¶ Interpretationes sermonum
nunquid omnes apostoli: nunqd omnes ꝓphete: nunquid omnes doctores: nū/
quid omnes uirtutes: nunquid omnes gratiam habent curationū? nunquid oēs
linguis loquunt̄? nunquid omnes interpretant̄.) Quoniam par erat: ut qui mi/
nus gratie accepissent: eo maiori afficerent̄ dolore: quo & maiora sūt & mino/
ra dona enumerata & patefacta. Rursum inferiores ipse solat: sic inquiēs. quid
enim doles: quod minus sis forsan ꝓphetandi gratiam assecutus? Illud equi-
dem te clam habeat nolim: deesse prophete cuiq; quod ipse sis nactus: quodq;
alteri insit carere & alium: ita fit ut illud uobis perutile sit: & satius longe his
donis esse otentos: que iā acceperitis: ut quisq; proximi ope indigeat. ¶ Emu
lamini autem charismata meliora.) Arguit hos tacite: uel causam prebuisse q̄
minus spiritus dona acciperent: nam cum emulamini dicit; Studium exigit: &
maiorem quandam in cōporandis spiritalibus cupiditatem: nec maiora dixit;
sed potiora: hoc est magis utilia. ¶ Et adhuc excellentiorem uiā uobis demō
stro.) post hęc id enim adhuc illud significat: si prorsus ęmulatores istiusmōi
estis donorum. Aperiam equidem uobis prestantiorē quandam uiam & excel
lentem: que uos ad hec dona perducat: caritatem uidelicet. ¶ Si linguis hoīm 13
loquar & angelorum: karitatem autem non habeā: factus sū uelut ęs sonans
aut cymbalū tinnēs) haudquaq̄ his uiam mox apent. Sed hanc longe prius

linguarum gratiam prestare ostendit quę ipsis potior uideretur: ita sane & op-
tabilem pre ceteris donis esse hanc patefacit. linguis autē hominum dicit: qui
ubiq; terrarū sunt: neq; his contentus: & aliam quandā adicit excellentiā: an-
gelorum inquiens linguis: neq; id quidem quod angeli linguas habeant dixit:
sed melius quidam & prestantius uolens exprimere: quod humanas excederet
linguas: Siquidem potentia quędam intelligendi: qua inuicem diuina cōmuni
cent sensa: angelorum est lingua: Cui ex nostri ad uerba promenda organi hu9
similitudine nomen indidit: quēadmodum alibi: ut illud: inclinet omne genu ce
lestium: quibus & si neq; ossa insint: nec nerui intensius tamen per hec illoruꝫ
expressit obsequium: Factus sum tanq̄ es sonans: hoc est uocem quidem emit-
tens: frustra autem loquens: & molestus cum sit: nemini prodest: quia caritas
sit christus. ¶ Et si habuero prophetiam: & nouerim mysteria omnia & omnē
scientiam.) Haud simplicem inquit hic prophetyam: sed eam que cum excellē-
tior sit omnia mysteria teneat. Attende autem quēadmodum in ipso linguaruꝫ
genere nihil dixerit inesse utilitatis. in prophetia uero mysteriorum omnium
asserat contineri cognitionem. ¶ Et si habuero omnem fideꝫ) Ne singula dif
ferens molestus appareat: ad parentē ipsam & omnium fontem fidem deuenit:
& eam que integra sit & sincera. ¶ Ita ut montes transferam caritatem autem
non habuero nihil sum.) Quoniam permagni apud rudiores habetur: ut mon-
tes transferri alio possint: eo & rei huiusce fecit hic mentionem: inquiens: nō so-
lum fide fieri uniuersa hęc posse: quin uel fidei parte exigua: uti & dominus as-
seuerat transuehi montes posse: si fides inerit. ait nanq; si habueritis fidem ut
cocchum sinapis zc̄. Attende autē quēadmodum per prophetiam & fidem: om
nem sit gratiam complexus apostolus: quandoquidem miracula ipsa uel uerbis
uel opere constent: neq; si caritate caream dixit tenuis sum: & abiectior: sed ni-
hil sum prorsus. ¶ Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates me-
as.) Neq; enim si partem substātie mee contulerim dixit: sed facultates omnes:
Neq; simpliciter si dedero intulit: sed si in cibos pauperum distribuerim: ut in
impendendis pecuniis diligentior insit & dispensatio. ¶ Et si tradidero corp9
meum ita ut ardeam: caritatē autē non habuero: nihil mihi ꝑdest.) Nō ut mo-
riar dixit: sed quod omnium est uisum grauissimum: ut uiuens ardeam: neq; id
quod aliquam affert sine caritate utilitatem. Dicet quispiam. quonā pacto po-
terunt caritate sublata dispensari in alendis pauperibus facultates? Responden
dum ad illud: apl'm pro re non existente eam posuisse: quę constet. quēadmodū
cum inquit: siue angelus: siue nos aliud euangelizabimus preter id quod acce-
pistis: cum neq; angelos: neq; ipsemet paulus aliud erat euangeliū predicatur9
q̄ predicasset: & alibi item multis in locis: hęc autem dicit uel quia impartiri ali
quid sine caritate tunc possumus: cū nulla in egenos miseratione id agitur: sed
hominum gratia conciliandi beniuolentiā: tūc uero caritatis id gr̄a fiet: cū quē-
piā cōmiseratus aliquis perinde incensus & ardens id officiu munus exeqtur.
¶ Caritas patiens est: benigna est.) E differit itaq; & caritatis inditia: & pati-
entiā īprimis ꝓponit totius philosophie radicē & fundamentū. grece nanq; ma
crothymos id est patiens is appellat̄: q longiori sit animo hoc ē magno: & dici
latine magnanimus potest: Ex eo est & macrothymia: id est magnanimitas. &

quoniam nonnulli sunt non ad philosophandum hac animi magnitudine usi:
quales hi sunt qui alios se incessentes irridendo & cauillando ludificantur: per/
inde his artibus patientiam preferant: eoq; & iram prouocant potius q̄ leniant
tolerando: Propterea benigna inquit est caritas: haud secus ac dixerit: seruan/
da est in omnes caritas: benigneq; ac tolleranter ferendi sunt quiq;: uel qui iniu
ria nos ipsos affecerint. Hęc autem eo intulit: ut eos mordeat castigetq;: qui co
rinthi essent: & moribus prauis imbuti & subolis. (Caritas non ęmulatur.)
Hoc est nemini inuidet: Potest nanq; patiens esse quispiam: & liuore duci: qđ
tamē caritas ipsa prorsus defugit: quod eo intulit ut Corinthios nonnullos casti
get: qui inuidie essent crimine huiusce obstricti. (Non agit perperā.) Hoc est
non est petulans non inconstans: quin seipsum stabilem reddit & continentem.
Perperos enim gręce instabilis est & leuis: & mentis inops: & hęc in eos intē/
dit: qui leuitate quadā & inconstantia pleraq; innouarent. (Non inflatur.)
Concedi potest: bonis his omnibus superius explicatis fuisse quēpiā forte po/
titum quibus partis: superbire tamen eundē & intumescere: cuiusmodi uitio ua
cat caritas ipsa: que & humiles reddit qui bona hec cōpararint. Hęc sane pau/
lus intulit: ut elatos arguat & insolentes. (Non agit turpiter.) Hoc est nō in
flatur: quietiā uł inhonesta tormenta haudquaq̄ ducit pro ignominiosis & tur
pibus: eius gratia cuius amore detineatur: quēadmodū & christus pro eius in
nos caritate: ignominiosam crucem non solū suscepit: sed glorie duxit. Potens
& hoc pacto id intelligere: non agit perperam id est non est contumeliosus: nō
conuiciator: Nihil enim est contumelia & conuitio turpius: his autez dictis in
paruicaces inuectus est paulus. (Non querit que sua sunt: non irritat̃.) Ille i/
quit nil turpe agit qui suam non querit utilitatem: sed proximi cōmodum: tūc
enim uel fedior quędam dicitur turpitudo: cum afficitur iniuria proximus: nec
missus fiat: Hoc autem illis obiectum est: qui ceteros aspernant̃: sed neq; cari/
tas irritatur: quoniam qui eam sit assecutus nemini contumeliosum se prebet:
neq; irascitur: est enim haudquaq̄ modestus uir iracundus: ita fit: ut nil indecē
ter caritas agat quandoquidem nec cōmouetur nec irritatur: hoc est nō ad ira
cundiam prosilit: uel id paulus contumeliosis & iniuriam inferentibus obicit.
(Non cogitat malum.) Vel omnibus inquit caritas malis affecta ad iraz nō
incitatur: nec solum ad se uindicandum nil mali molitur: sed ne malum quidez
& cogitatione & animo uersat: aduerte autem quēadmodum ubiq; haudquaq̄
dicat uel liuore caritatem teneri: uel ut superior euadat adniti: uel ad uictoriaz
incitari quinpotius neq; ullam sinit initio statim malignitatem succrescere. uti
hoc loco non malū cogitat: qđ eo ītulit ut corinthios cōmonefaciat: ne ꝓ accep
ta iniuria iniuriā referant. (Non gaudet super iniquitate.) Hoc est: nil ꝑsus
lętatur cū iniuria cuiq̄ uel molestia: uel malū infertur. (Congaudet autē ueri-
tati.) Sed qđ longe est maius inquit: alioꝝ probitati congaudet: & ad ueritatē
successum maxime gratulatur: eundemq; sibi ducit in gloriam: hoc autē intulit
paulus: ut Corinthiorum nonnullos inuidię arguat. (Omnia suffert.) Iniuri/
as & plagas: uel mortem uidelicet si afferantur: id eniz tollerantię beneficio cō
sequuta est caritas: cui inesse hanc dixerat. His uero dictis qui insidias proxio
machinantur obiurgat. (Omnia credit.) Quęcunq; scilicet dixerit: qui a se

colitur: neq̧ subdolum aliquid uel loquitur ipsa: uel loqui alios arbitratur.
¶ Omnia sperat: omnia sustinet.) Nil inquit de eius uita desperat: que ȝ amare
ipsa occeperit: sed sperat potius magis ac magis: hunc ad meliora prouehere:
istiusmodi uerba in eos intendit: qui facile forte desperant: quod si tali spe cari/
tas ducta: eo quem colit in nequitia perseuerante fallatur: uiriliter eius errata
laturus est. Omnia nanq̧ inquit & suffert: hec uero in eos paulus iaculat̃: qui
facile diffidia subeunt. ¶ Caritas nunq̃ excidit.) Hoc est nunq̃ fallitur: sȝ rec/
te omnia terminat: uel excidit: id est dissoluitur dici rectius potest: quādoq̧dē
nec interciditur caritas: nec conquiescit: sed in futuro seculo cessantibus aliis:
permansura hec est: ut in sequentibus differet. ¶ Siue prophetie euacuabunt̃:
siue lingue cessabunt.) Enumeratis qui e caritate ipsa prodeunt ramis: iterato
hanc alio quodā modo extollit: cum uel prophetias ipsas & linguas finem ali/
quando habituras affirmat: Caritatem uero stabilem fore atq̧ perpetuam: naȝ
si prophetię & lingue fidei suscipiende gratia sunt institute: fide iam per omnes
terras diffusa merito quidem euacuabunt̃ dixit: Nam si hoc tēpore superuaca/
neę sunt & inanes: longe magis in futurum cessabunt. ¶ Siue scientia destrue/
tur: ex parte enim cognoscimus: & ex parte prophetamus: Cum autem uene/
rit quod perfectū est: euacuabitur quod ex parte est.) Dicet aliquis: si futuruȝ
est: ut scientia disperditum eat: ergo in ignorantia uicturi nos sumus? absit in/
quit: nam de scientie parte aliqua disserit: ut paulus idē: illud interpretat̃ cum
ait: ex parte scientia euacuabitur cum perfectior uenerit: in futura scilicet uita:
ubi non qualem hoc tempore rerum celestium habebimus notionem: sed lōge
maiorem: exempli gratia: haudquaq̃ nos in presentiarum latet: deum ubiq̧ uer
sari: quēadmodum tamen ille uersetur: ignorare poterimus: quinetiā & uirginē
peperisse tenemus: futura tamen in uita plus aliquid intelligemus: quod ad p̄/
sentem plurimum faciet cognitionem. ¶ Cum essem paruulus.) Cum asseruis/
set in rei perfectionis aduentu: euacuanduȝ id esse quod ex parte constaret: nūc
exemplum inducit: quo quātum inter se differant: presens & futura scientia pa/
tefacit: inquiens: nunc quidem paruulis uidemur assimiles: tunc uero sumus in
uiros nos euasuri. ¶ Loquebar ut paruulus.) Hoc ad genera linguarum refer/
tur. ¶ Sapiebam ut paruul9.) Id uero ad prophetias. ¶ Cogitabam ut paruu
lus.) Hoc demum ad scientiam ipsam referendū est. ¶ Quando autē factus suȝ
uir euacuaui quę erant paruuli.) Hoc est cum in futuro sęculo firmiorem fue/
rim scientiam consecutus: tunc sane qua impresentiarum potimur: imbecillis erit
& pexigua & paruuli similis: & euanescet: unū & alia supinducit dicēs ¶ Vide/
mus nūc p̄ speculū in enigmate.) Declarat qđ dictū ē de paruulo: ostenditq̧
subobscurā esse nobis rerū cognitionē. Cū clarior tūc sit oīno futura: uidemus
enim inqt adhuc p̄ speculū: qđ ut expressius idicet: rei ispecte imitatōeȝ ī enig
mate intulit: ut maximā p̄stis sciētię arguat q̃ ex p̄te cōstet pusillitatē. ¶ tunc
aūt facie ad faciē.) Nō enī q̧ faciē aliq̃ habeat deus: id dixit: sed ut ex eo osten
dat notionē quandam manifestā nobis & clarā admodū & patentem futuram.
¶ Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam: sicut & cognitus sum.)
Duplici modo Corinthiorum tumorem tollit & insolentiam: primum arguens
aliqua ex parte scientiam hanc humanaȝ constare: deinde haudquaq̃a nobis ipsis

originem ducere: siquidem non ipse inquit noui eum: sed ille me. quemadmodũ itaq; nunc ille mei habens cognitionem mihi succurrit: & opitulatur: sic & ego tunc longe magis q̃ impresenti ad eum confugam: nam & is qui in tenebris resi det: nisi solem prius conspexerit: nequaq̃ ad radiorum decorem prior accurrat: quin potius splendor ille solaris uisendum se offert luce emissa: cuius cum ille quispiam claritatem exceperit: tunc eam ultro intuendo prosequitur. Haud se/cus igitur se habet id dictum: sicut & cognitus sum: nec tamen quod ita pror/sus dei simus habituri cognitionem: sed tantum ad eius notionem progredie/mur: q̃tum ipse sui noscendi facultatem attulerit: & tanto illi plus adherebim9 q̃to propinquiorem se nobis prestiterit: nec secus profecto nobiscum nunc agi/tur: q̃ si quis infantem nobilem aliquem expositum & proiectum inueniat ore blandulum & alludentem: ita sullatum domuz deferat educetq; liberaliter: opi/bus demum clarum reddat: in regiamq; traducat. Ille uero in ea infantia cum diu perstiterit: nil sentiet penitus que gesta sint: neq; eius qui se gestauerit alu/eritq; clementiam internoscet. At cum in uirum euaserit: tunc tandem hominẽ cogniturus est: qui fuerit de se tam benemeritus: eundemq; nec immerito beni/uolentia prosequetur. ¶ Nunc autem manet fides: spes: caritas: tria hęc: maior autem horum est caritas.) Nunc quidem quę extant lingue scilicet prophethię & scientie: & si subobscure: fide tamen in omnes diffusa: quemadmodum dictũ est supra pęnitus euacuabuntur: fides uero spes & caritas ipsa longe his erunt stabiliores. id enim significat cum inquit manent: trium scilicet istorum preten/dit stabilitatem: & inter hęc eadem summum tenere locum & caritatem. ¶ Sec tamini caritatem.) Quoniã caritatem huiusmodi grande aliquid esse & immen/sum ostendit: ad hanc prosequendam nos tandez hortatur: neq; enim sequami/ni eã dixit: sed sectamini: perinde intensiorem quandam diligentiam ea in re ac studium exigat: abscessit illa a nobis: opus ergo ingenti celeritate & cursu ut hanc contingamus. ¶ Emulamini spiritalia: magis autem ut prophethetis.) Ne forte existimarent corinthii iccirco paulum caritatem adeo extulisse: ut spi/ritus dona extingueret: & illud adiecit: ęmulamini spiritalia: dona uidelicet: & pręcipue ut prophethandi munus adipiscamini: Hoc autem ratione linguarum dixit: quibus Corinthii maxime superbirent. ¶ Qui enim loquitur lingua non hominibus: sed deo: nemo enim audit: spiritus autem loquitur mysteria: naz q prophetat; hominibus loquitur ad ędificationem & exhortationem & consolati onem.) Linguas ipsas cum prophethia comparat nec prorsus has inutiles ar-guit: neq; per se omnino utiles: non enim homines alloquuntur: sed deum: hoc est nequaq̃ cognitu facilia narrant hominibus & aperta: Sed in spiritu sancto loquuntur mysteria: Cum itaq; e spiritu sermonem dępromant: magni est res facienda: quod autem nullam afferant hominibus utilitatem: inferiores sunt ꝓ phethia: hęc quippe e spiritu constat: & utilior est: siquidem instabiles & laban tes ędificat: & segniores hortatur & excitat: & pusillanimes consolatur: ubiq; paulus quod utilius est: pręstare affirmat. ¶ Qui loquitur lingua semetipsuz ędificat: qui autem prophetat: ecclesiam dei ędificat.) Pleriq; linguis loquentes nequeunt plerunq; aliis que dixerint interpretari: igitur sibi ipsis proficiunt: q

uero prophetat audientibus uniuersis utilitatem impartitur: quantum itaque est priuatę utilitatis quę uni prodest: & communis: quę ecclesię ipsi conduxerit interuallum: tantundem est linguarum: & prophethię discrimen.

¶ Volo autem omnes uos loqui linguis: magis autem prophetare.) Quoniam multi apud Corinthios uario linguarum genere loquebantur: ne inuidia percitus uideatur: linguas has paruifacere: uolo inquit ut omnes loquantur: non ut unum duosue ędificent: sed prophetandi & maioris utilitatis gratia.

¶ Nam maior est qui prophetat: quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur ut ecclesia ędificationem accipiat.) Pręstat inquit propheta: sed ei qui linguis dumtaxat loquitur: & interpretationem ignaro: nam si interpretandi cognitionem teneret: par esset prophetę qui linguis iam loqueretur: ecclesia quippe obscurior interpretatis quę lingua explicantur: ędificatur. Erat autem spiritus gratia interpretatio: quę plerisque hominum linguis loquentibus esset concessa: plerisque uero nequaquam. ¶ Nunc autem fratres si uenero ad uos linguis loquens quid uobis procero: nisi uobis loquar aut in reuelatione: aut in scientia: aut in prophetia: aut in doctrina.) Vultis ne inquit linguas quę interpretandi munere carent: uos internoscere? concedatur ut paulus ipse ego qui uos instruxi: linguis loquar: nihil sane ex his utilitatis plus quippiam est audientibus obuenturum: ni in reuelatione loquar: id est: ni ea tradiderim quę solent & ab his explicari qui a deo sunt reuelationem huiusmodi consequuti: quę reuelatio speciem quandam prefert prophethię: quando astantibus multis reteguntur singulorum dictorum & sensa (aut in scientia:) hoc est qualia proferre debent: qui ea potiti sint: qui ue diuina mysteria auditoribus ipsis aperiunt (aut in prophetia:) quando uidelicet: de preteritis: deque presentibus atque futuris rebus differit quispiam. Est namque prophethia reuelatione uulgatior (aut in doctrina) hoc est in specie quadam sermonis uim instruendi habentis: cum de uirtute uel dogmatibus oritur disputatio: uel ad audientium utilitatem fiat instructio: nonnulli autem quod in reuelatione est: hunc in modum intelexere: hoc est de his dicere: quę facile solui possint: & clariora sint: & minus fucata: item & illud. aut in scientia: idest ea differere: quę cognitu facilia sunt.

¶ Tamen quę sine anima sunt uocem dantia: siue tibęa: siue cythara: nisi distinctionem sonituum dederint: quomodo scietur id quod canitur: aut quod citharizatur?) Verum quid de damno dixerim & iactura quę nobis ex rerum obscuritate infertur: aut que ex patentioribus & manifestis subsequitur dixerim utilitate: quandoquidem uel instrumentis ipsis inanimatis nulla uocum aperta uarietas insit: sed confusa ac mixta: nil prorsus queat quod tibia canitur internosci: aut quod cythara ipsa pulsatur: neque ulla in eis erit animi uel iocunditas uel oblectatio. ¶ Etenim si incertam uocem det tuba: quis nam se parabit ad bellum?) A rebus superuacaneis descendit ad necessaria: & tubę meminit: inquitque: uel in ea modulos quosdam inesse: quorum alteri ad bellum ciant: alteri a prelio reuocent: hęc itaque tuba: si minus clarum & subobscurum clangorem eliserit: imparatos milites reddet: quid igitur commodi potest afferri: ex sono aliquo subsurdo atque incerto? ¶ Ita & uos per linguam nisi manifestum sermonem

de leritis quomodo scietur id quod dicitur? eritis enim in aera loquentes.)
Ne forsan corinthii dixerint quid ad nos illud: uel tibię: uel tubę exemplum?
sic inquit ni uos ob eiusmodi spiritus gratiam: quę linguis ubi collata est: orati/
onis claritate nitamini: inanis hau dubie erit uester omnis sermo & superuacu/
us: utpote qui exaudiri comprehendiq; possit a nemine: Res nanq; omnis in eo
uersatur: ut afferat huiusmodi loquendi gratia utilitatez. Dicet aliquis: si nihil
hec erat mortalibus profutura: cur ergo conferebatur? nempe ut illi conducat
qui eam acceperit. nam & si aliis utilitatem erat hęc allatura: deus fuisset & pre
cibus exorandus: & uite puritate excipiendum interpretandi hoc munus: uel
alteri cuiq; adherendum: qui posset obscura dissoluere: & ideo paulus huiusmo/
di intulit: ut illos mutua animorum coniunctione cõnectat: ne ue existimarent
sibi ipsis sat per se posse hec omnia suppeditare: sed suscipiendos esse: qui eadez
illa interpretari ualeant & enodare: hoc pacto fore: ut linguarum gratia utilior
fiat. ¶ Tam multa utputa genera linguarum sunt in hoc mundo: & nihil sine
uoce est.) Hoc est: tot uoces constat in mundo esse scytharum scilicet indoruz
tracum: & gentium aliarum & omnes exprimunt aliquid: non enim sine uocis
ędition heę gentes loquuntur. ¶ Si ergo nesciero uirutem uocis: ero ei cui lo/)
quar barbarus: & qui loquitur mihi barbarus.) Si haudquaquã ipse uim uocis
dignouerim: pro barbaro mihi erit: qui mecum sermonem contulerit: utpote q
stulta loqui sit uisus: econtra & illi ego barbarus & insanus uidebor: non uocis
uicio: sed nostra inscitia. ¶ Sic & uos quoniam emulatores estis spirituum ad
ędificationem ecclesię: querite ut abundetis.) Nonnulli illud sic & uos a reliq̃
oratione intercidunt: & ita interpretantur: & construunt: sic & uos linguis lo/
quentes & obscure: barbari uidemini audientibus. Deinde in aliam sententiam
transferunt: emulatores estote: Beatus tamen Basilius tenore uno & pari seque/
la: hunc orationis contextum perlegit: qui cum & ipse nunc sentio: & uos igi/
tur inquit emulamini spiritalia dona: sed eo pacto: ut ad ecclesie ędificationem
& utilitatem abundare nitamini: adeo nanq; nihil prohibeo linguis uos eloqui:
ut abundare uelim dicendi copia: si modo illas ad cõmunem utilitatem exercea
tis. ¶ Et ideo qui loquitur lingua: oret ut interpretetur.) Modum exprimit
quo id donum multis: in cõmodum cedat. Oret enim inquit qui linguis loquit̃
ut interpretetur: hoc est ut interpretationem accipiat: ipsi itaq; causam prebent
ne illam adipiscantur: quandoquidem nequaq̃ id muneris a deo exposcant.
¶ Nam si orem lingua: spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est.)
Erant nonnulli apud priscos illos christiane fidei sectatores supplicandi gra/
tiam linguua exciperent: loquerenturq; uel persica uoce: uel Romana: cum il/
lorum mens esset earum rerum ignara quę lingua sic ęderentur: Dicit itaq;
Paul9: spirit9 me9 orat: hoc ẽ gr̃a quę linguã agitat: mens aũt mea fructu ca/
ret: qa nil ꝑts9 ĩtelligit: que ꝓferunt̃. Attẽde quẽadmodũ ꝓgrediẽdo: arguat
plane: q lingua dũtaxat: uerba faciat: uł sibiipsi min9 ꝓdesse: id ipsũ sẽtit hoc
loco basili9: & nõnulli ꝑterea sic asseuerãt: uidelicet: si loquar lingua nil autem
cęteris declinando profecerim: Spiritus quidẽ meus siue animus quantuz ad se

ſpectat: utilitatis plurimũ uẽdicat: mens uero mea ſine emolumento erit: quia nulli quippiam impartit utilitatis: qui itaq; id dictum hoc pacto interpretantur: uereberantur: ut arbitror: montani cuiuſdam deliramenta: Is nanq; hereſim induxit huiuſmodi: prophetas uidelicet uniuerſos nil proſus eorum que denuntiaſſent: intellexiſſet: ſed ſpiritu captos: predixiſſe nonnulla: quorum nullam impoſterum haberent cognitionem. Quod ſane haudquaq̃ habet aliquem impreſentia locum: neq; enim de prophetis dicit hec paulus: perinde ig norarent: que dicta per ſe fuiſſent: ſed de his diſſerit: nec tamen omnibus: qui linguis his loquerentur.

Quid ergo eſt? orabo ſpiritu: orabo & mente: pſallam & ſpiritu: pſallam & mente.) Quid igitur inquit maiorem poteſt afferre utilitatem: quid ue fuerit a deo magis ac magis efflagitandum. Nempe ut ſpiritu oretur: hoc eſt: gratia: quinetiam & mente: id eſt meditatione concipere: quid ſit orandum: itemq; & quid canendo precandum ſit.

Ceterum ſi benedixeris ſpiritu: quis ſupplet locum ideote? quomodo dicet amen ſuper tuam benedictionem: quoniam quid dicaſ neſcit.) Cum pſallis inquit: ſi ſpiritu: hoc eſt per linguam ſpiritali gratia benedixeris: quis ſupplet ideote locum hoc eſt: quo pacto amen laicus cum ipſe oraueris reſpondebit: te ſiquidem in ſecula ſeculorum: ſuboſcure & in lingua pronuntiante: neq; dicta per te ille exaudierit: neq; ullũ ex his profectum accipiet.

Nam tu quidẽ bene gratias agis: ſed alter non edificatur.) Ne prorſus uideatur lingue hanc gratiam extenuare ſic inquit: ipſe quidem recte gratias agis: Verum tamen proximi utilitate reiecta inutiles erunt eiuſmodi gratię.

Gratias ago deo quod omnium ueſtrum lingua loquor.) Ne forte paulũ Corinthii ſuſpicentur eo lingue gratiam habere contemptui: quia huius ſit ille immunis & expers: illud infert: quod omnium ueſtrum lingua loquor.

Sed in eccleſia uolo quinq; uerba ſenſu meo loqui: ut & alios inſtruam: quã nam decem milia uerborum in lingua.) Senſu meo: hoc eſt: intelligens et ſciens que dixerim: potenſq; uel eadem interpretari: ut & aliis pariam utilitatem q̃ mille uerborum in lingua: hoc eſt: ſi ea minus ualeam explicare: tunc nanq; apud me dumtaxat reſidebit utilitas: qui ea protulerim. Quinq; autem uerba ſinguli proferunt preceptores qui ſenſibus quinq;: qui nobis inſunt accomoda applicant medicamenta. Fratres nolite pueri effici ſenſibus: ſed malicia pueri eſtote: ſenſibus autem perfecti eſtote.) Patefacta qualis linguarum ſit gratia: Tandem que magis inceſſat: & urgeat: oratiõe utitur: increpatq; corinthiorum nonnullos: quod puerilia ſapiant. Eſt enim puerorũ ſane uel queuis exigua demirari: que temere ſtupori eſſe uideantur: quales ſunt lingue: quodq; & magna hii paruifaciant: perindeac: nil noui preſerant: uel admirandi: quales ſunt prophetie. Commonefacit inſuper etiam eos hoc loco: ne in puerorum morem ſe ad nequitiam habeant: id eſt: ne ob linguarum ſuſceptam gratiam uel efferantur: uel intumeſcant: nec demum ullam habeant prauitatis cognitionẽ ſenſibus autem perfecti eſtote inquit: ut diſcernant uidelicet: que ſint ex gratia aut preſtãtiora aut magis utilia: uel aliter: illi nãq; in malicia pueraſcũt: q nil cuiq̃ ingerunt mali: ſed haudſecus ſe hñt q̃ pueri ipſi: & officiunt nemini. Ille uero

erit perfectior ſenſibus:qui non modo noceat nulli:ſed proſit q̃plurimis:necq̧ ſolum nequitiam fugiat:ſed & nequitiam ipſam ſectetur:caueatq̧ ne a p̄ntib9 his & temporarus bonis aliquam in ſe iacturam admittat: id uero p̄ſimi-mile eſt euangelico dicto:eſtote prudentes ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut colũbe. ¶ In lege enim ſcriptum eſt:q̃m in alus linguis & labiis loquar populo huic:& nec ſic exaudient me dicit dominus. (rurſus ꝓphetiã cum linguis hic confert:eamq̧ arguit preſtantiorẽ:at quo pacto:ex his certe que ſubſequẽtur:legem autem:uetus omne teſtamentũ appellare cõſueuit apoſtolus:ideoq̧ imperientia que apud iſayam cõſcripta ſunt:in lege ait fuiſſe cõſcripta:Cũ uero infert:nec ſic me ſunt exauditun:oñdit eos:& ſi hoc poterant percelli miraculo:cũ min9 crediderint:aut prebuerint fidẽ ipſorum eſſe hanc culpam:deus nanq̧ qđ ad ſe ſpectat:ſemper exequit̃:eiuſq̧ prouidentiã:& ſi intelligat illos mĩme fidẽ de ſe p̃ſtaturos tã q̃ futuros iexcuſabiles; patefacit. ¶ Itaq̧ ligue in ſignũ ſunt nõ fidelibus ſed infidelib9.) Signũ quidẽ terrori eſt:nec tñ omnino uel inſtruit:uel ꝓdeſt:quinpotius & plerunq̧ id affıcit quale illud eſt:qđ ſine interpretatione fit & lingua:queadmodũ in orationis ꝓgreſſu ſic inquiet:q̃m dicturi ſunt uos inſanire; infidelibus preterea ſigna edunt̃: qa his haudquaq̃ fideles indigeant:cũ fidẽ iam & tuerent̃:& fuent. ¶ Prophetie aũt nõ infidelibus:ſed fidelibus.) prophetia autẽ cõducit fidelibus:qa eos ad fidem conſtituat. Dicet aliquis:nulla ergo erit infidelibus prophetia:at quo pacto in ſubſequentib9:ſic inquit apoſtolus:qđ ſi omnes ꝓphetent: ingrediat̃ aũt qs infidelis zc. Ex his ſine apparet uel infidelibus ipſis ꝓphetiã eiuſmodi fuiſſe oblatã. dicẽdũ itaq̧:nequaq̃ dixiſſe ap̄ľm:nihil hanc poſſe infidelib9 ipſis cõducere:ſed minus his eſſet in ſignũ inutile:qualis & lingua eſt:& ut breuius dixerim:erit ſane in ſignũ infidelibus lingua:hoc eſt ad infideles dũtaxat p̄terendos accõmodata. ꝓphetia uero ut fidelibus:ita & infidelibus uſui fuerit:utpote que illos infidelitatis coarguat:tãetſi minus in ſignũ his tradita fuiſſe dicatur. ¶ Si ergo cõueniat uniuerſa eccleſia in nnũ:& omnes linguis loquant̃. Intrent aũt ideote uel infideles:nõne dicent:quid inſanitis?) Tacite oſtendit iacture cãm linguã prebere:& noxie:ſi munere careat interp̃tandi: Id autẽ dicit: ut corinthiis inſolẽtiã demat:qui lingua ꝝ ob gr̃am exiſtimarent:ceteris ſe admirationi eſſe debere quod tamen longe aliter ſe habere demonſtrat: aſſerens ad ignominiam ſibi linguarum genera potius cedere: ſiquidem hec hos uideantur & ueſanos reddere: & furibundos: ut itaq̧ nil duxeris id eſſe ſpiritalis gratie opus:quandoquidem qui eam ſit nactus:infamia complectat̃: ſic infert nõne ideote uel infideles dicturi ſunt uos inſanire:hoc ẽ dementes quiq̧: q̃les erant q maledictis ap̄ľos inceſſabãt: dictitabãtq̧ uino madere:& ebrios eſſe: Cum hi quibus mens ſanior eſſet:uel ab eiuſmõi linguis lucrũ aſſequebantur: aliter lõge ſentirẽt:quales erant qui ap̄ľos demirarent̃: & obſtupeſcerẽt:quid dei magnitudinẽ:& mirãda quedã edicerẽt. ¶ Si aũt oẽs ꝓphetẽt:intret autẽ qs infidelis uel ideota cõuincit̃ ab oĩbus: diiudicat̃ ab oĩbus: occulta cordis ei9 manifeſta ſunt:& ita cadẽs in faciẽ adorabit deũ: ꝓnuntians q̧ uere deus in uobis ſit) Vides quemadmodũ maior ſit prophetie utilitas:quippe que uel cordis abdita retegat:faciatq̧ hoĩeꝫ infidelẽ:& dei hr̃e cognitõꝫ:in faciẽq̧ ꝓ-

cumberetorandi grã: confiterique deum uobis inesse: quod sane & in Abucho-
donosor cõtigit: Cui cũ daniel somnũ aperuisset: sic dixit: vere deus u r ipse est
deus: reuelans mysteria: intellige itaque ex his: quid illud sit quod dictum su
perius est: in reuelatione: reuelatio nanque prephetie est species quedam. Aduer
te preterea quemadmodum se spiritus habeat: Inquit enim uere deus in uobis
est: his autem qui prophetant omnino spiritus insit: necesse est: sic enim superi
us dixit: quoniam prophetie in spiritu traduntur. ¶ Quid ergo est fratres cũ
conuenitis. unusquisque uestrum psalmum habet: doctrinam habet: apocalipsin
habet: linguam habet: interpretationem habet: omnia ad edificationem fiãt.)
Quin etiam psalmos ex priscis illis nonnulli per spiritalem gratiam compone-
bant: & donum plerisque alios instruendi concedebatur: reuelationem autem pro
phetiam appellat: a spetie genus denominans: lingue autem mentionem facit:
ne prorsus. uel abiectior hęc uideatur: uel spernenda: ne ue non in gratiarũ or-
dine computetũ: hęc itaque omnia inquit ad edificationẽ fiant: id enim est xpiani
hominis propriũ: ut alius prosit: & utilitatem impartiatur: uerum quonam po
terit pacto qui benigne grãm sit adeptus: alios edificare? Id certe hauddubie
fiet: si in unum conueniatur: & qui interpretationẽ habeat: dona hęc utraque cum
ceteris conferat. ¶ prophete autem duo: aut tres dicant: & ceteri diiu-
dicent.) Erant inter prophetas & uates latitantes nõnulli & subdoli: & ideo
diiudicent inquit hoc cęteri: ne quis forte lateat falsus uates: sicuti predictum
est: Erat preterea decernendi & diiudicandi gratia: qua uates cum ueri: tũ fal-
si dignoscerentũ: eoque duobus uel tribus prophetandi munus demandat: ut &
ordo seruetũ: & in ea turba pphete nõ lateãt. ¶ Q ꝺ si alii reuelatũ fuerit sedẽ-
ti: prior taceat: potestis enim omnes per singulos prophetare ut omnes dicant
& omñs exhortentũ.) Ad modestiã hoc loco & hũilitatẽ erudit: siquidẽ silentiũ uĩ
psidenti tibi iniungat: cũ alteri spũs quippiã reuelauit: nam si maluisset spiritus
priorẽ te loqui haudquaq̃ alium ad loquendum excitasset: Cęterum cõsolatu-
ros eos sic inquit: potestis enim omnes per singulos pphetare: neque enim uni
cuiq̃ intercluditũ eiusmõi grã: sed in omnes diffũditũ: ut ecclesia oĩs instruatũ: &
solamẽ ad uirtutẽ excipiat: ¶ Et spiritus prophetarũ pphetis subiectus est.)
Vel hoc ad eius solamen facit qui ad taciturnitatem hortatur: quod autem di
cit tale est: noli contendere: uel factiones exercere: cum spiritus ipse: idest que ĩ
te inest gratia: & spiritus sancti que te inuasit operatio subiecta est alterius grẽ
qui sit ad pphetandũ impulsus: si itaque spiritus ipse alteri subest: lõge magis &
ipse debes: qui spiritũ fueris adeptus: nil contentionibus niti: de hoc nonnulli
aliter sentiunt: inquiuntque gentiliũ uates a demone perciti: nec uolentes quidẽ
poterunt conticere. Apud uos uero prophete non ita se habent: quippe: quorũ
in arbitrio sit uel profari aliquid: uel silere: Ideque uelle apostolum explicare cum
inquit spũs prophetarum: uidelz: quod spũs dona prophetis ipsis subdantur:
quibus silentiũ seruare uelĩt nec ne: pmissũ est: uerũ ne quis illud obiicere que
at: qui sit spiritus gratiam assecutus: quonã pacto ut iubes potero conticere: q
sim ad loquendum a spiritu concitatus: Ad id paulus ita respondet: Atqui
spiritus iste qui te concitauit: tue suppositus est ditioni: & ita ut in tua sit
posita taciturnitas; hęc ptãte: nec frustra uelĩ decetero ut spũm cãtus excuses.

¶ Non enim dissensionis est deus: sed pacis: ut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.) Ostendit uel id deo uideri ut conticeat: qui primatum obtineat: neqꝫ enim dissensionis inquit est deus: & turbe: que eo plerūqꝫ oboritur: quia taciturnitate sublata prophetare simul uniuersi contendunt: sed pacis est deus que hauddubie passim in ipsis sanctorum ecclesiis & conuentu hoc est fideliuꝫ diuersatur: extant nanqꝫ & gentilium & iudeorum ecclesie: pudeat itaqꝫ uestre uos insolentie: qui preter ceterarum ecclesiarum consuetudinem uos ipsi gesseritis. ¶ Mulieres uestre in ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui: s subditas esse sicut et lex dicit:) rite omnibus rebus que cum ad linguas tum ad prophetas ipsos spectarent dispositis & his plane coercitis: nec cateruatim uaticinentur: unde confusio quedam & incōstantia subsequatur necesse sit: nūc & obturbationem que posset ex muliebri dicacitate afferri: reprimit demum tollitqꝫ inquiens: sileant ille in ecclesia uelim: deinceps quod maius ē infert: & subditas esse oportet & uiris morigeras: eiusmodi nanqꝫ subiectio taciturnitatem quandam pretendit cum timore coniunctam: qualis solet & seruis inesse: legem autem genesis librum appellat: in quo scriptum est: ad uirum sit conuersio tua: & ipse dominabitur tibi. Si hec itaqꝫ uiro ut subsit iniungitur: longe magis & spiritalibus ecclesie preceptoribus subiciatur & pareat necesse est.

¶ Siquid autem uolunt discere domi uiros suos interrogent.) Si loquendi facultas mulieri adimitur: quo pacto poterit edoceri quod nesciat? dicit itaqꝫ domi uelim hec instruatur a uiris: Id enim & feminis decori est: & uiros reddit attentiores: ut qui ea que in ecclesiis audiendo perceperint debeant rogantibus feminis renuntiare. Aduerte autem quemadmodum in ecclesia uel de necessariis rebus & anime conducentibus nulla sit mulieribus loquendi concessa facultas. ¶ Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia.) Cum in ecclesia confabulationem eiusmodi & spiritalem ornamento femine ducant: occurrit paulus asserens ad ignominiam potius eis eam rem cedere: neqꝫ id eas decere.

¶ An a nobis uerbum dei processit: aut in uos solos peruenit.) Perinde ac cōtradicentibus sibi nonnullis respondet: cur enim mihi obsistitis: neqꝫ bonā existimatis hanc mulierum in ecclesiis conticentiam? num uos preceptores estis? num a uobis profluxit in ceteros predicatio? uel in uobis solum stabilita est fides? neqꝫ necesse est per uos ea admitti que ab aliis fuerint excepta: non enim uos omnium primi estis fideles nec soli: oportet igitur & uos his acquiescere: que mundo sunt uisa: & ceteris comprobata.

¶ Si quis uidet̃ propheta esse aut spiritalis: cognoscat que scribo uobis quia domini sunt mandata.) Quod sane cunctis est fortius postremum hic posuit deum uidelꝫ p̱ me demandasse que factu sunt necessaria: & ei malle id innotescere: qui apud uos uel propheta appareat esse uel spiritalis: uel qui spiritale aliquod sit donū adept9 id est scientie. ¶ Si quis autem ignorat ignoret:) subinde inquiat: ipse quidē officio functus sum meo: dixi nāqꝫ quod erat dicendum pareat mō qui uelit: cuiusmodi uerba hominem exprimunt qui nihil eius uoluntatem commendet sed communi utilitati prospiciat: consueuit autem dicendi hunc modum his in rebus seruare apostolus quib9 haudquaq̃ sibi foret enixi9

reluctandum quid enim necesse est paulo aliis aduersari: persuadereq; dei esse non sua: quecunq; iniunxerit: presertim cum habeat ad discipulos uerba: asseratq; spiritalem hominem eius dicta pro diuinis recogniturum. Est enim perspicuum ut spiritales esse appareant omnes qui diuina esse hec iussa non pauli dixerint.

¶ Itaq; fratres emulamini prophetare: & loqui linguis nolitę prohibere.) Cum de spiritalibus donis disseruisset: interposito de mulieribus mox & sermone: de spiritalibus gratiis mentionem nunc facit: & priores partes prophetę accenset: emulamini inquiens: secũdas uero linguis demandat: neq; enim intulit finite loqui: sed nolite prohibere: quod usurpare ipsi necessariis minus in rebus & superuacuis sic consueuimus: nolite hunc illum ue ut de rebus taꝫ friuolis & nullius momenti loquatur hortati.

¶ Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant in uobis.) Breui omnia corripit: tum que ad eos qui linguis loquuntur: tum quę ad feminas attinent tum demum & reliqua que apud eosdem nulla uel ratione uel ordine geruntur castigat: honeste autem hec & ordine suo gerentur. si mulieres conticeant & prophete sibi alternis concedant.

¶ Notum autem uobis facio fratres euangelium quod predicaui uobis.) De resurrectione dicere iam ipse agreditur. que nostre fidei caput est & principium nam si resurrectio ista tollatur: & illud tollitur christum ipsum resurrexisse: si non resurrexit: neq; incarnatum fuisse: quod absurdum est sequeretur. sic nanq; nostra omnis euertitur fides: que tantopere apud corinthios ipsos labaret: quippe qui cum exterioris huius essent & humane sapientie sectatores: queuis alia credenda potiusq̃ resurrectionem ipsam admiserint. qua de re paulus contendit plurimum. prudenter autem corinthios earum rerum cõmonefacit: que iam fuissent eorum fidei credita: nihil inquiens uobis uel noui uel peregrinum nũc predico: nisi quod uobis cognitum est. uobis autem euangelium notum facio: hoc est repeto: & ad memoriam redigo. fraterna autem illos appellatione & mitigat simul & recordatur unde id fraternitatis acceperint nomen: & quemadmodum uidelicet cum ex ipso christi in carnem aduentu: a quo ne desciscant periclitentur: tum a baptismo qui profecto christi est & sepulture & resurrectionis figura. euangelium uero cum inquit bona innumera pretendit & memorat quibus ob christi incarnationem: resurrectionemq; ipsi iam fruimur.

¶ Quod & accepistis.) Non enim quod audistis inquit: sed quod accepistis: quippe quod non solum uerbis: sed operibus & miraculis accepissent: quinetiaꝫ accepisse hos euangelium dicit: ut eis suadeat haud secus illud quod accepissent seruarent: ac si fidei eorum esset aliquid demandatum.

¶ In quo & statis per quod & saluamini.) Enimuero Corinthios: & si labantes: consistere tamen in Euangelio dicit: & uolens quidem dissimulat eorum inconstantie se esse ignarũ. anticipat autem eos ut etsi negare id admodum nelint: nequeant prorsus uerum quid lucri si in Euangelio steterint corinthus sat obuenturum si queras: comparatio nimirum salutis.

¶ Qua ratione predicauerim uobis.) Perinde inquiat de resurrectionis essentia nihil uobis significo quemadmodum uidelicet resurrectio fiat.

¶ Si tenetis nisi frustra credidistis.)

Hoc est ni incassum estis christianum nomē sortiti: christianitatis eniȝ uis omnis in resurrectionis dogmate ipso consistit ¶ Tradidi enim uobis inprimis quod & accepi.) Quia ceteris esset de resurrectione id dogma prestantius imprimis hoc ipsum tradidi uobis utpote quod totius sit fidei fundamentum. accepi autem & ego illud: a christo uidelicet: quemadmodum itaqꝫ ipse acceptum illud & credo & teneo: ita & uos tenere debetis & credere z eo acrius quia omnium primum id accepentis. nunc uero neqꝫ equitatem ipsam nec temporis rationem seruatis: quippe quibus in ambiguo est resurrectio. ¶ Quoniam christꝰ mortuus est pro peccatis nostris scđm scripturas.) Liquido christi uerba fuunt hec in paulo ipso loquentis: occurrerent nanqꝫ manichei: apostolum asserentes peccata mortem dixisse: & erratorum liberationem resurrectionem denominasse. apparet itaqꝫ hisce uerbis illos coargui. obiit sane christus mortem: at quam mortem: corporalem uidelicet: non eam que sit delicto obnoxia. quippe q peccatum non fecerit: q̄ si asserant uel hunc in peccatis obisse: quo pacto pro nostris erratis mortem hunc diceret subisse? si uero & ille peccator fuisset: quo modo pro nostris cōmissis morti se obiecisset? cum uero scđm scripturas īquit: corinthios plane uituperat & arguit uanitatis: siquidem ubiqꝫ corporalem hanc mortem christo sacre littere contestantur. foderunt enim inquit manus meas & pedes meos: & uidebunt in quem transfixerunt: & uulneratus est propter delicta nostra & a peccatis populi mei uenit in mortem.

¶ Et quia sepultus est.) Ergo & corpus hic habuit: & corpus utiqꝫ est quod sepulchro sic demandatur nec scđm scripturas adiecit: uel sepulchruȝ dixit cunctis patere. ¶ Et quia resurrexit tertia die scđm scripturas.) Dicet aliquis ubi nam id affirmant scripture: christum tertio die resurrexisse? ex Ione certe figura & ante id tempus: ex Isaac qui triduo saluteȝ sit assecutus nec demum occisus ita ut uiuens matri sit redditus. & ex figuris aliis id ipsum ueteribus patet innumeris: quin & ex Isaię uerbis cum inquit: dominus uult eum purgare a plaga ut ostendat illi lucem. & Dauid: non derelinques animam meam in infernū.

¶ Et quia uisus est cephe.) Ponit imprimis quod ceteris est dignius fide: tametsi euangelium asserat christum primo Marie apparuisse: sed ex uiris prius petro est uisus ut qui ceteros discipulos anteiret. oportuit enim ut qui fuerat prior christum confessus: prior spectaret & resurgentem Et quia eum negasset: neganti prius apparuit: ut ostenderet eum haudquaq̄ ab se fuisse reiectum.

¶ Et post hoc undecim.) Queret aliquis si perspicuum est in domini assumptione Matthiam in Iude locum fuisse suffectum: quo pacto dicitur christus duodecim uisendū se prebuisse? Respondi potest iure fieri id potuisse ut post assumptionē christus matthie sit uisus: cū & paulo ipsi post assūptionē uocato apparuit. eoqꝫ neqꝫ tēpꝰ aliqđ explicasse s̄ īfinite id posuisse: nōnulli aūt dicūt uel scripture eē id uitiū: uel qa p̄soꝰ essȝ hūc deꝰ: undecim eē annumerādū & illi apparuit ne ceteris dignitate uideret̄ īferior: cuiusmōi rē declarat iohānes sic īqēs

Thomas autem unus ex duodecim: dixerit preterea quispiam & longe melius
scdm eius prescientiam deum reliquis apostolis matthiam potius annumerasse
q̃ iudam post eius proditionem & laqueos. ¶ De Iude uisus est plusq̃ quingē-
tis fratribus simul.) Post scripture inditia: & testes inducit: cum apostolos: tū
sūme aucctis aĩos & ītegros uiros. plusq̃ aūt illud: quod grece significāt9 epa-
no dicit̃ id ē supra: nōnulli supne & celit9 īterpretant̃. plerīq supra: hoc ē ul-
tra quingentos intellexere. ¶ Ex quibus multi manent usq̃ adhuc: quidam
autem dormierunt.) Habeo inquit & testes nonnullos superstites: quosdā ue-
ro uita iam functos. cum autem dormierunt inquit initium resurrectionis pro-
posuit: est enim qui dormit: & uita excessit resurrecturus. ¶ Deinde uisus est
Iacob.) Qui frater domini assertus est & prim9 fuit Ierosolimroum episcopus
¶ De Iude apostolis omnibus.) Erant quidem & alii hos preter apostoli: ut
septuaginta illi. ¶ Nouissime autem omniū tanq̃ abortiuo uisus est & mihi.)
Humilitatem uerba hec preferunt qua utiq̃ prudenter hic utitur: quippe cum
magnum sit illud de se dicturus: maiorem q̃ ceteri laborem insumpsi: id cauet
maxime: ne uel ut insolenti & iactabundo fides forsitan abrogetur. ektroma
grece quod abortiuum latinus dixit interpres. embrion dicitur imperfectū qd̃
ex uulua eiicitur muliebri: & quoniam indignum se apostoli nomine asserit: &
reiiciendum arguit plane ut pro apostoli dignitate minus perfectum: nonnul-
li uero ultimum mulieris partum esse ektroma uoluere: perinde paulus aposto-
lorum fuerit postremus. cui nil quicq̃ decessit q ultimus dominū uiserit: quē-
admodum & Iacobus nihil quingentis illis habetur inferior quia post omnes
& dominum ipse spectauerit. ¶ Ego autem sum minimus apostolorum qui n̄
sum dignus uocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam dei.) Senten-
tiam in se tulit apostolus: quippe qui non modo duodenis se dicit inferiorē sed
& ceterorum omnium. Aduerte autem quemadmodum icirco de his faciat er-
rat s nunc mentionem: e quibus per baptismum sit postmodū liberatus: ut o-
tendat quantis se donis deus affecerit. queret aliquis cur se ipsum paulus resur-
rectionis dominice testem producit: deinceps & eius errata cōmemorat: nempe
ut fides ei maior adhibeatur haud enim parcet alienis cōmissis qui sua expro-
mit. ¶ Gratia autem dei sum id quod sum.) peccata quidem sibi ascribit: diui-
ne gratie: officia & uirtutes. ¶ Et gratia eius in me uacua non fuit: sed abun-
dantius illis omnibus laboraui.) Et hoc quidem summissius fatur: non enim
dixit pro diuine gratie dignitate me gessi: sed nihil īquit superuacanea dei in
me comperta est gratia. quippe qui habundantius & longe magis q̃ ceteri apo-
stoli euangelio insudauerim: neq̃ pluribus inquit sum periculis iactatus: sed re-
missius: ita laboris nomine proprias laudes intercidit. hec autē ideo intulit ut
fides sibi prestaretur scribenti: oportet nanq̃ qui alios instruit ut fidem hanc
sibi uel precipuam ab auditoribus uendicet.

¶ Non ego autem sed gratia dei mecum.) Quinetiam inquit uel labor hic me-
us omnis dei est mihi gratia iniunctus: nulla mea uirtute finitus.

¶ Siue enim ego siue illi sic predicamus & sic credidistis.)

Siue ego maiores labores predicando insūpserim: siue illi: quoad tamē euāgelii

predicationem hanc spectat: unum omnes sentimus: neq; eiusmodi aliquod in/
tulit: si fidem mihi minus prestatis: illis saltem hanc uelim adhibeatis. abiectio
rem enim se reddidisset: neq; testem se fidum satis testande ueritatis ostenderet
sed ipsum se asserit nulla humana ope predicationi huic satisfacere: & illos per
se satis sufficere. cũ uero inquit predicamus uera esse que dixerit patefacit: neq;
enim seorsum & in angulis loquimur: sed in propatulo: neq; nonnuq̃: sed in p̃
sentia: & sic me predicante & uos credidistis. nec sane nunc creditis dixit: quia
instabiles eraot & nutabundi. inter cetera illorum & fidem in ueritatis testimo
nium uocat: non enim inquit temere dictis perinde commentitiis & fallacibus
ulla fuissꝫ per uos prestita fides nisi uera esse duxissetis & certiora que per me
sunt predicata. ¶ Si autem christus predicatur ꝙ resurrexit a mortuis: quomo
do quidam dicunt in uobis quoniam resurrectio mortuorum oon est.) Optimo
utitur argumento: nam cum prius ostenderit christum resurrexisse: & hunc in
modum cum abs se tum ab apostolis ceteris predicatum ex christo sic resurgen
te & mortales omnes resurrecturos confirmat: tanq̃ caput ipsum: reliquũ cor/
pus subsecuturum. nec tamen corinthios uniuersos incusat: ne uideatur omnes
magis uituperare: sed quidam inquit in uobis id dicunt. ¶ Si autẽ resurrectio
mortuorum non est: neq; christus resurrexit.) Ne asserendi huiusmodi aliquid
his detur occasio: etsi christum dicimus resurrexisse: haud tamen futuram cre-
dimus & mortuorũ resurrectionẽ: hanc paulus sic inquiens asseuerat: si mortu/
os resurrecturos negamus & christum resurrexisse negemus necesse est: q̃ eniꝫ
de causa resurrexisset: nisi preuiũ se ille nobis ad resurgenduꝫ prestitisset & du
cẽ. ¶ Si autẽ christus oon resurrexit inanis est predicatio nostra: inanis est &
fides uestra.) Si enim morieos resurgere nequiuisset: neq; peccatum fuisset sub-
latũ: neq; mors ipsa deleta: & nostra demũ inanis fuisset & superuacanea predi
catio: & fides uestra inanior argueretũ. ¶ Inuenimur etiã & falsi testes dei quo
niã testimooiũ diximus aduersus deum ꝙ suscitauit christum quẽ non suscita/
uit si mortui non resurgunt.) Minus inquit religiosi nos deprehendemur: ut/
pote qui deum calumniantes: resurrexisse affirmemus qui non resurrexerit. id
enim eueniat necesse est: si mortui resurrecturi non sunt. quod quia ut ita futu/
rum sit, est plane absurdius: nec illud credendum: non aliquando mortuos re/
surrecturos. ¶ Nã si mortui non resurgunt neq; christus resurrexit: ꝙ si chri
stus non resurrexit uana est fides uestra.) Hisdem rursum nititur rationibus.
propterea inquit hic resurrexit ut cunctis mortalibus resurrectionẽ pararet: ꝙ
si nulla mortuorum futura sit resurrectio ergo nec resurrexit christus. id uero
si concedatur & fidem uestrã ioanem esse dicamus necesse est: qđ est omnino ab
surdum. ¶ Adhuc estis in peccatis uestris.) Si enim christus non resurrexit er
go nec mortẽ subiuit: si minꝰ ẽ ille mortẽ ꝑpessus: neq; peccata dissoluit: mors
quippe illius peccatorum est resolotio: inquit enim ecce agnus dei ecce q tol/
lit peccata mundi: agnum uero eum appellat qui fuerit occisus & nostri gratia
ĩmolatus: ꝙ si haudquaq̃ est xp̃i morte delictum sublatũ: estis sane delicto ob/
noxii, ĩ eoq; ꝑmanetis: cur ẽ existimatis fuisse uos crimine hoc liberati. ¶ ẽ &
q dormierũt ĩ xp̃o pierũt.) hoc ẽ q ob xp̃m sũt morte affecti. adeptiq; & mar
tirii palmã depditi forẽt: ni & resurrectõis spes esset. omnes preterea in christi

fide dorminentes qui uitam uixere·arctiorem:periisse uidentur:cuȝ mundi hu/
ius priuantur uoluptatibus:neq̧ ullis in posterum bonis fruent̃:si tollit̃ resur/
rectio· ¶ Si in hac uita tantum in christo sperantes sumus: miserabiliores su/
mus omnibus hominibus.)Si adusq̧ hanc uitam:spes omnis nostra prouebit̃
in eaq̧ & sola uersamur:neq̧ hanc preter:nil ultra cupimus:nos qui in christo
speramus:hoc est:quorũ est in christo spes sita:neq̧ aliam ullaȝ operimur in ce
lo uitam:miseriis haud dubie & calamitatibus ceteros homines anteimus:q̧p/
pe:qui neq̧ presentibus fruimur ut diximus supra:& futuris carebimus: quia
ut inter uos quidam existimant:resurrecturi non sumus.dicet aliquis:solam ani
mam usum esse bonorũ celestiũ habiturã:uerum quid illud? neq̧ enim hec sola
laborem suscepit sed corpus etiaȝ bonis actibus insudauit:quo ergo pacto par
illud uideri debet:ut corpus quod maiores labores subierit nil prorsus futurũ
abscedit: & premiorum sit expers: sola anima coronetur. ¶ Nunc autem
christus resurrexit a mortuis primitie dormientium effectus est.) Cum osten/
disset quot absurda ex resurrectionis diffidentia orirent̃:resumpta oratione sic
inquit:contingent sane que diximus si nulla futura est cõmunis omnib9 resur
rectio·quod nec secus haberi debet:q̃ si christus ipse non resurrexerit:nunc au
tem constat haud dubie christũ resurrexisse:ergo & uniuersi a mortuis excita/
buntur:neq̧ tanta absurditas subsequetur·ex mortuis uero frequenter usurpat
ut ora obstruat manicheis:qui aliter sentiunt·q̧ si primitie hoc est preuius ille
& dux dormientium resurrexit uel mortui omnes suscitabuntur:habet enim &
qui precesserit se subsequentes:tum uel maxime cum e multis unus rei cuiq̃ ini
tium dederit:que sit per ceteros exequenda· ¶ Quoniaȝ quidem per hominem
mors & per hominem resurrectio mortuorum· Et sicut in Adam omnes mori
untur:ita & in christo omnes uiuificabuntur.)Causam infert qua eius dicta cõ
firmet·erat enim necesse ut natura ipsa que plane succubuit:uictrix euaderet:
& ille uictorie palmam referret:qui fuerit prostratus·nam ut in adaȝ hoc est in
ade delicto:omnes sunt morti obnoxii:sic & in christo resurrecturi sunt omnes
quia sine peccato sit unus ille inuentus nec morti obnoxius & uolens paulopost
resurrecturus obierit·fieri enim non poterat:ut uite dux ille corruptioni subii/
ceretur·que omnia manicheos conuincunt & refutant qui mortuos negant re/
surrecturos· ¶ Vnusquisq̧ autẽ in suo ordine.)Et si intelligis omnes esse ui/
uificandos nequaq̃ uel peccatores ipsos saluos fore existimes;quo ad resurrecti/
onẽ autẽ spectat;uitã quidẽ sunt omnes habituri:suo tamen quisq̧ ordine per/
manebit:& uti fuerint emeriti singuli· ¶ Primitie christus deinde ii qui sunt
christi qui in aduentum eius crediderunt:deinde finis·)Principiũ & uia resur/
rectionis factus ẽ xp̃us:post hũc q christi sunt hec ẽ fideles: & q in eo ꝓbati
sũt ꝑores resurgẽt:eodẽ celit9 descẽdẽte:hoc enĩ pretẽdit cũ in eius aduentu i/
gt:oportet nãq̧ & aliqđ habeãt priuilegiũ iusti uł resurgẽdo:nã ut in aera ob
uiã xp̃o ꝓcedãt sũt rapiẽdi:ita & ꝑmi a mortuis excitant̃: q̃admodũ contra &
peccatores in terra & locis iferiorib9 hisce iudicẽ ut dãnati operiunt̃·mox & fi/
nis resurgẽdi oĩbus fiet:utpote cũctis una suscitatis: neq̧ ut impñtia cũ solus
surrexerit christus:& suo loco permanent res humane:sic tunc pari erunt con-
ditione:sed finem omnia assequentur.

¶ Cum tradiderit regnum deo & patri.) Duo ſunt apud ſacras litteras regno
rum genera: alterum utiq; fit ex coniunctione quadam & ſanguinis neceſſitu-
dine. alterm ex ipſa rerum creatione imperat enim deus & gentilibus & iudeis
& horum demonibus uel inuitis iure creationis: quippe quia eos condiderit. i-
perat autem fidelibus ipſis & ſanctis ultro ſeſe illi ſubicientibus coniunctionis
de cauſa. de hoc uero imperii genere ſic diſſerit dauid. Poſtula a me & dabo ti
bi gentes. & alibi Ieſus: data eſt mihi omnis poteſtas: eiuſmodi itaq; regnum
& patri tradit: hoc eſt complet & perfectius reddit. exempli gratia. Imperator
quiſpiam filio bellum aduerſus remotiſſimas nationes procurandū demandat
ſubactis itaq; gentibus illis: & bello finito: dici tunc quidem filius poteſt: bel-
lum patri tradidiſſe: hoc eſt: demandatum ſibi a patre negocium abſoluiſſe: di-
cit itaq; paulus tunc omnia finem eſſe iam nacta: & terminata cum ea ſue ditio
ni ſubiecerit filius: chriſtus nanq; in nobis tunc perfecte imperium eſt habitu-
rus: cum non amplius inter nos diſſidebimus: nec deo partim: partim demonu-
bus paruerim9: quo fit ut patri chriſtus: haud ſecus q̄ a tyranno quopiam ar-
reptum imperium: expeditum & liberum tradat. ¶ Cum euacuauerit omnē pri
cipatum & poteſteatem & uirtutem.) Hoc eſt quando deuicerit & ceſſare fece-
rit: prauas omnes hic poteſtates: quę ut in preſenti pluriſariam operantur &
iugi ſunt actione: ſic demum tunc ceſſabunt & conquieſcent. ¶ Oportet autē
illum regnare: donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius: nouiſſime autē
inimica deſtruetur mors.) Quoniā deum dixerat quę ab ſe deſciuiſſent poteſta
tes inanes: & uacuas redditurū: prefixurumq; trophea in uictorie ſignū: merito
quis dicere ſubdubius & heſitans poſſet: nullo eum pacto futurum infirmiorē
ſed neceſſatio regnaturum: hoc eſt regis adinſtar & prepotentis: factitare hūc
oīa oportere: q̄uſq; & hoſtes ſubegerit: & mortē demū ipſam ſubiciat pedibus
Perſpicuum preterea eſt: uti uel eius opera: mortem ſit ſub iugum miſſurus:
At quo pacto mortis huiuſce ſeruitus apparebit: & hanc ipſam conſtabit fuiſ-
ſe ſubactam niſi euomat que olim exceperat corpora: tunc enim hanc proprie
deuictam dicemus fuiſſe: cum eius exuuie diripientur: haud quaq̄ igitᵉ ubi au-
ditu forte perceperis: omnem hunc eſſe chriſtum: mortis dominatum & poteſ-
tatem denicq; ſublaturum uerendum erit: perinde extenuatus ille: & rei huiuſ-
cemōi ipotēs: ut id perficeꝛ nequeat quippe qui cunctis impetitando omnia ex
equetur: & bellum ipſum pertractabit: quouſq; inimicos omnes ſubiiciat: uideſ
quēadmodum: donec: particula hęc: non ut futurū tollat poſita ſit: ſed ea quę
explicata eſt cauſa. Perſtat enim eius inquit imperium: neq; lenteſcit: aut debili
tatur. donec omnia compleat: rebus uero omnibus abſolutis: longe magis nul-
lus erit illi imperii finis: Baſilius autem chriſtum regnare oportere ita inter-
pretatur: perinde ſubiectionem operetur: ut nos eius ſub ditione conſtituat: ea
lege: ut cū illi ſubiiciemur: paruerimuſq;: deſignat eiuſmodi in nos imperium
exercere: hoc eſt: ſtudium eius omne nobis imperitandi: & actio conquieſcet:
quemadmodum enim faber murarius tandiu conſtruit domum q̄ diu ad eius
faſtigium prouectus ab opere faciendo deſiſtat: ſic filius ipſe imperitat: hoc eſt
ſuum in nobis exercet hic dominatum: quouſq; ſibi ſubiiciamur.

¶ Omnia enim subiecit sub pedibus eius: cum autem dicat omnia subiecta sunt ei: sine dubio preter eum: qui subiecit ei omnia.) Quoniam dixit de filio quod hostes esset inanes & uacuos redditurus: prefixurusq; & trophea: & ueritus est: ne aliud quoddam inducere principium: & ingenitus esse filius putaretur. Iccirco oia ad patrem refert inquiens. eum filio subiecisse inimicos Cumq; ad gentiles homines scriberet qui Iouem crederent Saturnum patrem olim insectatum: eundemq; imperio priuasse: cauens ne tale aliquid de filio dei suspicarentur: perinde ac patri insurrexisset: sic inquit: omnia filio preter eum subiecit: hoc est preter se patrem: quippe qui reliqua filio potius subiecisset.

¶ Cum autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia.) Ne quis diceret: & si minus filio subiectus est pater: haudquaq̃ impedit: quin illo sit potentior filius. Quam questionem imprimis Paulus substulit inquiens: filium se patri subiecturum: Sic summam filii cuz patre concordiã patefacit. Quocirca intelligas unum patrem cãm esse & originem eiusmodi potentie filio: neq; filium aliam quandam esse potentiam patri obsistentem & obuiam: quod si ultra modum humili fit & abiectiori dictione usus: nihil mirens. Consueuit enim Paulus cum aliquid est radicitus auulsurus: rem magis ac magis augeret: exempli gratia: cum ostensurus esset fidelem mulierem nullam ex eo iacturam perpeti posse: si uiro infideli copularetur: sic dixit: uir infidelis per mulierem zč. Nil tamen exprimens: quod sanctior efficiatur: sed uerbi quadam excellentia arguens: nihil prors9 fideli femine nocerI ex eiusmodi uiri copula potuisse: nec secus hoc loco: ac dictum est subiectionis hoc nomine auellit penitus & eradicat prauam quamuis suspitionem: quam inducere quispiam audiret: uidelicet quod patre sit potentior filius: utpote qui res tantas moliri & perficere ualeat: Nyses uero Gregorius ille: sic sentit: filium scilicet nostra omnia pro suis habere: subiectionem insuper nostram propriam ducere: homines uero dissensionibus niti aduersus deum: quandoquidem hunc negant infideles: & fidelium pleriq;: quia uitiis dediti haudquaq̃ illi obtemperent: Cum autem infideles eius notionem habebunt: quem impresentia diffitentur: nosq; fideles uite huius uitia cum uirtutibus commutabimus: tunc filius subesse dicetur: quippe qui humanam indutus personam nostra omnia pro suis duxerit.

¶ Vt sit deus omnia in omnib9:) hoc est ut omnia a patre dependant: neqs forte duos liberos principatus diuulsos & discissos ab inuicem suspicetur: Siquidem inimici filii pedibus prostrati subiaceant: filius uero nihil a patre dissideat: quinpotius ut filium decet deo subiectus sit patri: sic deus omnino & pater erit omnia in omnibus: nonnulli autem ex his uolunt: sequitie significari interitum q; deo omnia subsint. Cum enim prorsus peccatum fuerit sublatum: perspicuum est: deum esse in omnibus omnia: quinetiam cum haudquaq̃ ultra in istiusmodi uite irritamentis & uitiis ipsis uersabimur: oil penitus deum in his offendentes: sed dei omnes speciem aliquam preferemus: eundemq; colenduz unice suscepermus: tunc deus ipse nobis omnia suppeditabit: quippe cui & cibus nobis & potus & amictus insuper & cogitatio; & mot9 deniq; futur9 est.

¶ Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis: si omnino mortui non resurgunt: ut quid & baptizantur pro illis.) Mos est Marchionistis hereticis cum aliquis apud eos sine baptismo decesserit: eius qui uita iam functus esset feretro: uiuum aliquem submittere hominem proinde feretrum ipsi adeuntes a mortuo suscitantur: utrum ei libeat baptizari; moxq; qui latitat uiuus: de loco inferiore respondens: se uelle inquit: asserentemq; demortui loco babtizabant: Hi itaq; praue huius consuetudinis insimulati: apostolum dictitant eam rem inuxisse: producuntq; dementes illi & uesani id dictum quod haudquaq̃ ita se hʒ ut ipsi affirmãt: si q erãt baptitismũ accepturi integre pronũtiabant fide symbalum: moxq; & illud credo mortuos resurrecturos: inquit itaq; paulus qui futuram credunt mortuorum corporum resurrectionem: sub specie eiusmodi sunt baptizati; quidnam sint; cum eis christus sit occursurus; acturi? qd preterea resurrectionis gratia prorsus homines baptisantur? hoc est pro resurrectionis expectatione si mortui non resurgunt.

¶ Vt quid & nos periclitamur omni hora.) Si ad resurrectionis argumentuʒ haudquaq̃ id omne admittitis. quod plane profitentur baptismo abluti: uoceʒ saltem excipite: que ipsa re comprobatur. Hos nanq; apostoli uniuersi periculis agitamur assiduis. Cur ergo eiusmodi discrimina subiremus: aut cuiusmodi menti alterius gratia: si nulla certior esset futura humanorum cadauerum resurrectio? Quid si ob inanem gloriam & iactantie causam malit quis se periculis offerre: semel id: aut amplius bis: ille optauerit: uerum singulis momentis uelle periclitari: summo iuditio est nos de resurrectione esse iam certiores.

¶ Quottidie morior propter uestram gloriam fratres: quã habeo in christo Iesu domino nostro.) Cum inquit: ut quit periclitamur: discriminum exp̃sit magnitudinem: uel potius assiduas mortes: uerum quo pacto diebus singulis mortem obibat apostolus: quid ni? animi promptitudine: & quia esset ad mortem subeundam semper paratior: taliaq; pateretur: que mortem afferrent: propter uestram gloriam; hoc est uestri profectus gratia: quo ipse glorior: cedit nanq; discipulorum in meliora progressus ad gloriam preceptori: Qua re postmodum deo commissa sic inquit: quam habeo in christo Iesu. cuius uidelicet id omne est opus: non meum: perinde dicat: quemadmodũ uobis proficientibus laudem mihi & gloriam uendico: sic remissior ipse efficior: & animo consternatus: cum calamitose adeo uobiscum agatur, ut rationi iam diffidatis.

¶ Si secundum hominem ad bestias pugnaui ephesi: quid mihi prodest.) quãtum inquit ad homines: ephesi concessi: bellum mihi hauddubie cum bestiis fuit: Quid enim si deus me periculis exemit: quid inquam mihi ex eo potuit utilitatis obuenisse: si nulla esset futura resurrectio? illud aduersus beluas certamen appellat: quod cum iudeis & Demetrio argirocopo inierat ephesi: quid enim hii a bestiis ipsis distabant. Si mortui ut isti affirmant: haudquaq̃ resurgunt. ¶ Manducemus & bibamus: cras enim moriemur.) Si nulla est futura mortuorum resurectio: consequens est: ut in eo seculo nulla sit bonoruʒ fruitio: fruamur interea presentis seculi bonis edendo & perpotando: id enim dũtaxat nobis erit lucri; hoc autem dictum ab Ysaya desumptuʒ est: uulgo illoꝝ.

dementiam increpante :qui nullam asserunt resurrectionem.

¶ Nolite seduci: corrumpunt mores bonos colloquia mala.) Ad castigationē diuertit sermonem: sensimq; hos & leuitatis incusat & dementie: hoc enim pretendit: cum nolite errare inquit: bonos autem mores q facile circumueniunt: appellat: arguit preterea corinthios ad resurrectionem hanc diffitendam ab aliis fuisse deceptos.

¶ Euigilate iusti: & nolite peccare: ignorantiā enim dei quidā habent.) Haud secus ac temulentus uigilantiam corintheis iniūgit apostolus: iuste autem per indeac utiliter interpretatur. Possunt enim homines: & inquit ueluti super prauo aliquo facinore & abstinere ut grece habet & uigilare: & nolite peccare subiungit: nam ex huiusmodi peccandi licentia uestra hęc de resurrectione oritur incredulitas: quippe qui malorum sibi sunt conscii. nullam esse existimant tormentorum formidine resurrectionem: dei autem ignoratione tenentur: qui nullam resurrectioni adhibent fidem: non enim norunt dei potentiam: neq; habetis dixit: Sed habent: tam prauum imminuens facinus: cum in alios illud reiiciat. ¶ Ad reuerentiam uobis loquor.) Cum satis iam eos carpsisset: sic iniquiens consolatur: isthuismodi uobis loquutus sum: non ut infensus & hostis incesserem contumeliis: sed pudore afficerem: grecę enim uerecundiam habet & eius rei ob gratiam: ut correctos uos tandem & castigatos: & uerecundia quadam affectos: ad ueritatis notiorem traducerem.

¶ Sed dicet aliquis: quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore uenient) Haudquaq̄ ipsi id affirmatis: Sed alius quispiam inquit dicit: quod eo facit: ut sine aliqua animi passione sua hęc uideatur deprompta oratio: perinde alius minus resurrectura corpora existimantibus rem ipsam disquirat: Duo igitur quedam in dubitationem ueniunt: modus scilicet resurgendi quo pacto corpus in cineres semel collapsum & resolutum subleuetur: & quo corpore: hoc ne anilo quopiam: Vtraq; autem hęc cocci exemplo dissoluet.

¶ Insipiens tu quod seminas non uiuificatur: nisi prius moriatur.) Ex re notiore & ab his continue gesta obiecta dissoluit: eoq; & insipientes appellat: utpote qui rem adeo notam ignorent. Tu inquit qui seminas: hoc est tu qui corruptibilis es: id agis: quid ergo ambigis: idipsum & deo licere: non enim uiuificatur inquit nisi & moriatur: uerbis usus: nihil semini propinquioribus aut accomodis: sed corporibus ipsis: neq; enim intulit haudquaq̄ scilicet germinat nisi & resoluatur: Sed minime uiuificabitur inquit: nisi & moriatur. Aduerte autem quemadmodum ad id quod contra facere uidetur: sermonem conuertat Corinthiis nanq; illud ut mortui resurgamus: uidebatur absurdius: Paulus uero contrarium asserens ait: eo nos suscitari quia & morimur: perinde ac non aliter liceat in uitam reduci: nisi mors ipsa precesserit.

¶ Et quid seminas non corpus quod futurum est seminas: sed nudum granū ut puta tritici: aut ceterorum cuiuspiam.) Cum duo dixerit: subdubitari posse quemadmodum scilicet mortui excitentur: & quo sint corpore resurrecturi: resurgendi modum iam soluit: quia per mortem is fiat: & in tritici morem: nunc

autem explicans :quo utpote reſurrecturi ſunt mortui :& reliquuz aperit:quo
de ambigebatur :inquitqꝫ:corpus quod illud iddem ſuſcitatur : hoc eſt quod
eiuſdem ſubſtantie ſit :Splendidius tamen & comptius redditur: hęretici ue,
ro non iddem illud quod fuerat dictitant ſuſcitari :Id enim inquiunt preten,
dit apoſtolus:cum dicit non corpus quod futurum eſt ſeminas:cum ille haud
quaq̃ ſic ſentiat :Sed id hauddubie exprimit :non ſeminas ipſe quale futurum
eſt:fulgentius ſcilicet & ornatius:Sed nudum & in tritici grani potius ſimili,
tudinem :e quo ſpica ipſa pulchrior ita enaſcitur : ut nequaq̃ iddem ſint ſpica
& granum :neqꝫ enim in ſpice formam illud eſt ſatum :culmo uidelicet & ariſt
is obductum ;ſed nudum;neqꝫ pro eo aliud quippiam proſeminatum: Quip,
pe non ex frugum aliarum cocco:Sed ex nudo illo frumenti grano ſpicam ip,
ſam prodiſſe conſtat.

❡Deus autem dat illi corpus ſicut uult .)Si deus inquit daturus eſt corpus
quid ipſe tam curioſe inquiris;quali ſumus corpore reſurrecturi:& reſurrectio
ni diffidis:cum dei potentiam audis & uoluntatem ;deus quidem reſolutum
ſuſcitat corpus preſtantius tamen pulchritudine :& ſpiritu redditum: quod
plane poteſt uel in ſeminibus ipſis comprehendi: ſiquidem mandato terre ſe,
mine:formoſius lõge ſurgit:quod pullulat ex eo & procreatur.

❡Et unicuiqꝫ ſeminum proprium corpus.)Id prorſus hereticorum obſtru,
it ora aſſerentium: non iddem hoc corpus:ſed aliud quoddam eſſe in reſurre,
ctione deniqꝫ ſuſcitandum :ecce iam audis proprium eſſe cuiqꝫ corpus conceſ,
ſum.❡Non omnis caro ;eadem caro:ſed alia hominum:alia pecorum:alia uo
lucrum:alia autem piſtium.)Ne forte cum intellexeris granum pari modo om
ne & paſſim concreſcere :ſic etiam in reſurrectione exiſtimes: honori ſimiles
fore omnes :& dignitate oſtendere nititur:uel reſurgentium fore diſcrimen ;
quod preueniens patefecit :cum dixit: unuſquiſqꝫ in ſuo ordine : adiecit prete,
rea;non omnis caro eadem eſt caro: hoc eſt nequaq̃ omnes pari honore reſur,
gent : Sed tantum iuſtorum differunt corpora ab impiorum corporibus :
quantum a terrenis hiſce celeſtia : erit preterea & inter iuſtos ipſos haudpa-
riuum graduum diſcrimen : quemadmodum in ſubſequentibus dicturus eſt :
quinetiam uel inter improbos ipſos diſtabit plurimum inquit enim quemad-
modum caro humana a pecorum & reliquorum brutorum eſt longe diuerſa:
Sic erit peccantibus & damnatis : uel in ipſis ſuppliciis magna diuerſitas
que autem dicta impreſentia ſunt:peccatorum dumtaxat exprimunt differenti
am;Eſt nanqꝫ de iuſtis pauloppoſt dicturus: cum de celeſtibus ipſis faciet cor
poribus mentionem .

❡Et corpora celeſtia:& corpora terreſtria: ſed alia quidem celeſtium gloria:
alia autem terreſtrium.)Hoc loco quemadmodum diximus:differentiam ex-
primit:qua iuſti & reprobi inter ſe differunt: iuſtos quidem celeſtia corpora
nuncupans:reprobos uero terreſtria:& alia quidem eſt iuſtorum gloria:peccan
tium alia:quorum haud tamen dicenda eſt gloria:neqꝫ enim hec illis concedi,
tur:ſed glorie loco uita quedam intelligenda :hoc eſt aliter longe cum pecca,

toribus actum iri. ¶ Alia claritas solis: alia claritas lune: & alia claritas stel/ larum: Stella enim a stella differt in claritate.) Quemadmodum pauloante noxiorum & deliquentium corporum explicauit differentiam ab ipsis homi/ nibus initium sumens: deinceps pecorum & piscium meminit: quod peccato- res ipsi a principio homines conditi: mox in irrationabilium animantiuȝ sint similitudinem delati: sic et iustorum exponit discrimen: omnes inquiens in claritate sunt: sed alius quidam est solis splendor: & alius lune: Nam & stelle inter se differūt fulgore & claritate. Est enim astrorum gloria lux ipsa & splē/ dor: nonnulli uero cęlestia corpora pro ipsis angelis accepere: nec recte arbi/ tror quod inde liquet: cum solem alibi & lunam & stellas inducit. Quo fit ut de iustis potius haberi sermo hic uideatur.

¶ Sic & resurrectio mortuorum.) Sic ut mortuoruȝ uaria est resurrectio: quē/ admodum superioribus exemplis explicatum iam est.

¶ Seminatur in corruptione: surget in incorruptione.) Superios cum de semi/ nibus diceret: uerbis est usus corpori proximioribus: sicuti non uiuificatur in quit: nisi & moriat̃: nunc de corporibus differens: ꝟbis utit̃ seminibus proxi mis: Seminatur inquiens in corruptione: Semen autem nūc non illud dicit: quod uulne: sed quod terre demandari uidetur: quandoquidem & ipsa cadaue ra sepulchro condootur: perinde inquiat: deponuntur in terram demortua cor pora in corruptione: hoc est ut corrūpaotur: Bene autem surgit dixit: non oas citur: ne terre id opus esse existimes.

¶ Seminatur in ignobilitate; surget in gloria.) Quid enim mortuo homine ē ignobilius: surgitur tamen in incorruptionis gloria: tametsi haud pari honore fruātur omnes. ¶ Seminatur in infirmitate: surget in uirtute.) Nihil ualet uel ad quintū diem caro demortua: corruptioni resistere: resurgit tamen in corup tionis potentia: quandoquidem comprehendi corruptione nulla hec possit: taȝ etsi peccatoribus maiori supplitio futura sit incorruptio.

¶ Seminator corpus animale: surget corpus spiritale.) Aoimale corpus ab a/ nimali potentia regitur: in quod & anima ipsa imperium habet: & gubernatio nem: Spiritale autem: quod spiritus sancti opera abunde otitur: ab eodemq; & gubernatur: qui spiritus in nobis & si impresentia operatur: noo tamen adeo: neq; tam assidue: quippe qui delinquentibus nobis abscedit statim: & auolat: eodemq; presente: anima corpus ipsum moderatur & regit: tunc autem cum re surgemus perpetuo idem iustorum corporibus aderit spiritus: uel simpliciter spiritale dixit: quia incurruptum: perinde tenue magis ac leuius: & quale in ae/ rem deferri possit: non tamen eiusmodi quale asserit origenes: aereum scilicet & ethereum: uel ex aeris ipsius uel etheris substantia compactum: quod si cor porum resurgentium incorruptioni diffidis: respice cęlestia illa que interea ne q; senescunt: neq; labore ullo conficiūtur: Itaq; qui creauit nostra hec corpora que facile corrumpuotur: incorruptibilia reddit.

¶ Est corpus animale.) Quod nunc gerimus in presenti hac uita.

¶ Est & corpus spiritale.) Quod sumus in futurum habituri: idẽ; illud ex istens quod est in presenti: animale uero hoc est incorruptibile.

¶ Sicut scriptum est factus est primus homo adam in animam uiuentem: no
uissimus adam in spiritum uiuificantem.) At qui hoc primum traditum li-
teris fuisse constat: postremum uero illud nequaq̃: sed ex rerum ipsarum conse-
quentia & euentu dignoscitur: scriptum tamen uel id dicit fuisse quemadmo-
dum & propheta de ierusalē dixit: uocabitur iusticie ciuitas: cum tamen haud
quaq̃ id explicasset: & euangelium dominum Emanuel nuncupat cum ipse mi
nime sic diceretur: sed res ipse uocem hanc indiderunt & nomē. Primus itaq̃
Adā hō erat in aīam uiuentē effectus: hoc est corpus hēbat animę uirib9 gu-
bernatū: nouissimus uo qui xp̄s est: in spiritum uiuificantē nō.n. uiuētē dixit:
sed uiuificātē: id exprimens qḋ & prestanti9 erat & longe mai9 domin9 nanq̃
substantialiter habebat spiritum sanctum sibi unitum quo & propriam carnē
uiuificabat & nobis per eum est incorruptionē largitus: quo fit ut uite huius
corruptibilis pignora: in priori adam cepimus: future uero in christo.
¶ Sed non prius quod spiritale est: sed quod animale: deinde quod spiritale.)
Nequis forte querat: cur ergo corpore hoc animali: quod deterius est: nunc ip-
se potimur: spiritali uero sumus qḋ sati9 est potituri: Rn̄det: utriusq̃ princi-
pia sic fuisse disposita: Adam primo: postremo christum: ita fit ut in melius p-
nebantur res nostre: quinetiam persuasum habeas uelim uel ea que nunc inte
insunt coruptibilia hęc & peiora: in id quod incorruptum est & prestantius
commutatum iri. ¶ Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cęlo
cęlestis.) Ne optimum negligant uiuendi modum futurum est: ut de uita eos
commonefaciat que deo sit placita: inquit itaq̃ Adam fuisse ex terra progeni-
tum & idcirco esse hoc nomen sortitum: Adam enim significat terrū & e pul
uere plane effictum: Secundus uero homo: dominus scilicet e celo erat: quorū
alterum a deteriore denominat: alterum illum & secundum a potioribus nun-
cupat: neq̃ propterea q̃ homo siue ipsa humanitatis assumpti/o e cęlo esset:
quemadmodum demens ille Appollinarius delirabat. Sed q̃ una sit uni9 chri
sti persona: & homo de cęlo esse propter unitatem dicitur: & deus fuisse ean-
dem ob causam crucifixus asseritur. ¶ Qualis terrenus: tales & terreni.) Hoc
est pariter & perditum eunt: & interibunt: uel quia peccati mortē obituri sūt
ii qui terrenis rebus inheserint. ¶ Qualis cęlestis: tales & celestes.) Hoc est:
sic immortales sunt permansuri & claritate fulgentes. Nametsi secundus Adā
mortuus est: mortem tamen ut ipse dissolueret: mortem subiuit: uel aliter: ipsi
scilicet diuinam uitam degentes: perinde ac sapientes celestia glorificabuntur.
¶ Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portabim9 & imaginē cęlestis.)
Hoc loco enodatius retegit orationis in commonefaciendo figuram: imaginē
autem terreni praua ipsa facinora dicit: cęlestis autem imaginem optimas actio
nes: quemadmodum igitur in nequitia uiximus tanq̃ terreni filii & terrestria
sapientes. Sic rursus in uirtute uicturi sumus: utpote qui celestis imaginē imi-
tando seruabimus: imago quidem terreni: ut illud: quia cinis es: & in cinerem
reuerteris: Imago autem celestis: mortuorum est resurrectio: & incorruptibili-
tas ipsa: ita ut tanq̃ de resurrectione: non de modo uiuendi dicta hęc fuisse in-
telligendum sit & illud: portabimus imaginem celestis: non consulentis esse

dictum intelliges:sed rei future inditiuȝ:hoc est:ꝙ celestem fumus imaginem
portaturi.¶ Hoc autem dico fratres:quia caro & sanguis regnuȝ dei posside
re non possunt:) Postq̄ imaginē terreni expressit:perinde eandem interpretan
do sic inquit.Qm̄ caro & sanguis ꝙ imaginē preferunt terreni:hoc est carnales
actiones:& corporis crassitudini conformes:que haudquaq̄ poterunt celestis
regni consequi hereditatem.¶ Neqꝫ corruptio in corruptelā possidebit.) hoc
est nequitia animi ingenuitatem corrumpens:nequit gloriam illaȝ possidere &
bona incorruptibilia:poteris & hęc omnia non ad uite instructionem r̄ferre:s̄
uti de resurrectione edisserant capere:uidelicet caro & sanguis:id est qđ mini
me ex carne & sanguine hoc corpus concretum in futuro seculo celesti impe-
rio potiatur:quo in seculo:nec potus erit:nec cibatus: quibus ōnino tale cor-
pus nutritur:neqꝫ corruptio:hoc est corruptibile corpus incorruptibilia uēdi-
cabit:necesse est itaqꝫ ut spiritale nostrum hoc corpus corruptionis sit expers
futurum:tametsi Basilius hęc ab apostolo dicat eo fuisse prolata:ut corinthios
ad recte uiuendum cohortaret̄.¶ Ecce mysterium uobis dico.) Ad acceptuȝ
de resurrectione sermonem iam redit:polliceturqꝫ se illis horribile quiddam &
archanuȝ denuntiaturum:sic illos quemadmodū plurimi faciat:aperit:qm̄ ea q̄
recondita sint:neqꝫ liceat sibi effari: dicturus sit.¶ Omnes quidem resurge-
mus:sed non omnes immutabimur:omnes quidem non moriemur omnes aūt
immutabimur.sic grece.) Nō omnes inquit sunt morituri:uerum omnes im
mutabuntur:uel ii qui non moriuntur hoc est qui ad incorruptionem transfe-
runtur:nequaq̄ igitur cum moriendum sit uereri debes: qm̄ resurrecturus sis
aliqñ:ecce iam tibi predico plerosqꝫ mortem esse non obituros:haud tamen id
illis ad eam resurrectionem sat ualet:nisi & immutent̄:& sic ex hac corporum
mortalitate ad immortalitatē ꝑtranseant .Vt itaqꝫ illis cum mortis immunes
sint nihil ex eo capiunt utilitatis:sic nobis mors ipsa effecerit:illis uero mors
est immutatio:morit̄ nanqꝫ in eis corruptio:in incorruptibilitatem deniqꝫ cō-
mutata.¶ In momento in ictu oculi:in nouissima tuba.) hoc est:momētaneo
tempore:& breui admodum:& quāto distringi supercilium possit :res eius-
modi fient.Neqꝫ solū miruȝ illud uideri debet:quod tabida iam & putrefacta
resurrectura cadauera sint:quodqꝫ in singuli propriuȝ sint recepturi & corpus
Sed quia tanta sit hoc celeritate fututum :ut nequeat explicari: nōnulli autem
in nouissima tuba ita intellexerunt:perinde illud ab apocalipsi iohannis euan-
geliste desumptum sit:E septem nanqꝫ tubis inquit:priores quidem homib9
finē denuntiant:nō eni omnes una interibūt:sed diuerso quisqꝫ tp̄e nature ne
cessitati concedet:& hoc quidem fiet diuina dispositione ut priorum qui sunt
perdendi exemplo:qui reliqui erunt:malefactorum peniteat:nouissima autem
tuba & momēto q̄li & oculi ictu:hos & resurger̄ facit & īmutari.¶ Canet.n.
tuba & mortui resurgēt incorrupti.) Ne q̄spiā talia fieri posse in oculi ictu dif
fidat:certiora esse que dicit ex dei potētia arguit:qui eiusmodi faciat: inquitqꝫ
tuba canet & hęc utiqꝫ fient:cuius dicti ꝑsimile illud est:ipse dixit:& facta sūt
ꝑ tubā aūt que nulla ꝑfecto in futuro iuditio erit:dei nutū & imperiū patefa-
cit:quia ad omnes sit ꝑuēturus.¶ Et nos īmutabimur.) Handquaq̄ de se ipso
id asserit paulus:sed de his qui tūc superstites erūt:& in humanis agent:

¶ Oportet·n·corruptibile hoc induere incorruptõẓ:& mortale hoc ĩdueř im/
mortalitatẽ·)ne forte audiẽs qſpiã qa caro & ſanguis regnũ dei ñ hřditabunt:
& rurſũ qa ĩcorrupti reſurgẽt mortui:exiſtĩet corpa ipa ꝓptera mi9 reſurrectu
ra qm̃ nũc:ex carne & ſãguine cõpoſita ſint: ſic ĩfert reſurgẽt qdẽ corpa hęc ñ
tñ qſanguĩe ſint & carne cõcreta: ſʒ ĩ corruptõẓ hauddubie cõmutata. Nõ aũt
hęc dcã ĩ eos ꝓferri:q aſſerãt corpa ñ eadẽ illa eẽ reſurrectura:q̃ i hac uita fuere
ſʒ alia q̃dã:iqt·n·apl̃s corruptibile hoc & mortale hoc ñ aliud qppiã:ſʒ hoc dũ
taxat corpus deſignat:q̃ ſit ut corp9 qdẽ idipm̃ maneat:id·n·ẽ qð ĩduiť:mor
litas aũt & corruptio tolliť:ĩmortalitate & ĩcorruptõe ſupante:differt aũt cor
ruptio a mortalitate:ſiqdẽ ĩ aĩata dũtaxat cadit mortalitas: corruptio ṽo uel
ĩ ea q̃ aĩa carẽt:nob itaqꝫ ĩſũt ĩnulla:q̃ i aĩatꝭ ſi lia ſũt:utpote capilli & ungues
q & ĩmortalitatẽ cũ reliq̃ corpe ĩduẽt:ncẽe ẽ· ¶ Cũ aũt mortale hoc ĩduerit ĩ
mortalitatẽ:tũc fiet ſmo q ſcript9 ẽ:abſorpta ẽ mors ĩ uictoria·)qm̃ que ṗter
corithioꝝ eẽnt opinionẽ explicauit apl̃s:ſcripture teſtĩonio hęc demũ cõfirmat
ĩ uictoria aũt hoc ẽ ĩ fine uidelʒ:ut deuicta mors penit9 diſpdať:neqꝫ ei ĩpoſt
eꝝ ſpes ulla ſit reliq̃· ¶ vbi ẽ mors uictoria tua? ubi ẽ mors ſtimul9 tu9·)piñ
reꝝ ipaꝝ fine ꝓſpecto :efferť ſpũ:& uictorie carnẽ decãtat:exultãſqꝫ ꝓclamat
haudſecus ac morte ipa ꝓſtrata:hãc ipaʒ ṗmit & calcat:cõpies aũt aliqð eſſe
inferni & mortis diſcrimẽ:uidelʒ qꝫ aĩas ĩfernus cõtineat:mors ṽo corpa:nam
ĩmortales ſũt aĩe· ¶ Stimul9 aũt mortis peccatũ ẽ·)peccatũ·n·morte erat uali
dius q̃ mors ipa ꝓ ſtimulo utebať:nã ut ſcorpi9 minutũ ſit aĩal:ĩ caude ſtimu
lo uĩ hẽat oẽm:ſic & mors p delictum poterat pſ̃imũ:tãetſi eius uiribꝫ mĩme
utereť:põt & ṗterea aliqd de Ieſu ſignificari:ĩ q̃ cũ nullũ ĩueniſſet peccatũ:in
eũ moliri nil potuit:· ¶ Virt9 uero peccati lex·)Lex nãqꝫ cũ nulla cõſtaret:ex
iuſtitia delinquẽtes nequaq̃ grauiter dãnabam9:at poſtq̃ lex ipſa delictũ mon
ſtrauit:& qd cauẽdũ eſſet cõſtituit:cõdẽnauit nos acri9:ut q ſciẽter deliqmus
& peccato uires adiecit·& fortius reddidit ñ ꝓ ei9 nã:ſʒ ꝓ nr̃a ignauia:q mi9
recte utam̃ cõceſſa medela:quẽadmodũ ĩ epſ̃a ad romanos diffuſius & multis
iã eſt explicatũ:nil igr̃ ãbigas ꝺ reſurrectõe o hõ:cũ uideas peccatũ eẽ ſublatũ
qð cũ mors ipſa ꝓ armis habuerit:& lex ipa iã ceſſet:que fuerit eius ex fine:
peccati robur:pſpicuũ itaqꝫ ẽ:hãc mortẽ:qa armis ſit ſpoliata:nil ãpli9 hr̃e iã
uirĩũ· ¶ Deo aũt gr̃as q dedit nobis uictoriã p dñm nr̃m ieſũ xpm̃·)dñi ieſu
certamẽ ẽhoc ille geſſit:nobis uero collata uictoria ẽ :nulla bñficioꝝ nr̃oꝝ ui/
ciſſitudĩe:ſʒ p dei pr̃is gr̃am atqꝫ clemẽtiã:q nos p filii intẽſiſſimãopam ſupe
riores effecit· ¶ Itaqꝫ fr̃es mei dilecti ſtabiles eſtote:& ĩmobiles abũdãtes in
oĩ ope dñi ſemp·)Cũ cõptũ apud uos ſit eſſe oĩno reſurrectionẽ futurã futu/
rãqꝫ & bonoꝝ ṗuoꝝqꝫ retributõẓ:ſtabiles uoſipſos ṗſtate: Erãt·n·corinthii
de reſurrectiõe ſubdubii:& nutabũdi:cũqꝫ & uite melioris eſſet apð eos negle
ctus:utpote q ſe minus reſurrecturos ſperarẽt:abũdãtes inqt ĩ dei ope eſtote
hoc ẽ ñ ſolũ que dei ſũt opamini:qn etiã abũde hęc uelĩ exerceatis:op9 autem
dñi:hoc ẽ qð ſit dño gratũ:qðqꝫ a uobis dñs exigat:uirtutẽ uidelʒ· ¶ Scien/
tes qð labor nr̃ nõ eſt inanis ĩ dño·)hoc ẽ ſperãtes reſurrectionẽ futurã:& qð
cũqꝫ fuerit p uos laboris ĩpẽſũ:haudq̃q̃ uobis iacture erit:olĩ nãqꝫ a uobiſ uir
tus ipſa negligebať:qa reſurrecturos uos minime credebatis:eoqꝫ neqꝫ in ua/

cuum laborem insumere libebat: nunc uero pro certo habetis: uros labores ne-
quaq̃ fore inanes: in domino aũt eo intulit: uel quia tunc in domino laboram9
cum superne & celitus opem excipimus: quod obuenire ex deo gratis operibus
solet: uel quia haud frustra per eum erit domini gratia quiuis labor impensus
qui & ab eodem sit premia recepturus. ¶ De collectis autem que fiunt in san
ctos: sicut ordinaui ecclesiis galatię: ita & uos facite.) Absoluto ꝺ dogmatib9
ipsis sermone: ad uirtutum fastigium elemosinam uenit: leuiorem initio statiꝫ
hanc ipsam rem faciens. leue enim singulis uidebatur: quod erat a multis col-
latum: mox illos ad imitationem alioꝝ ut conferrent inducit: alieni offitii nar
ratione: infert nanq; quemadmodum & galatę fecerunt: neq; commonefeci dix
it: sed ordinaui: quod sane maioris est potestatis: ut intelligas uel regium dece
re impium elemosinam impartiri: nec quoq̃ pacto fore hanc negligendam.
¶ Per unã sabbati unusq̃sq; ueñm apud se reponat: recondens q̃ꝺ ei bene placu
erit.) per unam sabbati: dominicum diem intelligit. hoc est primam sabbati: uł
primum ebdomode diem: cuius diei commemoratione ad elemosinas erogãdas
hortatur: quin & diei eiusdem recordatur mysterium: prudenter autem iniun-
git: unumquemq; q̃ꝺlibet recondere: hoc est quodcunq; destinauerit deus ser-
uare: & quod factu facile sit cuiq; conferenti neq; enim dixit statim conferte:
ne quem forte cuius tenues essent tunc facultates: pusillum quidpiam tribue-
re puduisset: sed recondat inquit apud se ipsum: quisq; & cumulet: auctumq;
deinceps & cumulatum deferat. ¶ Ne cum uenero: tunc collecte fiant.) Ne
forte inquit cum dispensandi est tempus tunc colligatis: Cum autem uenero
dicit promptiores ad colligenduꝫ hos reddit: quod postea dispensetur: utpote
in eius conspectu huiusmodi sit futura collatio. ¶ Cum autem presens fuero:
quos probaueritis per epistolas hos mittam perferre gratiam uestram in hie-
rusalem.) Recte illud quos ipsi probaueritis intulit: ubiq; aliorum offensionem
declinans: ne illis forte suspitio oboriretur: cupere pauluꝫ: collectas pecunias e
gentibus impartiendas: sibi non aliis uendicare: iccirco quos ipsi idoneos iudi-
caueritis inquit: hos ego per litteras destinabo: subinde dicat & ipse his adero
& meatum litterarum ratione particeps: & meriti dispensando: gratiam autem
rem ipsam appellauit: hoc est liberalitatem & munificentiam: ut arguat eos rẽ
grandẽ factitare: non animo iniquo: uel ulla coactos necessitate: hęc quippe di
ci gracia debet: que ultro afferet: gratiam preterea id beneficii appellauit: qa
indignũ uideretur elemosinam dicere que esset in sanctos postea eroganda.
¶ Quod si dignum fuerit: ut ego eam: mecum ibunt.) Si tanta inquit fuerit
collecte pecunie magnitudo. ut me dispensatore indigeat: uel ipse ac lubens itu
rus sum Quibus dictis ad munificentiam hortatur corinthios: quinetiam
cum testes illos habere uelit: quemadmodũm nihil sit ipse ex collatione hu-
iusmodi accepturus: mecum infert commigraturi sunt.
¶ Veniam autem ad uos: cum Macedoniam pertransiero: Nam macedoniaꝫ
pertransibo: Apud uos autem forsitan manebo: uel etiam hyemabo: ut uos
me deducatis: quocunq; iero: Nolo enim uos modo in transitu uidere: Spero
enim me aliquantulum temporis apud uos fore: si dominus permisert.)

Haudquaq̃ dixit me in Macedoniam conferam: ne obiectarent corinthii: macedonas sibi prelatum iri: sed pertranseo inquit macedoniam: hoc est citatim & preteriens illos uisurus sum. Apud uos uero commoraturus: unde ostendit quemadmodum corinthios uti propinquiores discipulos & digniores macedonibus anteponat: erat enim corinthi fidelium maior conuentus: territat preterea delinquentes: cum mansurum se apud eos affirmat. Adiecit preterea forsitan illud ob dubium rei euentum: erat enim nescius: utrum id sibi spiritus sancti permissu facere liceret nec ne: cuius arbitrio ducebatur. Ephesi enim cum esset concessurus inde in Macedoniam erat eamq; celerrime preteriturus: aduturusq; mox & corinthios: Multis itaq; argumentis eius in corinthios aperit beniuolentiam: tum quia nequaq̃ eos uellet transeundo reuisere: tu3 quia se ab eisdem deduci percupiat. ¶ Permanebo autem ephesi usq; ad penthecosten.) Vel id quidem maximum est amantis inditium: cu3 et quo sit loco & q̃diu mã surus significet: & profectionis causam patefaciat: cum ita infert. ¶ Ostiũ eni3 mihi apertum est magnum & euidens: & aduersarii multi.) Hoc est: complures sunt ad xp̃i fidẽ hanc concessuri: ad quos mihi liberior mihi patet accessus: utpote quorum feruentior ad fidem sit animus: tunc enim angitur magis preceptor: & quasi ab docendo reprimitur: cum minime habet attentos discipulos: Spatioso uero & amplo in loco tunc eius mens diuagatur: cum auditores sit nactus, emulatione mutua excitos: quammultos autem sibi dixit aduersarios imminere: qa cum diabolus se iam sentiat potestate pristina spoliatum: acriori formidine percitus, alios concitat ut aduersentur. ¶ Si autem uenerit Timotheus uidete ut sine timore sit apud uos.) Quoniam par erat ut timotheus suo interuentu offenderet qui deliquissent obiurgaretq; eorum facinora: certiores hos reddit: & commonefacit: ne timotheo insurgant: qui apud se sapientes haberentur & diuites: neq; eo quod futurum esset: ut pre timore ille succumberet: sed quia corinthus ex eo obuentura esset calamitas: Timotheus siquidẽ admodum erat ad pericula subeunda paratus & promptus: recte autem apud uos dixit: perinde inquiat; nequaq̃ id a gentibus ullis exigere3: sed a uobis deposco: ut tutior ille apud uos maneat. ¶ Opus enim domini operatur: sicut & ego. Nequis ergo illum spernat.) hoc est haudsecus atq; ipse predicaturus est ille: & alios instructurus ad fidem: quod sane magnam cedit Timotheo in laudem: cum itaq; istiusmodi sit: nemo hunc paruiduxerit uelim: erat nanq; is non grandis natu: sed iunior & solus ad eam rem tam arduam destinatus: quippe cui elati & superbientis populi fuerat cura permissa: unde nec poterat mirũ uideri: si ab his paruifieret.

¶ Deducite autem illum in pace ut ueniat ad me: expecto enim illum cũ fratribus.) quinpotius inquit; honore hunc prosequamini: quod certe cum deducite inquit pretenditur. in pace autem hoc est in tuto & sine ulla formidine: altercatione quauis & cõtentione sublata: & obediẽtia prestita: expecto autem illu3 ad territandos hos dixit: perinde ac cuncta: quemadmodum gesta sint: in eius aduentu sibi sit thimotheus renuntiatur9: eoq; nil illi molestos se prebeant cõmonefacit: Simul etiã ut reuerentia eum efficiat digniorem: utpote: quia adeo sibi sit necessarius ut eum duxerit expectandum.

¶ De Appollo autem fratre uobis notum facio: quoniam multum rogaui eum ut ueniret ad uos cum fratribus: & utiqꝫ non fuit uoluntas eius: ut nūc ueniret.) Erat Apollo Timotheo ętate prouectior: & uir satis facundus: ne itaqꝫ quererentur corinthii: non hunc potius ad se fuisse transmissum: sed eum qui iunior esset: sic inquit: multum rogaui eum: & cohortatus sum ad uos se conferret: neqꝫ hunc dicit sibi iam obstitisse: qn ut culpa liberꝫ reddat: utiqꝫ nō fuit uoluntas eius: subiecit: hoc est deo non libuit: & ne preterea excusationes has esse & commenta quedam affirment: hęc subdit.

¶ Veniet autem cum ei uacuum fuerit.) Et Appollo simul excusat: & corinthios hunc uisere cupientes: eiusdem spe: future presentie consolatur.

¶ Vigilate.) Rursuꝫ eos in epistole calce commonefacit: ostendens minus esse dumtaxat preceptoribus confidendum: quin & in seipsis spem fore habendaꝫ uigilate inquit: hoc est: ne seducamini: quod eo intulit: ut somnolentie illos & nuptie arguat. ¶ State in fide.) Hoc est non in exteriori uestra hac sapientia confidatis: in qua nemo gradu potest consistere firmiori: quinetiam State eo adiecit: ut illos ostēdat esse instabiles & in fide labentes.

¶ Viriliter agite: & confortamini.) Id quidem eorum gratia dixit; qui cū molliores essent & effeminati: insidiis aduersum hos niterentur.

¶ Omnia uestra in karitate fiant.) Hęc in eos intendit; qui factionibus & discidiis ecclesiam ipsam discerperent: siue inquiens instruit quispiam siue instruitur: siue obiurgat: in caritate hęc peragat: uelim. Ita fit ut neqꝫ inflatio nec tumor animi subsequatur media caritate: neqꝫ ulla oriatur dissensio.

¶ Obsecro autem uos fratres.) Videlicet ut uos istiusmodi prebeatis.

¶ Hostis domum Stefanę & fortunati quoniam sūt primitie Achaię.) Vos inqt rei huiusce estis non nescii; ita ut nequaq̄ ea instructione indigeatis: hos aūt Achaię appellat primitias: uel quia priores illi in ea regione crediderant: uel quia optimam ducerent uitam: debent nanqꝫ primitie de reliqua summa potiorem partem desumere: Achaiam uero gretiam uocat.

¶ Et in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos.) Vt fideles nidi licet egenos excipiant: eisdemqꝫ ut ministrent & opem ferant seipsos constituerunt non inuiti aut coacti: sed ultro id agunt.

¶ Vt & uos subditi sitis eiusmodi & omni cooperanti & laboranti.) Hoc est ut & uos cum ceteris una auxilio sitis fidelibus hisce: uel iuuando pecuniis: uel corporis necessaria summinastrando: neqꝫ simpliciter ferte his opem dixit: sed ut intentiorem quandam exprimeret obsequentiam subditi estore subintulit & ne Stefane dumtaxat illi gratificari appareat adiecit: & laboranti cuiqꝫ: At qui in re sin sanctorum nimirum ministerio: sunt enim istiusmodi omnes honore dignissimi: sic nanqꝫ & labores leuiter tulerint: cum se & sanctorum gratia suscepisse hos uideant: & alios habeant ad id muneris socios.

¶ Gaudeo autem impresentia Stefane & fortunati & Achaici: quoniam id quod uobis deerat ipsi suppleuerunt.) Hii quippe erant qui ad apostolum corinthiorum dissensiones & errata protulerant. Et quoniam non immerito forsan: eam ob causam Corinthii efferatius in hos se gerebant: commendat

eosdē inquiēs hi sane quod uobis deerat impleuerunt: hoc est uestri omnium loco ad nos commigrarunt: Per uosq; ad me tam longo itinere transmissi sunt

¶ Refecerunt enim meum spiritum: ac uestrum.) Ostendit quemadmodum sui animi recreatio ex illis prodierit: quos ad se transmisissent perinde inquiat: Me per hos recreato mea est uobis quies in lucrum futura: Nil itaq; uelim uel ingratum his: uel quod iniocundum sit inferatis.

¶ Cognoscite ergo que eiusmodi sunt.) Hoc est: in honore eos habetote.

¶ Salutant te omnes ecclesie Asię.) Connectit ut facere semper consueuit: per impartitam salutem Christi membra.

¶ Salutant uos in domino multum Aquila & Priscilla cum domestica sua ecclesia: apud quos & hospitor.) Apud hos nanq; morabatur apostolus: erāt enim ipse quem admodum illi: scenofactorie artis peritus. Attende autem horum uirtutem: qui ex propria domo ecclesiam: hoc est fidelium conuentum effecerint. ¶ Salutant uos omnes fratres: salutate inuicem in osculo sancto) In osculo sancto adiecit: propter uarias Corinthiorum dissensiones: commonefecerat enim eos plerunq;: ut unū sentirent omnes: osculo autem sancto dicit quod dolo careat: nec fictum sit.

¶ Salutatio mea manu pauli.) Salutem enim hanc propria manu conscripsit: ut ostendat: plurimi secum hanc epistolam facere: tum eos ad quos illum perscriberet. ¶ Siquis non amat dominum nostrum Christum sit anathema.) Hoc unico dicto omnes perterrefecit adulteros: scilicet subdolos: & qui idolotytis uescerentur: quiue resurrectioni diffiderent: & omnes deniq; qui preter eius doctrinam: & traditiones ducerent uitam: Hii nanq; uniuersi haudquaq̄ dominum colunt. ¶ Marantha.) Hoc est dominus uenit: quod eo intulit: ut & incarnationis mysterium confirmaret: assceretq;: per idipsum & resurrectionem: uel ut illos pudore afficiat: perinde dicat: cuncta dominus uestri causa tolerauit: uos uero illum odio habetis: quippe: qui partim nomina uobis ab hominibus consciueritis: partim prauis incumbitis facinoribus. Atqui eo hoc loco gręca haudquaq̄ usus est lingua: sed ebręa: uel syra potius: quia ad Corinthios sermonem haberet: qui exteriorem hanc & humanam saperent sapientiam: & gręcę linguę ornatum glorie ducerent: arguens eorum se lingua nil indigere: sed uulgata potius quadam: humili & abiecta potius gloriari: adeo ut uel barbara dictione sit usus.

¶ Gratia domini nostri iesu christi uobiscum.) Preceptoris officium est: non solum commonefacere: quin & bene precari confirmareq; auditores cum doctrina: tum & cęlestis comprecatione presidii: & quoniam ipse loci distantia aberat longius: perinde dextera ipsa corporis: salutādi gratia porrecta: animi manibus eos complectitur inquiens.

¶ Karitas mea uobiscum in christo iesu amen.) Hoc est: omnibus uobis p̄sto sū ipse: & adsū uel absens: neq; enī si loco uideor a uobis distare: animo pcul sū: his itaq; patefacit que ad eos scripsisset: & si acrimoniam quandam p̄ferrent: nequaquam ab odio uel ira prodire: Sed a caritate & curaquam de his gesserit. Et ne assentandi gratia intulisse hęc uideatur: in Christo Iesu subiecit.

hoc est: nihil mea hęc caritas in se uel humani habet uel carnis: Sed spiritalis est tota. Precemur itaq ut mutuo amore det-nti: in nobis ipsis mundane beniuolentie: que deo infensa est & odiosa nil preferamus. Sic enim iocundissimis dei dignabimur habitaculis in Chcristo Iesu: Qui nos tanto & prosecutus amore: Cui gloria in seculorum secula

.: AMEN :.

In secundam ad Chorinthios epistolam Athanasii prologus

Ecundam iccirco beatus Paulus ad Corinthios scribit epistolam: quia cum in priori ad eos se profecturum pollicitus esset: idq demum neglexerit: utpote quem spiritus sanct9 necessarius magis in rebus exercuisset: & alia pleraq que eum urgerent: exorta incubuissent: oportuit ut longioris sue profectionis tarditatem purgaret: cui9 purgande gratia hanc scripsit epistolam: excusans: & q id ratione sit factum commemorans: Simul etiam hi cum ex superiori epistola profecissent: & admittendi erant & laudandi: perinde quos & delinquentes iã obiurgasset & correctos deniq & in uiam redeuntes extollere laudibus oportebat: & ideo nihil eis ex huiusmodi epistola uel ad contemptum ingeritur uel contumeliam: nisi forte in calce perpauca: & ea quidem eorum gratia: qui ex iudeis fideles effecti adeo insolescerent: ut paulum haudsecus ac litterarum ignarum & nullius momenti mirum acriter incusarent.

(PAVLVS apostol9 Christi Iesu p uoluntatẽ dei & Timothe9 frater.) In priori epistola: cum ad corinthios Timotheum misisset: excepissetq item ex corintho ad se redeuntem: merito eum sibi coniungit: dederatq nanq ille

apud corinthios proprie uirtutis experimenta: Quocirca eundem clarum iam factum & plurimis non ignotum: Quippe qui corinthiis cum exortando: tu preceptoris mandatis ad eos perlatis: magnum i modum profuerat: socium sibi in epistola hac conscribenda consciuit. Aduerte autem quemadmodum: & filium hunc nonnunq̃ appellet cum inquit: tanquã patri mihi filius seruiuit: nonnunq̃ uero cooperatorem ut illud: opus enim operatur ut ego: nunc uero fratris nomine & ueneratione quadam dignatur.

¶ Ecclesia dei que est corinthi.) Rursum hos dei ecclesiam remissius nuncupat: qui enim ab ea fuerint auulsi: haudquaq̃ hoc ecclesie nomine dignãdi fuẽt

¶ Cum omnibus sanctis que sunt in uniuersa Achaia.) Ita hęc infert: perinde ac ad corinthios per epistolam hanc: reliquos grecos appellet: gentemq; eam uniuersam ad concordiam cogat: quinetiam quia communiter facile mouebantur: & medelam communem affert: Quod item facit cum ad Galathas scribit ut Ebręos: Sanctos autem cum dicit: arguit plane immundum aliquem & impurum nequaq̃ esse huiusmodi appellatione dignum.

¶ Gratia uobis & pax a deo patre nostro & domino iesu christo.) Consuetam uel impresentia prefationem facit: ut dictum alibi est: gratiamq; his comprecatur & pacem. ¶ Benedictus deus & pater domini nostri iesu christi.) Promiserat in priori epistola corinthios se profecturum: qua profectione dilata suspicabatur illos id egre ferre: tanq̃ alios sibi pretulerit: ut ad quos mallet potius q̃ ad se commigrare: uolens itaq; paulus excusare id more insuper & patefacere: sese molestiis plurimis: que sibi incubuissent: fuisse detentum ingenio se admodum sui purgationem pretendit. gratias inquiens ago deo qui me scilicet exemit periculis: & ita ut gratias agendo ostendat: magna quedam que se intercepissent: fuisse discrimina: quibus liberatus tandem gratias agat: pater domini nostri iesu christi: eo dicit: quia secundum humanitatem christi est deus: secundum uero diuinitatem est pater. ¶ Pater misericordiarum: & deus totius consolationis.) Hoc est qui tantopere nostri commiseretur: ut ab ipsis foribus mortis retraxerit: dignatusq; sit in afflictionibus cunctis & pressuris nos consolari: est autem sanctis consuetudo: ut cum beneficiis afficiuntur: deum ut nominent: & gratias agant: quemadmodum dauid cum uictoria esset bellando potitus sic inquit: diligam te domine fortitudo mea: & dominus defensor meus. Cum uero cogitationum nebula & mentis obtenebratione uel tristitia liberatur: dominus sit illuminatio mea proclamat: Sic itaq; nunc: & paulus misericordiarũ prẽm & consolationis deum: ex his que sibi met cõtigissent appellat. Attẽde aũt incredibilẽ pene hoĩs hũilitatẽ q cũ p̃dicando temptatione quauis & pressuris urgentitibus eximeretur: nequaq̃ pro suis se meritis esse affirmet: sed dei misericordia tot malis solutum.

¶ Qui nos consolatur in omni tribulatione nostra.) Handquaq̃ dixit qui nos premant angi permittit: sed cum urgemur & premimur: nos consolatur: Sinit nanq; nos ille urgeri: & diuexari q̃plurimis: ut p tolerãtiã asseq̃m̃ mercedem q̃s item & cõsolat̃ & fortiores reddit: cum succubuisse p̃spexerit: sempq; ĩ hoc cõsoladi offõ p̃seuerat: pp̃terea paul9 neq̃q̃ illõ qõ sel̃ nos cõsolat9 ẽ intulit

Sed qui consolatur adiecit: ut perpetuitatẽ consolationis ostendat. neq̧ in hac solum aut illa pressura: sed in omni tribulatione quecunq̧ sit illa. ¶ Vt possimus & ipsi consolari eos: qui in omni pressura sunt: per exhortationem qua exhortamur & ipsi a deo.) Non eo inquit quia & digni ipsi consolatione hac sumus solatur nos deus: sed ut ceteros pro huiusce consolationis exemplo quod in nos editum est: & reliquos qui urgeri uariis morbis solent consolari possimus. Vt uos itaq̧ quandoquidem & me conspicitis inquit eiuscemodi cõsolatione affectum nequaq̃ uelim animo concidatis: cum in angustiis fueritis: & p̃ssuris imersi: Quia ex re & apostoloꝝ utpote officiuz patefacit: q̧ ad alioꝝ subleuandos angores sint constituti: non ut commentitii solent & falsi apostoli: qui dantes delitiis operam & domi quiescentes: negligunt eos qui consolãdi forent & sulleuandi. ¶ Quoniam sicut abundant passiones christi in nobis ita & per christum abundat consolatio nostra.) Quo recides inquit o auditor passiones cum audis & cruciatus? quanto enim hi magis affluxerint malis: tãto abundãtior erit & consolatio: nec simpliciter passiones expressit: sed christi ut ex his & corinthios cõsoletur: christi quippe sunt huiusmodi passiones q̃s nos toleramus: quo fit ut in his ferendis christi simus effecti participes: debet ergo magnum in modum uel illud tibi consolationi esse: quod christi subieris passiones: quinpotius nec eas solum: sed longe his acriores Abundant enĩ inquit christi in nos passiones: hoc est: longe plura ipsi debemusq̃ christus per pessus sit pati. Ceterum sentiens quante illud sit magnitudinis quod protulisset: rursum dicta hec comprimit hoc pacto inquiens: ita & per ipsum abundat consolatio uestra. Idenim omne christo adscribit: neq̧ parem pressuris consolationem asserit fore: Sed longe abundantiorem.

¶ Siue aũt tribulam̃ ꝓ uestra exhortatõe & salute.) ꝓpterea inquit minus uobis moleste ferende sunt mee pressure: quia uos consolandi gratia: proq̧ uestra salute sic premimur: liceret nanq̧ & nobis reiecta euangelii predicatione uitaz in tuto ducere: nunc uero predicantes tut ex his bonis que ex eiusmodi proficiscuntur preconio omnino uobis pariamus salutem; in has pressuras incidimus: Ergo & si uestre salutis gratia hec mala perpetimur, nihil oportet malis affecti & uos perturbari. ¶ Siue consolamur pro uestra consolatione: siue exhortamur pro uestra exhortatione: que operatur tolerantiam earundem passionum: quas & nos patimur.) Paratur autem inquit hec salus; non solum uestra ex tolerantia; sed mea: hoc est: non modo mea est opera: sed uestra etiã parta hec salus: nam quemadmodum predicans ipse pressuris afficior. sic & uos qui meum excipitis de christo preconium: hisdem estis passionibus quib9 & ipse affecti: plurimum uero inesse corinthiis uirtutis testatur: quandoquidẽ uel uariis modis diuexati sese admitterent predicantem.

¶ Vt spes nostra firma sit pro uobis.) Hoc est: hauddubie ipsi confidimus nihil uos iri expressuris hisce incidentibus immutatum: neq̧ perturbationis quidpiam ex his perpessuros quibus nos affici conspicamini

¶ Siue cõsolamur ꝓ uestra consolatione & salute.) Cũ dixerit superius siue aũt ipsi tribulam̃: ne graue aliqd diceř & molestũ his uideat̃: sic infert: & nr̃e salutis gratia consolamur: hoc est nostra consolatio hec in nostri animi subleuationem

cedit. Nam si parumper & ipsi respirabimus: satis arbitror ad uos consolan-
dos id ualiturum: quippe qui mihi sitis eiusmodi consolatiōis participes.
¶ Scientes quoniam sicut socii passionum estis: sic eritis & consolationis.) quē
admodum enim cum ipsi nos afflictamur: haudquaq̄ me fugit id moleste uos
ferre augiq; haudsecus: atq; ipsi met pateremini: Sic sane compertum habeo:
nostram uos consolationem pro uestra ducere: uel aliter. Sicuti enim mecum
estis in hac uita mala perpessi: si in futura: bonis mecum una sempiternis affi-
ciemini. ¶ Non enim uolumus ignorare uos fratres de tribulatiōe nostra: quę
facta est in Asia: quoniam supra modum grauati sum9 supra uirtutem: ita ut
tederet nos etiam uiuere.) Cum confuse fecisset: de ingestis sibi molestiis mē-
tionem: nunc quales hee fuerint enuntiat: unde suum erga Corinthios patefa-
cit amorem. Est enim beniuolentie signum ad inuicem: que nobis obtigerint
denudare: Simul etiam excusationē de eius profectionis mora contexit: inquit
enim in asia fuisse: se grauiter diuexatum: Qua de re & in priori epistola sic di
xerat: porta mihi patuit magna: & aduersarii multi: quod etiam significare uide
tur hoc loco cum supra moduz inquit atq; supra uirtutem: tametsi aliter se ha
beat sensus: quod autem super his sentit apostolus tale est. Erat quidez supra
modum tribulatio: hoc est ingens hęc erat: cuius de magnitudine cum iam sa-
tis constaret: quippe quam constans uir aliquis & robustior & uiriliter ferret:
exigebatur: sic infert: non solum erat illa acerrima tribulatio: sed talis etiam ut
meas excederet uires: hoc est maxima & intolerabilis: & uehemens adeo: ut &
tederet nos uite: hoc est. ut nulla nobis esset de uita spes reliqua: nec nobis ui-
uendum decetero putaremus: cuiusmodi tribulationes & pressuras portas infe
ri Dauid appellat: & dolores qui mortem pariant: uel mortis umbram. ¶ Sed
ipsi in nobis met ipsis responsum mortis habuimus.) Iudicium scilicet senten-
tiam & damnationem: responsum uero dicit: quod res ipse uocem pene ędentes
reddiderant: perinde inquiat: eosq; mortis expectatio ista processit: & adeo est
animo meo iam obfirmata: ut eam hauddubie operiremur.
¶ Vt non simus fidentes in nobis: sed in deo.) Eo hęc inquit permissa sunt:
ut discamus nihil eē in nobis habēdū fiducie: sed deo dumtaxat apprime con-
fidendum: quod quidem haudquaq̄ paulus infert: ut ipsuz se instruat: quis. n.
id acrius q̄ ipse callebat: spem nobis omnem esse in deo sitam: ab eoq; omnia
nostra pendere sed ut alios hęc de se commemorando instituat: simul etiam
ut studeat humilitati. ¶ Qui suscitat mortuos: qui de tantis periculis nos eri
puit et eruit.) Rursum corinthios de resurrectionis ratione habenda commo-
nefacit: Qua de in superiori epistola tam multa disseruit: eam uel ex presenti-
bus rebus ꝯfirmans: eoq; & illud adiecit: qui ex tanta nos morte exemit: neq;
eniz discrimie dixit: sed morte: nā cū esset resurrectio ipsa futuꝝ aliqd & mīus
incertū: oñdit quēadmodū in dies singulos a mortuis excitari cōtingat: nā cuz
hoīem ab ipsis inferni forib9 retraxerit de9: nil aliud q̄ resurrectionē ipsā ꝑte-
dit: unde & usurpare in eiusmōi re id dictū solem9: a mortuis uidemus hūc il-
lū ue excitatū. ¶ In quē speramus: quoniam & adhuc eripiet.) hinc pernoscē
licet nostram hanc uitam assiduis uersari periculis oportere: deum uero cum
asserit futuꝝ temptationem liberatorum densissimas procellas denuntiat.

¶ Adiuuantibus & uobis in oratione pro nobis.) Quoniam illud minus uide
licet esse nobis metipsis confidendum: in cõmunem fortasse corinthiorum cede
re uidebat̃ calumniam: Cum eoꝝ nonnullos momordisset apostolus dictuꝫ id
& si acrius uisum est: mitigat: & illoꝝ animos lenit: cũ eoꝝ afferat preces: uel
maximo sibi adiumento futuras. licet preterea ex his ad humilitatẽ nos instrui
quãdoquidem & paulus dicat: corinthiorum se uotis & precibus indigere: nec
minus & orationis ipsius potest & uirtus perdisci: plurimũ nanq; hec ualet: si ri
te deceoterq; ab ecclesia ipsa promat̃: quid n'quam & paulus ipse sibi necessari
am fore existimarit. ¶ Vt ex multarum personis facierum eius que in nobis ẽ
donationis per multos gratię agantur pro nobis.) Eripuit nos inquit pericu-
lis deus: erepturusq; est: pro me uobis precantibus. ut quod in nobis est dona-
tionis: hoc est quę in me collata est gratia per multos; hoc est per uos qui plu-
rimi estis: pro me orantes: ex multarum personis facierũ gratię habeant̃: hoc ẽ
a uobis Nam salutem quę mihi uestris precibus iam parata est: uniersis uobis
largitus est deus; ut q̃multi sibi mei ob gratiã grates dicant: erit preterea uo-
bis insuescendũ non solum precari proinuicem: sed gratias agere. Aduerte aũt
queadmodum dei clementia saluum dixerit fuisse se redditũ: moxq; & horum
precibus acceptam salutem adscribat. Oportet nanq; post diuinã misericordiã
& ipsi ut salui simus: pro nostra uirili opis aliquid cõferamꝰ. Ex his itaq; pau-
lus: neq; officioꝝ summam corinthiis tribuit: ne superbiendi his causam prębeat
neq; prorsus ab hoc officii genere alienos efficit: ne pigriores reddat & torpi-
dos: liberabit enim inquit me deus uobis orando iuuantibus. hoc est conferen
tibus uobis pro uestris uiribus uota. ¶ Nam gloria nostra hec est: testimoni-
um conscientie nostre.) Vel hoc inquit: ad me consolandum occasionem attule
rit: conscientie scꝫ nr̃e testimonium: que nobis plane testificatur: nullis nos aut
prauis teneri: aut urgeri facinoribus: sed uirtute ipsa duntaxat niti: & salute
quam iam ipsi multis peperimus: prior itaq; consolatio ex deo est inquit: Hec
uero ex meę conscientie puritate: eoq; & gloriam appellat: plurimum pre se fe-
rens fiducie: ob eius conscientiam cuiusuis labis exortem. ¶ Quod in simpli-
citate cordis: & sinceritate dei.) Cuius inquit rei testimonio nobis est conscien
tia? & cur gloriamur? nempe quia in simplicitate cordis hoc est mente non im-
proba & sinceritate: id est animo puriori & quouis dolo uel fraude uacuo: qui
nihil habeat in se adumbratum: fictumue: & talis existat: ut deo & gratus sit &
acceptior: hęc autem apostolorum quorundam gratia intulit: qui fallaces essent
inter eos: & dolo pleni. ¶ Et non in sapientia carnali.) Hoc est: non in ęloquẽ
tię ui: & sophismatum perplexionibus: id oanq; carnalis prętendit sapientia: cu
ius gratia cum corinthii insolescerent: hanc ipse negat sapientiaꝫ esse: respuitq;
& longe propulsat. ¶ Sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo.) Hoc
est in ea: quę a deo nobis dono data est sapientia: uersati in mundo sumus: sig-
nis insuper & prodigiis: quę diuina gratia subministrabat. id nanq; nos maxi-
me consolatur: cum nobis ipsis conscii sumus. quicquid agimus: non humana
potentia: sed diuina id agere: neq; corinthii solum sed in orbe terrarum uniuer
so eadem hec factitare. ¶ Abundantius autem apud uos.) Cur illud? quia &

ſigna ędiderat: & gratis apud hos euangeliū predicaſſet. Aduerte autē quem/
admodum: quod ſua eſt uirtute effectum: gratię diuine accenſeat. ❡ Non enim
alia ſcribimus uobis: q̄ quę legiſtis & cognouiſtis.) Quoniam magna quedam
polliceri de ſe ac dicere uidebatur: ne quis obiceret: uerborum id pręferre iac/
tantiam ſic infert: ea ſcribimus ipſi ad uos que his in litteris uos ipſi perlegitiſ
& quorum ante hac notionem habuiſtis: nec illud quia nuper uobis hiſce ex lit
teris cognitus ſim: aduerſatur. ❡ Spero autem quod uſq͂ in finem cognoſcetis
ſicut & cognouiſtis nos ex parte.) Rem omnem deo permittit. Ait nanq͂ ſpe-
ro: hoc eſt: in deo ſpes omnis ſita eſt mea: nec dubito talem me uos cognituroſ
qualem & epiſtole pręferunt: & ſpondet mea anteacta hęc uita: ex parte autem
me cognouiſtis: hoc eſt in partem me experti iam eſtis: & feciſtis mei periculū
ſigna nonnulla beneuiuendi preferentis: quod ſane iquiens humilitatem expreſ/
ſit. ❡ Quia gloria ueſtra ſumus: ſicut & uos noſtra in die domini noſtri Ieſu
chriſti.) Quid enī uos ex ea eſtis cognitione adepti? nempe quia gloria ueſtra
ſum ego hoc eſt q̄ talis ſim ipſe: ut cauſam uobis prebuerim: de me gloriandi:
q̄ talem ſitis preceptorem ſortiti: qui nihil humanum edoceat: nihil quod uel
falſo agi: uel dolo queat: mox ne ſuperius uideatur aliquid de ſe iactitaſſe com/
munem facit hanc gloriam dicens: & uos gloria noſtra eritis: nam & tales me
fuiſſe diſcipulos nactum glorię duxerim: qui nihil ſint a priſtino ſtatu immuta
ti: neq͂ a falſis apoſtolis ſeduci ſe patiuntur. At quando dabitur nobis is glo/
riandi locus? Certe & ſi hoc tempore nobis gloriari liceret: pręcipue tamen in
domini ieſu die: hoc eſt iudicii tempore: Impreſentia nanq͂ permulti: ubi contu
melias: & ludibria que tolleramus aduerterint criminabuntur nos forſitan: &
calumnias ingerent: tunc uero uniuerſis patentibus uidebor & ipſe haud quaq̄
talis: qualem non ueri apoſtoli calumniantur. Quinetiam eſtis mihi ad gloriam
conceſſuri: quia uos inſtruendo ad fidem perduxi: & ſaluos feci. ❡ Et hac con
fidentia uolui prius uenire ad uos.) Qua confidentia? ea nempe qua cōſtat me
ipſum mihi nullius eſſe conſcium mali: neq͂ ullo mundane huius ſapientie cō/
mertio uti: ſed in dei dumtaxat gratia uerſari: quod equidem glorię uobis ac
laudi futurū eſſe confido: uſq͂ pręceteris hoīm omniū malim teſtes habere. Cu
ius teſtimonii habendi grā erat animus ad uos cōmigrare. ❡ Vt ſcđam gratiā
haberetis.) Hoc eſt duplicem iocunditatem: ex epiſtola alteram: alterā ex mea
preſenetia. ❡ Et per uos tranſirem in Macedoniam.) Quinetiam in ſuperiori
epiſtola illud prefatus eſt: ueniam ad uos cum Macedoniam pertranſiero: nūc
uero inquit: uolui prius ad uos uenire: uidetur ergo ſibiipſi contraria protuliſ/
ſe: quod tamē haud ita ſe habet: neq͂ enim ſcripſi per uos inquit: me in Mace/
donia conceſſurū: ſed uenire uolui itaq͂ & ſi haudquaq̄ hoc pacto ſcripſerim:
alioquin maturabā acceſſum: & animo inerat priuſq̄ macedoniā ipſam conſpice/
rem: uos ſtatim adire: & tantopere abſum a quauis negligētia: quin ad uos iter
accelerem: uel meis uos uelim pollicitationibꝰ fraudari: ut uel ꝓmiſſa hec mea
pręueniſſe maluerim. ❡ Et iterū a Macedonia uenientem ad uos: & a uobis
deduci in iudeā.) In ꝑore epl'a tpe nullo ꝑfinito: ut uos me deducatis quocū͂q͂
iturꝰ ſū dixit: ueritus ne ſi in Iudeā iturū ſe diceret: alio poſtmodū a ſpiritu

abire compulsus mendacii argueretur: Nunc autem omni spe dempta a corinthi/
os adeundi fidens inquit: uolebam per uos in iudeam deduci: deo tamen ne ad
uos me omnino conferã uisum: neq; ut a uobis in iudeam deducar. ¶ Cũ ergo
hoc uoluissem: num quid leuitate usus sũ? aut quę cogito scd͡m carnẽ cogito: ut
sit apud me: est: & non.) Apertius hoc loco sui accessus excusat tarditatem: in/
quitq; cum adire uos uellẽ: cuius rei gratia nõ adierim: num ut leuis: z fidei so
lutioris & fallacis: & animũ uarius & nutabundus id egerim? minime: quippe
quis scd͡m carnẽ cogito: hoc est pro humana mihi conditione uoluntas inest du
corq; propria quadã animi snĩa: ita ut qd̄ ipse apud me destinauerim: id exeq̃r.
siue peragendũ sit: siue minime: qd̄ tñ facere in p̃nti nõ licet: qa spiritu trahor
nec potestatẽ habeo abeundi quo uelim: sed quo ille iniunxerit. ita fit: ut persepe
qd̄ fuerim pollicitus: exequi nequeam: qa spiritui id minus appareat: nec siquid
abnuerim seruare id possũ: qa qd̄ ipse negauerim iniuncturus est spiritus. Ad/
uerte apl̄i sapientiã: quod eni erat obtrectatoribus ad insimulandũ occasionis
oblatum se scz ut erat pollicitus non uenisse: id ipsum in laudis sue partem con
stituit: uidelicet qd̄ nequaq̃ sui sit iuris: sed pro spiritus ferebat arbitrio: quocũ
q; illi sit uisum. dicet aliquis quid illud? Nonne quę paulus pollicebat̃ spiritus
suggestione spondebat? Num futuri erat ipse ignarus? ita sane: neq; enim cunc/
ta tenebat: quippe qui uel inutilia sibi precaret̃: cũ carnis stimulũ: peteret ab se
auferri. Et in actis legit̃ apl̄oꝝ: cũ aliquo decedere uellẽt: fuisse a spiritu ĩpedi
tos. qd̄ procul dubio deus in eorum ꝓfectũ faciebat: ne illis essent homines: ut
dis intenti: quod malum licbaones illi patiebant̃. ¶ Fidelis autẽ deus: qa ser/
mo noster qui fuit apud uos: non est in illo: est & non.) Soluit quę incũbeř ui/
detur obiectionem. Posset quispiã merito dicere: Si nulla tuis inest firmitas dic
tis: quandoq; de: aliquid te cũ facturũ affirmas: nihil postmodũ egisse depreben
deris: uereor ne sermo hic tuus & predicatio istiusmodi sint: uidelicet: est: & ñ
hoc est: nihil in se habeant firmitatis? Ad hęc itaq; respondens apl̄us inq̃t: erat
profecto mei iuris profectionem ad uos polliceri: eoq; me mea fefellit opinio:
predicatio uero: dei est opus: & ideo nec fieri potest: ut quępiam fallant diuina
mysteria: unde & subdit: fidelis deus: hoc est: uerdicus & neminẽ fallens. Cuz
itaq; talis sit deus: neq; eius sermo qui ad uos habitus est: & per nos prędica-
tus: uel infirmior uel instabilis erit: ita fit: ut plerunq; diluat quod affirmarit:
aut confirmet: quod ante diluerit. ¶ Dei enim filius Iesus christus qui uobis
per nos prędicatus est: per me & Siluanum & Timotheũ non fuit in illo est &
nõ: s̄ e: in illo fuit.) Explicat demũ: q̃le illud sit dictũ quod eiusmodi negandi
& asserẽdi subierit necessitatẽ: in filio inquiens dei quẽ ipsi apud uos p̃dicaui-
mus. nõ fuit: est & nõ: hoc est: nulla eius apud uos uarietate uulgatũ ẽ nomẽ:
sed est qdẽ in illo fuit: hoc ẽ: tenore uerboꝝ uno firmo ac stabili: hũc p̃dicaui-
mꝰ. adiecit p̃terea Siluanũ & Timotheũ: ut hoꝝ testimonio fides sibi non abro
get̃: & humilitatẽ edoceat: q̃nq̃dẽ eius discipulos p̃ceptores appellet. ¶ Quot/
quot eni ꝓmissiones dei sũt: ĩ illo ẽ: Ideo & p ipm̃ amẽ dico ad gloriã ur̃am.)
In p̃dicatõe ꝓmissiones plereq; sũt: quẽadmodũ mortuoꝝ resurrectio: adeptio
filioꝝ: & futuri deniq; spes seculi: & huiusmodi alia. Dicit igit̃ nõ solũ p̃dicatio
eodẽ semp statu ꝑdurat: firmaq; ꝓfert̃ ac stabilis: qn etiã & ꝓmissiones cõstat

in ea consistere: quippe que dei non hominum sint: Naȝ quecunqꝫ sunt a deo ꝓ
missa: est & amen: in se continent: hoc est: firmitatē pre se ferunt: neqꝫ enī in ul
lo hominū: sed in deo ipso finē sunt nacta diuina ꝓmissa. ita fit: ut istiusmodi
particule: e & amē: futura ꝯfirmēt: cedat ꝑterea deo ad gloriā: si qs ei9 ꝓmissa:
& si nulla re alia: eiusdē tn̄ ob laudē adimpleuerit. Per nos aūt hoc ē: ꝓ suis in
nos bn̄ficiis. nos nāqꝫ causā illi ꝑbemus: ut que pollicit9 sit: exeq̄r: si itaqꝫ dei
pollicitationes sunt certiores: longe magis qui de eo fit sermo firmior erit. pōt
& per nos illud in hanc sententiā capi: uidelicet ad dei gloriā: que illi nostri res
pectu deferẽ: quippe qui nostri gratia ex eius in nos beneficiis adeptus sit lau
dem. ¶ Qui autē confirmat nos uobiscū in christo: & qui unxit nos deus: & q
signauit nos: & dedit pignus spiritus in cordibus nr̄is.) Dixit superius: forẽ ut
deus ipse promissiones adimpleat. nunc uero id ipsum confirmat: sic inquiens.
Stabilitatē uobis & mihi: uestroqꝫ itē preceptori: consistendi que in ipso est: fi-
deꝫ deus ipse largitur: idemqꝫ nos & unxit & signauit: hoc est: ꝓphetas & sacer
dotes: & reges nos ille effecit. istiusmodi nanqꝫ est qcūqꝫ est baptismo perlutus
Prophetas quidē quia quod neqꝫ oculus intueri: ipsi perspicimus: audimusqꝫ:
qd̄ auris nunq̄ auditu percepit. Sacerdotes uero quia necesse est ut deo nos ip-
sos hostiam offeramus: uiuentem sanctā: & illi acceptā: Reges demū constituit
quia nos ille sibi in filios adsciuit: cuius in ditione sunt omnia futuriqꝫ & celes-
tis imperii fecit heredes. Atqꝫ ut in ueteri testamento: sacerdotes ipsi & reges
oleo ungebanẽ: sic & nos hoc tēpore spiritu oblinimur. eiusqꝫ & pignus: qd̄ de
us imisit: cordibus nostris excipimus. & quēadmodū id pignoris contulit: sic ꝛ
reliqua nobis est ꝓculdubio largiturus Pignus autē dicit hoc loco spiritus do
na: ex ꝑte nanqꝫ cognoscimus & ex ꝑte prophetamus: Tūc autēȝ erit perfecta
conciliatio cum christus in sua gloria manifestabiẽ. Haudquaq̄ itaqꝫ uelim ex-
istimetis nos esse quia talia uobis polliceamur: quippe qui forsan & falli possu
m9 nec preterea largimur ipsi stabilitatē: sed deus ipse hāc pollicetur: uoqꝫ itē
ac me ꝯfirmat: cui & cure est omnia adimplere: qui autē confirmat nos & alia
pleraqꝫ facit: subintellige is eius est promissiones adimpleturus. ¶ Ego autēȝ
testem deum inuoco in animam meam: quod parcens uobis non ueni ultra co-
rinthū.) Cū dixerit supius ꝓptea ad uos nō ueni: quia nullā haberē mei ipsius
facultatem: sed a spiritu ꝓhibebar: quo pacto nunc inquit non ultra Corin-
thum ueni: quia parcerem uobis: respondendū: uel quia a spiritu id ipsuȝ profi-
ciscebaẽ: qui sibi id suggessisset: Corinthioꝝ auaritiā causatus: uel quia & si a
principio spiritus prohiberet accessum: ipse postmodū satius id fore existimans
manendū potius q̄ abeundū statuerit. Aduerte autē q̄ prudenter id paulus di
cat: Nā cū in uulgus Corinthii iactitarent eo paulū ab huiusmodi profectōne
destitisse: quia sui odio teneretur: ipse contraria subdidit inquiens: eo nondum
sum ipse ad uos profectus: quia uobis parcam, hoc est ne uos castigem abstineo
quod quidē ea de causa intulit quia erant pleriqꝫ corinthi delinquentes: quos
erratorum minime peniteret: castigassetqꝫ haud dubie eos: si corinthum se con-
ferens emenditos nondum comperisset: quo fit: ut suam profectionē remoreẽ
apostol9: ut prius correctis illis & emendatis; aduenens ipse nullā his habeat

pęnas ingerendi occasionem. ¶ Non quia dominamur fidei uestrę: sed adiuto-
res sumus gaudii uestri.) Quoniam quod dixerat dominantis preferre potenti
am: & tanq̃ eius uim explicare qui in corinthios haberet imperiũ: parcit enim
qui potest penis afficere: mitigat sermonis asperitatem: inquit q̃ dixi equidem
ueniam me uobis daturum: non eo quod fidei uestre impitarem: quippe que uo
luntaria est. quis enim ad hanc inuitum quempiam cogit & nolentem? sed quia
uestram animi iocunditatem pro mea duxerim: nequaq̃ me ad uos contuli: ne
uos ad merorem compellerem: essemq̃ uestre mestitie particeps. Cuncta enim
ad uestram letitiã factito: proptereaq̃ & meũ aduentum distuli: ut ex meis diu-
taxat cõminationibus ad rectum uobis pateat reditus: uenien̄sq̃ inoffensos cõ
feram. ¶ Nam fide statis.) Remissius iam ad hos & lenius habet sermonem:
quia in priori epistola incesserat plurimum. Quod autem inquit istiusmodi est
in his quidem: quę fidem contingunt recto statu consistitis: quo fit ut nil ha-
beam cuius insimulare uos queam: in ceteris uero infirmiores estis & nutabun
di a quibus si pedem non rettuleritis emendati: merito nec secus nos pena affi-
cere & merore potero: ac ipse uestri ob gratiã tristitia sum affectus. ¶ Statui
autem hoc ipsum apud me: ne iterum in tristitia uenirem ad uos.) Cum iterum
inquit: arguit plane uel alias sepe ex hoꝝ erratis fuisse sibi merorem iniunctũ
nec tamen id dixit apertius: neq̃ enim iniuria id illis obiicere poterat uos mihi
tristitiam uel ante hac iniecistis: & ea propter nondũ ad uos cõmigraui: ne uo-
bis afferrem mestitiam: eo nanq̃ corinthios obiurgando urgebat: quia se illi
peccando incesserent: quod hauddubie magis angere uidebatur. ¶ Si eniз ego
contristo uos: & quis est qui me letificet: nisi qui contristatur ex me.) Si enim
inquit nobis uideor uitia exprobrando merorẽ afferre: criminandoq̃ uos auer-
sari: nihilominus ea ex re ideo letitiã capio: quia plurimi facere me uidemini: cũ
mea eiusmodi uos mordeat criminatio: & prauorum facinorum exprobratio ur
geat. Nemo enim inquit adeo me leticia afficit: q̃ is qui me sibi cum succensere
inspexerit: merore contrahitur? prefert nanq̃ hoc pacto haudquaq̃ me habere
contemptui: & spem affert: se se corrigendi: quod sane & mihi animum explet
iocunditate. ¶ Et hoc ipsum scripsi nobis.) Quod illud? quia uobis parcens
non ueni: ubi autem id scripserit si queras: nempe in hac ipsa epistola.
¶ Ut non cum uenero tristitiam super tristitiam habeam: de quibus oportue
rat me gaudere.) Propterea inquit nunc ad uos scripsi: ut ipsi uos corrigatis:
ne forte uos si inemendatos deprehenderem: futurum esset ut uestri gratia me
rore conficerer: quorũ profectu letandũ mihi potius esset. ¶ Confidens in om
nibus uobis quia meum gaudiũ omniũ uestrũ est.) Scripsi inquit confisus, uos
aliquando redituros in uiam: ideq̃ mihi & letitię fore: non enim existimo animi
mei affectus esse & uestris alienos eoq̃ & illud adieci: ne tristitiam habeaз: nil
prorsus quę mea intersunt: sed quę u̅ra: considerans. habeo nanq̃ pro re certio-
ri: & uos itẽ letari cũ hylarẽ me & letiorem uideritis: nec minus si uiceз uestraз
dolentem: & uos dolituros. ¶ Nam ex multa tribulatione & angustia cordis
scripsi uobis per multas lacrymas.) Quoniam dixerat: qui contristatur me gau
dio afficit. ne illi forsan hunc in modum occurrerent ergo eo nobis tristitiam i̅
geris: ut ipse letitia explearis: propterea infert: maximũ & ipse in modum u̅ri

ob gratiam doleo: dolendoq̧ delinquentes uos ipse excedo: quippe: qui non solum non simplici quadam & exigua mentis affligor angustia: sed multa & abūdanti: non in lacrimis modo: sed cordis angustia hęc ad uos scripsi. hoc est: cor meum angebatur merore: qui me acerbius detineret: eoq̧ & litteras scripsi: nā & medicus quispiam qui filii preciderit uel aduxerit plagam duabus de causis doleat necesse est. tum quia filius sit ualitudine non ęqua affectus: tum quia pręcidere illi corporis partem cogatur: alioquin sperate & future salutis gratia cum id agit letatur: libensq̧ & filium medendo dolore afficit: sic itaq̧ ipse cum uos peccatis obnoxios uideam merore partim afficior: lętitia partim: quia uos ob commissa merentes intueor: & emendationis spes mihi uestre offertur.

¶ Non ut contristemini: sed ut sciatis quam caritatem habeam abundantius ī uobis.) Consequens erat hunc in modum ut diceret: non ut contristemini: sed ut corrigamini: id tamen preteriens uerbis potius placabilitatē quandam adiecit: maiorem afferens suam esse in corinthios: q̃ in ceteros discipulos caritatem id agens ad se ut illos pelliceat: arguatq̧ si quam eis iniecisset tristitiam ex caritate illam esse non ex ira profectam. Est enim inquit maximum id amoris indicium: ut uobis peccantibus & ipse meream: & uos increpando dolore afficiam: Nam si nulla uestri tenerer beniuolentia neglectos plane & incuratos abire in preceps permitterem. ¶ Si quis autem contristauit me: non me contristauit: sed ex parte: ut non onerem omnes uos.) Nititur his dictis corinthiorum erga fornicantem illum: de quo in superiori epistola fecerat mentionem: conciliare & cōfirmare beniuolentiam illius scelere alienatam: erant enim ab eo tanq̃ ab homine reprobo & nephario: pauli iussu auersi omnes: ne itaq̧ si rursū eiusdem imperio iubeantur illi ueniam dare moleste id & grauiter ferant: quid nī: qui leuitatis paulum incusarent prudentissime illos demulcendo hęc scribit: quemadmodum nobis ille cōmunem iniecit tristitiam: sic uelim ut uenia per uos illi cōcessa cōmunem uobis ad lętitiam cedat: neq̧ enim inquit mihi solum doloris hic causam prebuit: qui facinus tam atrox cōmiserit: sed & uobis ex parte: hoc est parum uobis doloris ne plurimum dicam ingessit: quia non multum fornicanti illi oneris imposuisset: qui non minori uos q̃ me dolore affecerit: uerum quia pro sceleris merito nequaq̃ illum depresserim: ex parte dico & uos ob id tristitia fuisse affectos. ¶ Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hęc que fit a pluribus.) Non dixit fornicanti illi: sed ei qui eiusmodi est: quemadmodum & in superiori epistola fecit: in qua neq̧ illius nomen uoluit explicare: in hac uero & si uenia data: nullam tamen facit delicti & sceleris mentionem instituens uti erga merentes & oppressos clementius nos geramꝰ. ¶ Ita ut e cōtrario magis donetis & consolemini.) Non modo inquit soluenda est omnis uestra in eū cepta obiurgatio: & tollenda conuitia: quin & plus illi aliquid uenie concedendum & consolemini: hoc est solando reficite: nec secus agite q̃ solet quispiā: qui post plagas ingestas curari illas permiserit. donetis preterea dixit: ne fornicatus ille & quia fatebatur peccatum: & satis iam penituerat: solutum se iam & liberum esse a scelere existimarē. Ostendit itaq̧ non tantum hunc penitendo: q̃tum ho-

rum gratia & dono accipere se ueniam posse.

¶ Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est.) Necessario inquit est ille & suscipiendus & consolandus: ne ueluti ab efferatiori aliqua belua: uel procella arreptus: absorbeatur merore: ueniatque tandē per desperationē: quemadmodum & iudas ad laqueos: uel se precipitem saltu ferat: utpote qui ex acriori & immoderata castigatione: dolorem non toleret & eat in scelus maius aliquod preceps. Aduerte quemadmodum & reprimat fornicantem: excitetque ne segnior fiat uenia consecuta: nec tamen hunc nomine explicat: cum inquit qui eiusmodi est.

¶ Propter quod obsecro uos ut confirmetis in illum caritatem.) Subinde dicat: uelim equidem ut ea qua in hoc eiciendo usi estis ante hac caritate uel in eo restituendo utamini: ne desperando in peiora labatur & ruat: idque nunc obsecro ut peragatis: & si iubere id queam.

¶ Ideo enim scripsi ut cognoscam experimentum uestrum an in omnibus obedientes sitis.) Iccirco inquit hec ad uos scripsi: ut qui uestram sim antea expertus obedientiam: cum fornicantem illum e uestra ecclesia eiecistis: eandem illam hoc tempore recognoscam: iterato periclitando: in omnibus: hoc est uel in hoc ipso quod deprecor: tum ceteris in rebus: quas uobis iniunxerim.

¶ Cui autem aliquid donastis & ego.) Vt uos inquit nemiā illi dedistis: ita & ipse: hunc miseratus: consolandum iam censeo. ¶ Nam & ego donaui si quid donaui: propter uos in persona christi: ut non circumueniamur a satana.) Ipse uero uestri ob gratiam huic ueniam dedi: sibuam iam contuli: & in christi persona donaui: hoc est haud secus ac christus ipse donasset. ne a satana circumueniamur & instigemur: ut asperiores erga hunc simus & penas exigamus acerbiores. ¶ Non enim ignoramus cogitationes.) Id est satane instigationes ad acriora. ¶ Cum uenissem autem troadam per euangelium christi & hostiū mihi apertum esset in domino: non habui requiem spiritui meo: eo quod non inuenerim titum fratrem meum: sed uale faciens eis profectus sum in macedoniam.) Cum troadam inquit me contulissem euangelii gratia predicandi: & hostium esset mihi apertū: hoc ē auditorum paratiores animos inuenissem: in domino id est domini ope: non habui requiem spiritui meo: nequiui scilicet uoluntati mee tunc satisfacere quia fratrem minus inuenerim id forte dicit: uel quia Titus erat apud troadas testatior: & lingua illa peritior: uel quia haudquaquam posset apostolus fideles solus instruere: incredulis obstrepentibus. ceterum ubi fideles inquit hortatus: saluere iussi. me in Macedoniam contuli.

¶ Deo autem gratias qui semper triumphat nos in christo Iesu.) Deo inquit gratias agimus qui triumphat nos idest triumphare nos facit in christo Iesu: Hoc est cum Iesum filium predicamus: subinde dicat: triumphent alii pro terrenis rebus his decertando: ipse uero Iesum solum glorie duxerim: ut & alibi dixerat mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu christi.

¶ Et odorem notitie sue manifestat nos in omni loco quia christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt & in his qui pereunt.)

Quod autem dicit tale est: siue salutem assequantur pri cꝙ: siue interitum & perditionez: perstat tamen sua uirtute & robore euangelium, nosꝙ eodem quo sumus statu consistimus: & quēadmodum lux ipsa & fulgor imbecilliora queꝙ obtenebrans: in suo splendore alioquin perseuerat: melꝙ item & si his qui de-prauato sunt gustu amarius uideatur: suā tamen seruat dulcedinē: sic euāgeliuz odorū est & suaue: tāetsi increduli nōnulli intereant & disperdunt̃. Nos uero deo iure optimo sumus in suauitatis odorē cui quis unq̄ cum sententiam tule-lerit: aduersabitur? ¶ Alus quidem odor mortis in mortem: alus autē odor nitę in uitam.) Cum dixerit superius: odoratu suaues inter perditos sumus: ne existimes: & hos esse deo acceptos: inducit hęc inquiens: Ad eiusmodi odo-ris fragrantiā: eo pacto nonnulli accedunt: ut salui reddant̃: nōnulli uero: ut in interitum se ipsos proripiant: nec secus ac mulsum solet & sues & cantros suf-focare & christus quidem scandali petra & ad potionem expositus: & ignis q aurum reddit fulgentius, uepres & senticeta comburit. ¶ Et ad hec quis tam idonęus.) Postq̄ magna quedam prefatus est paulus, & suauissimum nos spi-rare odorem, & triumphare, rursum hęc moderatius differens ait, nihil fore ad imbecillitatem hanc nostram idoneam satis, nisi pręsto sit & dei potentia. Ad eum nanꝙ & solum non ad nos spectat rerum omnium sūma. ¶ Non enī su-mus sicut plurimi adulterantes uerbum dei.) Hoc loco falsos apostolos carpit qui dei gratiā proprie uirtuti adscriberent non enim inquit comenticiorum suz ipse apostolorum persimilis: qui deprauare & adulterare dei gratiā uelim: sed deo equidem uniuersa permisi: quis enim posset ad hec per se satis sufficere? Arguit preterea eosdem apostolos exterioris quibusdam sapientię argutiuncu-lis docendo; alios inęscare & uenalia habere quę dari gratis oportuisset: se tam haud quaq̄ istiusmodi esse: in subsequentibus demonstrabit. ¶ Sed ex sinceri-tate sicut ex deo: coram deo in christo loquimur.) Hoc est animo puriori & ap-to nos loquimur tanq̄ ex deo accipientes quę dicimus: neꝙ a nobis ipsis mirā-dum aliquod edimus facinus: & christi uirtute: non nostri sapientia: euangeliuz prędicamus. Deo autem coram dixit: ut sui cordis & rectitudinez pręferat & li-bertatem. Adest enim tantopere a quouis dolo cor nostruz & labe: ut liceat no-bis: uel in dei conspectu libere id aperire. ¶ Incipimus iterum nosmetipsos cō-mendare.) Cum magna de se paulus predicant: quęreret aliquis: quid illud? te ipsum extollis: cum de te talia iactitas? hanc igitur questionem ex insequentib9 soluit. ¶ Aut nunquid egemus sicut quidam cōmendatitiis epl'is ad uos: aut ex uobis.) Hec non sine indignatione aliqua refert: ut corinthios uerbis urgeat acrioribus: ostendit autē quēadmodum subdolos & fictitios nonnullos aposto-los quoꝝ fama cū esset obscurior: quia nullis essent propriis operibus clari: in eorum cōmendationem finxisse epistolas quas in suam ipsi commendationem quocunꝙ liberet deferrent. exhisꝙ & laudem sibi & nomen apud exteros com-parasse: quod uero paulus non sine animi acerbitate loquitur tale est: num for-sā dixerit ꝗspiā circūferēdas esse: & nobis cōmēdatitias ad uos ep'las uel ex uo-bis ad alios: ut ꝑ eas notiores efficiamꝰ: deinde q̄ sequit̃: sic inquiens subdit. ¶ Ep'la nr̄a uos estis scripta ī cordib9 nr̄is: q̄ scit̃ ꝛ legit̃ ab oīb9 hominib9.) q̄d iq̄t ep'le ī meā ꝯmēdatōez egissēt ꝛ laudē; id ipi ꝑ uos agit̃: nā cū ab aliis

uel ſpectamur uel audimur: uel quocunq; profectum eſt: uos circumferimus:
quippe quos cordi habemus inſcriptos: & uřas uirtutes omnibus propalam9.
Cum itaq; epiſtole loco uos habeam: qui me apud alios commendatis: & laudi
bus ſummis effertis: nullas alias a uobis exegerim litteras: ut me neſcientibus
innoteſcam. Accedit preterea ut neq; aliorum apud uos commendatione indi/
geam: quandoquidē inſiti mihi menti & cordi ſitis: ſunt nãq; ad eos neceſſarię
cõmendatitię lře: qbus ipſi incogniti ſumus. uos autē mihi animo eſtis inſcripti
ita ut excidere nullo pacto poſſitis: qbus dictis nõ modo illoȝ ſuo teſtimonio
cõprobat caritatem: uerũ & uirtutes extollit: ſiquidē ad p̄ceptoris manifeſtan/
dã ceteris hominibus dignitatē ſatis habere uirũ uidebant̃: magiſtro nãq;: diſ/
cipuli uirt9: doceri ē. ⁋ Manifeſtati q̊niã epła eſtis chriſti.) Quo fieri id pac
to pōt̃: nimirũ qa chriſti mandata & leges apud uos ipſos tanq̃ apud aliq̃ lřa/
rũ monumenta & manent & conſeruant̃. ⁋ Miniſtrata a nobis & ſcripta nõ
atramento: ſed ſpiritu dei uiui: non in tabulis lapideis: ſed in tabulis cordis car
nalibus.) Occaſionem arripiens legē cũ euangelio cõferēdi: ex ea ſic ingens initi/
um ſumit: quēadmodũ legis moyſes fuit olim miniſter: ſic & nos ad fidē hanc
noſtrã uulgandã & predicãdã miniſterio fungimur: utq; & tabulas ille inſculp
ſit ſic & nos corda: atqui & lex erat atramento inſcripta: in nobis uero euange/
liũ ſpiritu eſt exaratũ: q̃tũ itaq; differt ab atramento ſpiritus: & cor ipſum a la
pide: tantũdē nouũ id a lege ueteri: teſtamentũ. Pōt & in aliũ ſenſum id dictuȝ
capi. Nã cũ conſtet: ſe cruciantibus iudeis & aliis a fide alieniſ: corda ineſſe lapi
dea: eo fideliũ corda carnalia intulit: utpote: q̃ & rationē admittant: & eadē hac
gubernent̃. ⁋ Fiduciã autē talē habemus per chriſtũ ad deũ: nõ q; ſufficiētes
ſimus cogitare aliqd a nobis.) Quoniã oſtendit nouam hanc antiquã illã legeȝ
preſtare: conſequenſ erat: ſic paulũ orationem fuiſſe proſequuturũ: uoſ uidelicet
apłi cuius minyſterio lex noua tractat̃: preſtãtiores moyſi eſtis: qui ueterē ad
miniſtrauit. qđ dictũ ne ferre pre ſe ſuperbiã uideret̃: ſic infert: neq; enim accē/
ſeri nřę illud uirtuti debet: ſed deo: in quo habemus per chriſtũ fiduciã: hoc ē
in quo per chriſtũ omnis nřa ſita eſt gloria: noſtre nanq; huius in deo iactan/
tie: chriſtus eſt cauſa: nec quippiã eſt: quod ſit opera noſtra effectũ: nec minimũ
quippiã hęc enim dicere uoluiſſe deſignat: cũ inquit: ſufficientes non ſumus co
gitare aliquid a nobis quaſi ex nobis. ⁋ Sed ſufficientia noſtra ex deo eſt: qui
& idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.) Virtus inquit noſtra & uigor
omnis ex deo haud dubie ꝓficiſcit̃: ipſe nanq; nos idoneos reddidit: hoc eſt ro
borauit: & aptiores effecit: ad rei huius diuine & noui teſtamenti adminiſtratõ/
nē. ⁋ Nõ littera: ſed ſpiritu.) Et lex quidē ſpiritalis erat: hoc eſt: a ſpiritu con/
ceſſa & prodiens: nec tamē ut noua: uetus illa ſpiritũ conferebat: aut igit̃ haud/
quaq̃ nobis quēadmodũ moyſi littere dũtaxat credite ſunt: ſed ſpiritus ipſe cõ
ceſſus. nõ eñi ſpiritalibus quibuſdam & diuinis tantũ apłoȝ nitebat̃ doctrina
ſed ſimul ac manus īpoſuiſſent: & ſpiritum largiebantur.
⁋ Littera autē occidit: ſpiritus aũt uiuificat.) Lex inquit illa uetuſtior: ſiquē
dep̄hēdat uł rebꝫ in minimis delinquētē: nõ ſec9 afficit morte q̃ ligna ſabbato
legentē affecerit: ſpiritus auteȝ ſact9: uł ſi mille hominē facinoribus obſtrictuȝ

exceperit baptiſmi lauacro:& iuſtum reddit:& peccato uiuificat mortuum.
¶ Quod ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria.)
Patefacta ſuperius noui & ueteris teſtamenti differentia:aſſerit alterum atra-
mento:alterum ſpiritu eſſe conſcriptum:& inſculptum lapidibus illud:hoc ue-
ro cordidibus.itemq ex altero mortem:uitam ex altero comparari. Nunc qui-
dem oſtendere nititur:longe maiorem eſſe euangelii gloriam q̃ legis fueris: lex
quippe uetus ſenſibilem quandam nacta eſt gloriam:moyſis ſcilicet faciem ful-
gentiorem:noua uero eam uidelicet quę mente concipitur: quandoquidez hanc
ipſam nemini iam ſenſibiliter licet corporis oculis intueri. Oſtendit itaq euan-
gelii excellentiam ipſam animi conceptu quodam comprehendi poſſe: inquitq
priorem legem mortis fuiſſe miniſtram:neq enim effectricem dixit: ne ullam
prebeat hereticorum errori occaſionem:ſed miniſtram. Enimuero peccatũ mor
tem pepererat .mors uero ſupplicium afferebat. littera preterea ipſa ueteris teſ-
tamenti ſola conſtabat:neq ullam afferebat opem certantibus: quod ſane in
baptiſmo non accidit:arguit & ſimplicia illi nec deſinere unq̃ nec tolli: inquit
nanq mortis hanc adminiſtrationem in lapidibus fuiſſe formatam. Silex itaq
cum talis extiteret:in gloria eſt effecta:quãtomagis & gratia :que adeo p̃ſtat:
ut nihil queat eius excellentie comparari. ¶ Ita ut non poſſent intendere filii
iſrael in faciem moyſi:propter gloriaz uultus eius:quę euacuatur.) Tacite hoc
loco iudeos incuſat:qui adeo erant mente obtuſi: ut ne uel ipſam ſenſibilẽ moy-
ſi gloriam poſſent ſuſpicere:neq enim dixit legem ipſam uel tabulas euiſmodi
gloriam habuiſſe:ſed moyſi faciem: Moyſes nanq non legis tabule hanc prę
ſe gloriam & ſplendorem ferebat:quam demum gloriam & moyſi demit:cuz in
quit euacuatur:hoc eſt uacua & inanis effecta eſt. Aduerte autem quemadmo-
dum nequaq̃ iniquã gloriam dixerit:ſed euacuatam:hoc eſt deſitam iam & oci-
oſam & finem nactam. ¶ Quomodo non magis monſtratio ſpiritus erit in glo
ria.) Quemadmodum legem aſſeruit mortez ſubminiſtrare:ſic conſequens erat
ut euangelium diceret uite miniſtrum:ueruntamen quod preſtantius erat ſpiri
tus dixit:qui uitam prebeat:longe itaq nouum hoc teſtamentum preſtantiori
eſt gloria: q̃ lex illa uetuſta. ¶ Nam ſi miniſtratio damnationis gloria eſt:mul-
to magis abundat miniſterium iuſtitię in gloria.) Rurſum in eadem ſententia
interpretanda perſiſtit:explicans quemadmodum littera ipſa occidat:legem enĩ
inquit miniſtrationem quandam eſſe damnationis:quia tormentis afficiat:non
gignat ſupplicia.iuſtitie autem minyſterium euangelium dicit:quod nõ ſolum
nos eximat penis:ſed iuſtos reddat:uel delinquentes:quo fit ut in maiori ha-
bendum ſit euangelium gloria. ¶ Nam nec glorificatum eſt quod claruit ĩ hac
parte propter excellentem gloriam.) Quid inquit:ueterem cum noua legẽ con
tulerim:cum tanta ſit nouę preſtantia:ut in hac parte:hoc eſt in eiuſmodi com
paratione nullam habere gloriam exiſtimabitur:quod fuerit glorificatum:id ẽ
uetus lex illa ob nouę excellentiſſimam claritatem ita fit:ut & ſi glorioſa pre ſe
ſit uetuſtior illa:alioquin propter euangelii ipſiuſ preſtantiam conuincitur:om
nis glorie eſſe immunis. Aduerte autem quemadmodum ueterem illam ex eiuſ
modi euangelii comparatione commendet: Neq enim in diſſimilibus compara
tio cadit:ſed in his quę propinquiora ſint inter ſe & fere paria.

¶ Si enim quod euacuatur per gloriam est: multo magis quod manet in gloria est.) Si enim lex inquit que abroganda foret & tolleranda: per gloriam lata est: multo magis nouum hoc testamentum in gloria est permansurum: quod stabile ac perpetuum sit futurum.

¶ Habentes igitur talem spem: multa fiducia utimur.) Quoniam plurimum quidem nouo huic testamento inesse glorie testatus est: optareotque forsitan auditores perinde infirmi & imbecilles: sensibilem aliquam gloriam contemplari qualis ex fulgore illo in moysi facie fertur apparuisse: spem inquit talem habemus: maioribus longe donis: & gloria quadam prestantiori nos ipsos fideles fuisse: quam Moyseo ipsum dignatos: ideoque & his confidimus plurimum: quos ipsi instruximus: cum eos nihil celemus: nec vereamur: neque illorum reformidemus aspectum. quemadmodum moyses iudeorum exhorruit: Neque enim estis nt illi: fragiles & labantes. Moyses sane cum secundo tabulas excepisset: diuinis legibus exaratas e monte descendens faciem fulgentem adeo retulit: ut se iudei: haudquaquam ante uel adire uel alloqui possent: quod caput sibi operimento uelassent: Cuius historie sic paulus inquiens meminit. ¶ Et non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam ut non intenderent filii israel in faciem eius quod euacuatur.) Hoc est nequaquam ipsi in moysi morem uelandi sumus: quippe quibus eiusmodi gloriam spectandi facultas insit: quam oacti sumus: euangelii scilicet gloriam: que longe sit moyse clarior: id est licet uobis optimam habere diuinorum mysteriorum notionem: hoc est euangelii. Nec preterea necesse est eiusmodi mysteria uos clam habeamus: uideamurque horum obscuritatem & ignorantiam non secus ac uelamen aliquod uobis osteodere: atqui cum esset israelíticus populus rudior: nec quemadmodum lex ipsa finiret spectabat: neque quod desitura esset aduertit & inanis reddenda. uelamen uero quo moysis dixit fuisse faciem obuolutam: israelitarum ingenii crassitudinem quandam & ruditatem pretendit: sicuti ex sequentibus innotescet: nonnulli autem sic sentiunt: nequisse uidelicet illos in moysis faciem obtutum intendere: argumento fuisse finem iam esse huiusmodi gloriam consecutam: quippe que ut uideri non poterat sic nec glorie loco erat habenda: asseruntque illam sic fuisse pretensam: quia esset breuis eius futura: quando neque tum quidem gloria appareret. ¶ Sed obtusi sunt sensus eorum: usque in hodiernum enim diem idipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum: quoniam in christo euacuatur.)

Obtusi inquit eorum sunt sensus: hoc est eorum mens hebetata: eoque neque tunc temporis iudeis uidendi erat facultas: neque his quidem qui in humanis nunc agunt: sunt nanque & mente obtusi: & eodem quo Moysis facies operti uelamine: hoc est superficie tenus: lectitant legem. Habraam enim legem moysen nuncupat: ut illud: habent Moysen & prophetas: neque illis uel reuelatur uel innotescit: quemadmodum christus legem hanc uacuam esset & inanem facturus: Quo fit: ut eorum mens peccet obtenebrata: obtusio nanque mentis est error: nequaquam igitur inquit mirum uobis uideri debet: si nequeunt uel christi gloriam spectare Iudei: uel eius fidem admittere. Quippe qui nec legis gloriam: que utique inferior est: potuerint intueri. Nam si hanc inspexissent: &

& christi gloriam peruidessent: legis enim gloria christum prefert: Quereret
aliquis: ubi nam lex ipsa fatetur in christo se desituram: Propheta nimirum
sic inquir resurget dominus deus: illum audite in omnibus. Cum itaq; audire
hunc iuberentur horumq; instituta & legem: utpote circuncisionem ipsa; & re
liquos ritus: dissolueret christus. lex ergo propriã uidebatur destructionem in
iungere Accedit preterea ut sacrificia uno in tẽplo fieri mandaret: idipsũq; rur
sum & demoliri: nonne aperte & immolandi tollebat consuetudinem! Et tu sa-
cerdos in eternũ scđm ordinẽ melchisedech: & illud. Sacrificiũ & oblationẽ no-
luisti. hec sane uniuersa legem dissoluunt. ❡ Sed usq; in hodiernum diem cum
legitur Moyses uelamen positũ est super cor eorum.) Quoniam dixerat supe-
rius uelamentum quoddam in ueteri testamenti lectione esse illorum menti ob-
tensum: ne forte existimet quispiam: se legis obscuritatem appellare uelamen:
haud ita est inquit: sed illoru; cordis obtusionem & ruditatem uelamen dixe-
rim: quod plane ess; : moysis faciei nõ sui ipsius gratia: sed ob istorum crassitu-
dinem & cecitatem obductum. ❡ Cum autem conuersi fuerint ad deum: aufe-
rent uelamen: dominus autem spiritus est.) Modum nunc explicat: quo in uiã
possent israelitę reduci: cum ad dominum inquit fuerint conuersi: Hoc est cu;
à lege defecerint: & ad euangelium se contulerint spiritale: tunc haud dubie ope
rimentum illud & uelamen tolletur: erat autem Moyses: ut historię proditu;
est: cum ad deum iter repeteret: facie reuelata & aperta. Quod sane futurorum
preferebat figuram: uidelicet cum ad spiritum quispiam fuerit conuersus: qui
spiritus dominus est: tunc nudam est & rectam latoris legis: hoc est dei faciem
inspecturus: quin potius pro Moyse ipso habebitur: & glorie hoc est splendo
ris fruetur & magnitudine: ut dictum est: legis hanc enim spiritus ipse glori-
am: quippe qui dominus sit & omnipotens largietur. ❡ Ubi autem spiritus
domini: ibi & libertas.) In lege iugum & seruitus inerant: in spiritus uero le-
ge & euangelio: libertas: quo fit ut facile queas & libere domini gloriam inspec
tare. ❡ Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eande;
imaginem transformamur a claritate in claritatem tanq̃ a domini spiritus.)
Adeo inquit ingenuitate quadam nos fruimur & libertate: ut omnes haud
quaq̃ in unius Moysi morem: sed facie simus aperta. Non enim aliquod est
apud nos fideles uelamen: ut quasi per speculum dei gloriam inspectantes: in
eandem imaginem transformemur: hoc est eius splendoris & glorie participes
simus. Nos nanq; ut speculum sumus qui claritate excepta: & splendorem a
nobis remittimus: & quemadmodum argentum soli obiectum: ex solis occur-
su micantes radios in solem ipsum reflectit. sic & nos baptismo accepto: pur-
gati per spiritum: & huius splendore deniq; illustrati: fulgorem & ipsi spiritalem
quendam ex aduerso remittimus: eandemq; imaginem a spiritus gloria in glo-
riam nostram & clariratem transferimus. & talem inquã imaginem: qualem de-
cens est ut is sortiatur: qui a spiritu domini nulli rei obnoxio lucem accepe-
rit. Dominus enim ille cum sit: & regium habet splendorem: fideles autem om
nes baptismi gratia spiritu sancto opplentur: & illo; est fulgentior aĩa. quãdo
qdẽ & moyses dei gloria & fulgorẽ inspecto in eius glorie imaginẽ trãsformatus.

hoc est: & ipse diuinę glorię & splēdoris participauit. Huius & facies resplēde
bat: cum ipse nostri preferret figuram. ¶ Ideo habentes hāc administrationem
iuxta quod misericordiam cōsecuti sumus: nō defecimus.) Cū multa & magna
de apostolorum dignitate predicasset: essetque iam illos longe moysem prestare professus:
corripit tandem & moderatur: quod de seipso: & reliquis apostolis iac-
titasset inquitque: id omne diuinę est potestatis: nos uero euangelii duntaxat
ministerio fungimur quod plane nō ipsi nobis nra uirtute peperimus. sed sumus
pro dei misericordia assecuti: est namque uel id dei clemencia effectū: quocirca
nec ipsi deficimus: hoc est. cum simus ipsi a domino tanta rerum magnitudine
dignati: nequaquam erit ad tollerandas pressuras animo succumbendum: quan
doquidem deo commiserante: ad id simus ministerii munus obeundū nos in
stituti. ¶ Sed abdicamus occulta dedecoris: non ambulantes in astutitia.)
Falsos hoc loco apostolos indicat: qui facie quadam adūbrata & subdola oia
factitarent; presertim cum acceptis muneribus: nil tñ se accepisse a fidelibus
simularēt sanctimoniaque imbuti cum uiderētur: essent tamē impuriores: nos
itaque inquit praua hęc & fucata facinora propulsemus a nobis; & abdicemus: nec
talia committamus. quę postmodum manifesta cum fiunt: & in lucem edita
fuerint ignominiam afferūt perpetranti. mox ita infert ambulātes in astutia.
cedunt namque ad dedecus que uersute & dolo geruntur. quod si & de reliquis pra-
uis actionibus id dictum fuisse existimes profecto nil aberrabis: nec poterit
id absurdum uideri: sunt namque & qui praua committunt pro falsis aposto-
lis iure habendi. ¶ Neque adulterantes. verbum dei.) non solū inquit uitam
ipsi simplicem dicimus & puram & cuiusuis doli exptem. quin & dogma hoc
nostrum & sermo noster hic omnis argutus uacant: neque enim quippiam ipsi
uel externe huius & humane sapientię interiecimus nostro sermoni uel ad gra
tiam uerba fecimus: neque pecunias ex prędicationis hoc munere cumulamus:
neque hoc illudue habita tpis & personarum ratione: ut fallaces solent apli:
edocemus. ¶ Sed in manifestatione ueritatis commēdantes nosmetipsos ad
omnem conscientiam hominū coram deo.) Apostoli inquit qui fallere alios cō
suescunt: fucatis operibus: alios se quam sint mentiuntur: ipse uero ueritatis ma
nifestationem & nuditatem cōmendationi mihi esse uelim: hoc est: rebus ipsis
pro testibus utor: vosque mihi testimonio estis quemadmodū nihil a quouis
fidelium ceperim: neque ea egerim quę factitent hi quos dixi apli. Quo fit: ut
meipsum apud omnē hominum conscientiam fidelium. s. & infidelium cōmen
datiorem efficiam: uitamque meā sic palam enudando euangelium prędico: ut
omnibus quemadmodū uixerim: sit pernoscendi facultas: proinde quia falle-
re hominē forte liceret: coram deo adiecit: quem haud quaquam istiusmodi apli in
testem suę admitterent conscientię. ¶ Quod si etiam opertum est euangelium
nostrum in iis qui pereunt: opertum est.) Cum superius dixerit Israelitis
esse uelamen impositum: nosque fideles facie reuelata prospicere: nunc uero: &
si opertum est euangeliū inquit: infidelibus tñ opertum est. Quod enī tunc
temporis iudeis in moyse contigit: idipsum et infidelibus euangelium fuit:
utque illi splendorem qui moysi inerat nequaquam tollerare oculis poterāt: Sic hos
euāgelii ueritas latet: non euangelii culpa: sed ipsorum qui fide carent. Clare

nanq; & his si crederent christi gloria & uis omis euangelica pateret. ¶ In quibus de9 huius seculi excecauit mētes infideliu3 ut nō fulgeat illuminatio euangelii gl'e christi.) Inter pditos inqt: quos plurimos esse & diuersos constat ul' infideles ipsi habere debēt: quo4 mentē huius seculi deus cecitate obduxit: At qui Marchioniste de conditore ipo orbis terra4 deo: asserūt fuisse id dictum: quem iustū dicūt non probū. Manichei uero de diabolo que3 mundi huius prędicant fabricatorem cum horum neutr4 sit: sed de deo nro id dici sat patet: quod autem seculi huius deus asseratur: nil mirum. Nam et cęli dicit' deus: cū haudquaq̄ cęlo4 sit duntaxat deus: qnetia3 & Abrahā dicitur deus et Isaac & Iacob: neq; ho4 modo: sed cuncto4 ēst deus. Quid itaq; nouū uideri pōt: si oportune hoc loco Paul9 seculi huius deū appellat: ut infidelibus ipis ualidioribus argumētis patefaciat: illum uel hęc quę uisū tur fabricasse: quibus hi et si pro deliciis fruātur: fabricatorē tamē repudiāt Potest et ita pręsens orationis contextus perlegi: uidelicet īfidelibus seculi excecauit sensus deus: futurū nanq; seculū illud null9 cōtinet qui fide careāt excecauit itaq;: idest cecos eē pmisit: huic p sil'e illud est: tradidit eos in passiones ignominię. Hos nanq; cū a se desiuissent: missos fecit: & dereliqt. Non enī inuitos ad salutē traducit deus. Aduerte aute3 quēadmodū nequaq̄ eos: ut minus crederent excecauit, dixerit Paulus: Sed ne diuine gl'e fulgorē inq nati et pphani oculi prospectarent: cuiusmodi splendor in eo constat: ut xpm quis credat: & in crucē fuisse sublatum: & in cęlos assumptū: et bona futura largiturum: quemadmodū. n. q oculo4 ualitudini cōsulens: eū qui ea laboret. obscuro aliquo in loco recōdit: ne solis radios intuendo acie3 offendat. Sic & his cum per se a fide defecerint: haud secus deus euāgelii interclusit fulgorē q̄ Israhelitis micāte3 moysi facie3: nobisq; item: ne margaritas inter porcos spgeremus iniunxit. Recte aūt fulgeat dixit. Siquidē mediocri nūc luce fruimur: neq; illuminati penitus sumus. Quod profecto & ante expressit cū odoratu duntaxat nos cęlestiū rerum pignore quodam potiri dixisset: arguens q̄ potiora sunt & maiora in futuro seculo nos manere. ¶ Qui est imago dei.) Ostendit hoc loco: infideles non christi modo: sed etiā patris esse gl'e ignaros: qnquide3 patris imago sit christus: quo fit ut qui hūc nesciat: nec patris habeat notionem necesse sit ¶ Non enī nosmetipsos prędicamus: sed Iesum christi dnm nrm: nos. n. seruos uros p iesum.) Superius dixerat minus se astute īcedere: moxq; de infidelibꝫ mētiō3 īteriecit: quēadmodū uidelicet operti sint & obcecati. Nūc uero īfert: ppterea nihil a nobis per uersutiā agitur: quia haudquaq̄ nosipsos ut falsi apli solent: extollimus: hi nanq; auditoribus suadebant: quatenus ex seipsis denominationem acciperent: quēadmdum in pꝛiori epistola significauit cū diceret. Ego quide3 appollo: ali9 cephe. Neq; existimetis: qui nos impugnatis: nobis bellu3 inferre: quandoquidem haud quaquā nos ipsos: sed christum prędicamus: Ille itaq; a uobis oppugnatur. de quo nos prędicando differimus. Cętera3 adeo ipse procul sum: ut aliquid de meipso iactitem. ut non fugerim pro christo a uobis ul' iugum mihi & seruitutem imponi. Christus uero tanta erga uos detentus est caritate: ut cuncta uestri ob gratia3 gesserit. ¶ Qnoniam deus qui dixit de tenebris lucem

splēdescere: illuxit ī cordib9 nřis ad illuminatiōꝫ scientię claritatis ī facie iesu
christi.) Cur inquit nihil de nobis prędicamus: quia deus illuxit in cordibꝰ
nostris: & quemadmodum olim in moysi faciem: suum splendorem intēderat
sic nobis eūdē in p̄sentia est ipartitus: neq͂ ut initio creandaꝝ reꝝ edixerat:
lux est e tenebris facta: sic nunc dixit: & splendor est eiusmodi nobis iniectus
Sed ipsemet potius in lucem nobis effectus est: siquidem in christi facie no
bis ipse illuxit: hoc est per christum: Cuius per graciam suum in nobis fulgo
rem iniecit pater: largitusq͂ est & scientię lumen: non suę substātię: sed glorię
claritate: Attende quemadmodum uel hoc loco Paulus diuinitus asserat tri
nitarem: de spiritu nanq͂ disseruit: cum gloriam dixit domini speculamur: do
minus autem spiritus est: de filio uero: cum illuminationem glorię euangelii
christi: de patre autem facit hoc loco mentionem; cum illuminationeꝫ scientię
inquit glorię suę. ¶ Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus.)
Cum multa atq͂ preclara de ineffabili gloria dei explicasset: ne obiicere quis
piam istiusmodi possit: Cur ergo hoc mortali in corpore permanemus: qui tā
ta: ut asseris: accepimus. Respondet uel idipsum esse diuinę potentię: quan
doquidem uel fictile vasculum tales thesauros continet. ¶ Vt sublimitas sit
uirtutis dei: & non ex nobis.) Vt constet inquit apparentis uirtutis magni
tudinem nequaq͂ a nobis: sed a deo proficisci: ne ut ipsi existimemur aliquid
posse quod dignuꝫ laude sit per nosipsos efficere: deo ascribunt: & illius esse
donuꝫ q͂cunque bene et laudabiliter geritur. dictitāt spectatores: falsos prę
ter a hoc loco arguit apostolos qui gratiam dei sibi ipsi accensent. ¶ In
omnibus tribulationem patimur: sed non angustiamur.) Adeo inquit omnia
sunt diuinę potentię tribuēda: ut et si fictilia vascula ipsi pręferimus: tantisq͂
undiq͂ urgemur angustiis: nil tamen uel frangimur: uel qui in nobis recon
ditus est: thesaurus: aboletur: in omnibus autem angustiamur: hoc est: quo
uis loco: & q͂busuis in rebus tā apud amicos q̄ apꝰ infensos pressuras nos
patimur: nil tamen: uel āgimur: uel coartamur: quanodquidem corda nostra
christus dilatet. ¶ Aporiamur: sed non destituimur.) Hoc est: & si in rem an
cipitem & dubiam incidimus: nihilominus erecti pedibus stamus: nec ulla
desperatione succumbimus: sed uia potius euadimus regia & in deo comper
ta uictores ab eo uel destituti: uel aliter aporiamur q͂d grece aporumeni dictū
id sane prętulerit & si necessaria desint haud quaq̄ tn̄ in uero thesauro conse
quendo deserimur. ¶ Persecutionem patimur: sed nō derelinquimur.) Et si
homines nos persequutur haudquaq̄ tamen deserit deus: ad nostrā nanq͂ hęc
permittitur p̄secutio exercitationem. non ut uincamur. ¶ Deiicimur: sed nō
perimus.) Exterioribus aduersariorum telis corpus hoc lęditur: nullam ta
men pernitieꝫ propter animi promptitudinem et constantiā sustinemus: quin
potius quo ad ipsum attinet corpus a deo defendimur. ¶ Semper mortifica
tionem Iesu in corpore nostro circumferentes: ut & uita Ihesu manifestetur
in corporibus nostris.) Hoc est: mortes quotidie ipsi subimus: & domini mor
tem imitati. eiusdem & uitam: siue resurrectionem in nostro corpore circum
ferimus: ut illa in nobis patefiat: Quocirca si quis Christū dominum resur
recturum diffidit: cum nos spectauerit mortem obire quotidie: & uitā quo

tidie ducere ei rei haud quaq̃ amplius sit diffisurus. ¶ Semper eniꝫ nos q uiui-
mus in mortẽ tradimur ꝓpter iesuꝫ: ut & uita iesu manifestetᷣ in mortali carne
nr̃a.) per hec qdẽ declarat: qd illud sit qđ dixerat iesu mortẽ: erat nãq; subobscu
re id dictũ: cõsueuit enĩ enodare apl̃s: que minus paterẽt. illud aũt ut uita iesu
manifestetᷣ: a supionb9 pẽdet: & in hũc s. sensũ accipitᷣ. queadmodũ enĩ nos xp̃i
mortẽ nũc tolleramus: & mortẽ ꝓ eo obire: si optio detᷣ: uel uni malum9: sic ꝫ
ipse in animũ magis induxerit: uel mortuos nos plane uiuificare: qđ ꝫ alibi dis
serit ĩqens. si enĩ cõmoriemur: & uitã simul ducemus. ¶ Quo fit ut mors ĩ no-
bis operetᷣ uita aũt in uobis.) Mortẽ hoc loco tẽptatões dicit. qđ aũt inquit
hmõi est. nos qdẽ in periculis sumus: uos aũt uita: que ex periculis cõstat: frui
mini: qppe qbus euãgeliũ predicatũ est: quo uitã uiuitis sẽpiternã. ¶ Habem9
aũt eundẽ spiritũ fidei: sm qđ scriptũ ẽ. Credidi ꝓpter qđ locutus sum: & nos
credimus ꝓpterea & loqmur.) Tẽptatões meminerat & mortes supi9: deinceps
uel ex his inqt nos eximet deus. insuper & illud adiecit: iccirco his malis uos
eruet deus ut eũ resurrexisse credatis: nũc uero sic inqt nõ mẽte solũ & cogita
tione: si fide erit id astruendũ infertq;: queadmodũ Adã cũ esseꝫ tẽptationibus
diuexatus: ex hisq; a deo & solo ereptus: credidi dixit ꝓpterea locut9 sũ: haud
secus & nos eundẽ fidei spiritũ assecuti: quẽ & Dauid ille sit nact9 credẽtes id
loqmur. q; queadmodũ xp̃s ipse a mortuis resurrexit: ita & nos nũc superatis
periculis iterato sum9 resurrecturi. ¶ Scientes qm̃ q suscitauit iesũ: & nos exci
taturus ẽ: & cõstituet uobiscũ: oĩa enĩ ur̃i gr̃a tolleram9 ut affluẽs gr̃a: ꝑ mul-
tos abundet in gl̃am dei.) Quid credim9 inqt uel ipsi qd uidem9: id sane: q; a
quouis discrimine nos liberabit: ac deniq; is suscitabit q & xp̃m iã excitauerit:
cõstituetq; uobiscũ una bonis ꝑpetuis fruituros: facit ĩsup eos: cũ ad credendũ
tũ ad recte uiuendũ fidẽtiores. nec sec9 & falsos hoc loco carpit apostolos: sese
affirmãtes ꝓ discipulis: ut bona huiusmodi cõparent: intercedere. unũ id confu-
tãs paulus hũc in modũ edisserit: ur̃i ob gr̃am uniuersa sũt condita: quinetiam
& resurretio iccirco effecta est. nõ enim ꝑ hunc illũ ue recti aliqd geritᷣ: naꝫ &
id omne deus exequitᷣ: & plurimis ĩpartitᷣ. quo fit: ut abundante gr̃a: abundet
etiã necesse est: multoꝶ ad dei gl̃am in habendis gratiis: & officiũ. Apostoli
itaq; istiusmodi deceptores cũ dei gr̃aꝫ sibi iniqui9 uendicant: illius hauddubie
obscurãt & gloriam. ¶ Propterea non deficimus. quin etsi exterior noster ho-
mo corrumpitᷣ: interior tñ innouatur de die in diem.) Quoniã inqt spectatã ha
bemus dei potentiã: eundemq; nos periculis exemisse ꝓspeximus: futurũq; tan-
dẽ ut claros fulgentioresq; a mortuis excitet: haudquaq̃ ut malis uicti iã succũ
bam9: neq; đ spe excidam9 cũ patim̃: q̃nqdẽ extior hõ. hoc ẽ corp9 cũ ceditᷣ si-
ue exagitatᷣ corrũpi solꝫ: ĩterior ħo. hoc ẽ sp̃us ip̃e ꝫ aĩa ĩnouatᷣ. q̃ pacto si q̃ras
nimirũ bñ sperãdo ꝫ fidẽdo plimũ: siqdẽ ubi ꝓ xp̃o tormẽta iã subit ĩgẽti gau
dio expleatᷣ. ¶ mometaneũ. n. illđ ꝫ leue p̃ssuꝛ nr̃e sup̃ modũ ĩ sullime: eternuꝫ
gl̃e põd9 opatᷣ nobis.) explicat q̃ pacto ĩtior is ĩnouetᷣ hõ eo ĩqt id fit qa ĩ ani
mũ ille ĩducat ꝑbreues eẽ p̃ssuꝛs ꝫ momẽtaneas: ꝫ iccirco tollertu leuiorꝫs ui đri
qñ ad exiguũ tp̃is ĩferũtᷣ: gl̃aꝫ ħo ꝑpetuã eẽ: ꝫ põd9: hoc ẽ magnitudinẽ ĩgẽtẽ
hr̃e: id nãq; sup̃ modũ ꝫ ĩ sullĩe ꝓtẽdit. ¶ ũ cõtẽplãtib9 nobis q̃ uidetᷣ: ſ q̃ nusq̃
apparẽt. uisibilia nãq; tparia sũt: ĩuisibilia ħo sẽpitna.) oñdit q̃admodũ q̃uis
p̃ssuꝛ facilior sit: ĩqtq;: cũcta. n. q̃ nobis sub aspectũ ueniũt ꝫ uisuntᷣ temp̃aria
quidem & breuia sunt. Cruciatus itaq; & pressure: quia cerni oculis possunt:
momentanea erunt: atqui inter uisibilia hec uacatio ipsa & ocium cõnumerantᷣ:

quippe que & ſpectari queunt. eo enim uiſibilia intulit ut eiuſmodi a preſſuris
& moleſtiis uacatione coplecteretur. nil itaq; erit uel aduerſis & urgentib9 ſuc
cumbendum: uel proſperis hebeſcendum & quietioribus rebus: breuia enī utra
q; ſunt. his igitur ſeita habentibus: conſtat profecto que uideri non poſſunt ꝑ
petua eſſe: hoc eſt regnum illud celeſte: & eterna ſupplicia: quo fit ut horuꝫ de-
clinare alterum debeamus: alterum cupere. ¶ Scimus enim quoniaꝫ ſi terreſtris
domus noſtra huius tabernaculi diſſoluatur: ędificationem ex deo habemus
domum non manufactam: ſed eternam in celis.) Quoniam ſuperius dixerat:
quantum exterior homo corrumperetur: tantundem innouaret̃ interior: uiſus
eſt noui quid dicere: ita nunc infert. quinpotius cum penitus contabuerit mor-
tale hoc corpus & luteum: tunc ſane infinita nobis producturū eſt bona. ſimul
etiā ad hos de reſurrectione iterato nunc diſſerit: tam etſi non ita aperte: ut in
ſuperiori epiſtola: ne uideatur eos exiſtimare nondū emendatos: per terreſtreꝫ
autem tabernaculi domum corpus ipſum expreſſit cui cum & tabernaculi no-
men indiderit: illius breue admodū uitę ſpacium patefacit. eſt nanq; tabernacu-
lum nil diuturnum: q; ſi plerunq; iuſtorum preferunt tabernacula iſta quietem
cum additione tamen aliqua hanc ipſam pretendere ſatis iam conſtat: utpote
cū perpetua tabernacula dicimus. Aduerte autē quēadmodum cum terreſtrem
dixiſſet: mox celeſtem obiecerit: eternam uero ubi intulit domū quod eo facit:
ut noſtri corporis futuram augeat gloriam. non manufactā uero non iccirco
adiecit ut corporis huis humani conditionē a celeſti faceret alienā: cum neq; il-
lud ſit manuū opera compactum. Multi uero terreſtrem domum: pro uita que
in terris his ducitur accepere: tabernaculum uero corpus id dicunt: ita ut eiuſ-
modi ſit quod per apoſtoluꝫ dicit̃. ſi diſſoluatur que in terris agitur noſtri cor
poris uita que manu facta dicatur perinde manibus ſit confirmata: quia uinuꝫ
ac panis quibus uita hec conſtat per manus ſuppeditantur. Sumus tamen in ce
lis & uitam quandam aliam habituri que nec poteſt corrumpi nec manibus cō-
fici: hoc eſt que nulla indigeat noſtrarum manuum ope. ¶ Et enim in hoc in-
gemiſcimus: habitationē noſtrā: que in celis eſt: ſuperinduere cupientes.) Quā
habitationem? nimirum corpus incorruptibile: de celo auteꝫ illud eſſe affirmat
non q; ſuperne deueniat: ſed q; inde demiſſam habeat ſibi incorruptibilitatis
& gratiam. adeo igitur minus dolendum erit de ſingulis corpori illatis temp-
tationibus: ut contra potius ſit nobis ingemiſcendum: q; corpus hoc corrupti
bile non prorſus exuimus: ut hoc ipſum incorruptibile induamus. unde nec ta-
bernaculum dixit: ſed habitationem: ut que diutius ſit & firmius permanſura.
¶ Si tamen ueſtiti: non nudi inueniamur.) Neq; enim nobis eſt uniuerſis in-
quit incorruptibilitati corporis cōfidendum: qui & ſumus poſt acceptum cor-
pus quod infici nequit: corruptione obducti: non ne glorię & ſecuritatis nudi
coarguemur? perinde ex prauis his facinoribus ignominiam aſſecuti: ſiquidem
cunctis futura cōmunis ſit reſurrectio: nil tamen honor & gloria. ¶ Nam &
qui ſumus in tabernaculo iſto ingemiſcimus: In quo uolumus expoliari: ſꝫ ſu-
perueſtiri: ut abſorbeatur quod mortale eſt a uita.) Cum durius eſſe & graue
quod dixerat appareret ingemiſcere nos & grauiter ferre percupidos hoc cor-
pore liberari: cum conſtet ineffabilem eſſe animi erga corpus affectum: iccirco

inquit haud quaq̃ propterea ingemiſcimus: ꝙ e corpore ſimpliciter ſit abeundū: ſed qa cū nos libido inceſſerit incorruptionē ſupinducere: perinde haud ſat fuerit hanc ipſā induere: uel corruptōis uolumus uacui eſſe: ut illa nō corpus a uita cōſumetur & pereat: nec corpis gr̃a ſolū grauemur: ſed qa corruptibile ſit moleſte ferimus hinc ſane obſtruuntur hereticoꝝ hora: quippe cū de corpoꝝ diuerſitate nulla fiat hic mentio: qn̄ de corruptibilitate dūtaxat & incorruptibilitate diſſerit. ¶ Qui aūt effecit nos in hoc ipſum deus.) Deus eſt inquit q nos a principio ad hoc ipſū creauit: qppe qui nos eo effinxit ut incorruptibiles ſimus: neq id illi eſt in preſentia uiſum; ſed ab inicio: quo fit ut omnino ſimus ſine corruptione futuri. ¶ Qui & dedit nobis pignus ſpiritus.) Vis inquit ut aliis id argumentis oſtendā: p baptiſmū nempe & ſpiritū nobis largitus eſt: incorruptibilitatis inſup & pignus hic detulit. animā nāq & corp9 ſimul ſāctificauit. eaq diuinitati ꝓpinquiora effecit: qa & exemit a crimine: a quo mors ipſa ſubſequit̃. itaq cū ſpiritū cōtulit pſpicuū ē ꝙ & a peccato eruerit. qui uero a peccato iā eruit & corruptōez effecit: a peccato nāq corruptio orit̃. Spiritus igit̃ hoc pacto futuręimortalitatis pignus efficit̃: uł aliter. q ĩ pn̄ti aliquā nobis in partē ſpiritū eſt ĩpartitus: oīno uel aliqd̓ uobis detulit pignus ut totum in poſterū largiat̃: uerū quo pacto id eſt largiturus niſi ſpiritu & corpore ĩcorruptibiles ipſi futuri ſumus. Cū itaq ꝙ tenue eſt & exiguū: ſpiritu & corpore ſub pignoris ſpetie in hac uita accepens: ſperandū eſt qd̓ reliquū fuerit integre te habiturū. ¶ Fidentes igit̃ ſemꝑ & ſcientes quoniā manētes in hoc corpore peregrinamur a dn̄o: p fide nāq ambulam9: nō p ſpetiē cōfidim9: & ꝓbe potius uolumus peregrinari a corpore & manere apud dn̄m.) Inſiſtit adhuc ut illud cōfirmet qd̓ dixerat ſupra quoniā nulle ſūt nobis cure diſcrimina: qppe q̃ & mortes: rē nobis optabilē: incorruptibilitatē ſcꝫ ſūminiſtrāt: cuius gr̃a & ingemiſcimus: deducimurq ad dn̄m ocius. Cōfidētes itaq ſemꝑ: hoc eſt nil trepidi neq inſidias: neq pſecutōes uel mortes horreſcite. apoſtoli autēꝫ aduerte prudentiā: quo modo uitę ac mortis tacite expreſſerit nomē cū alteram uerſari apud dn̄m dixerit: alterā ab eo longe peregrinari: ut nemo a pn̄ti hac pēdeat uita: ut que a dn̄o ipſo diuertat. Proxime aūt ne qs illud obiciat: qd ergo: num corpus a deo reddit nos alienos: ſic illud ĩgens caſtigat & corrigit: p fidē enī nō p ſpeciē: ambulam9: hoc eſt in hoc ſeculo illū nouim9 ſed modice; id nanq cū p fidē ĩqt: ꝓtēdit: haud dū tn̄ facie ad faciē illius ullā habem9 cognitionem qd̓ etiā ubi p fidē ĩtulit: explicat̃. Cū itaq hec ita ſe habeāt: malum9: hoc eſt ualde deſideram9 corp9 hoc exui: cū dn̄oq uerſari: neq ĩmortalitatis duxit participare: qn qd̓ ſatius ē: cū dn̄o eſſe; qd̓ utiq incorruptibilitate ē lōge pſtātius ¶ Propterea cōnitimur ſiue abſētes ſiue pn̄tes placere illi.) Qd̓ q̃rit̃ illud eſt ut dn̄o morē uiuēdo geram9 ne forte cū peregrinationē ĩtelligis: exiſtimes ſatiſ ad ſalutē tibi id fore. uñ ſic inqt: ſtude ut hinc deo gratus abſcedas: uitę ratōe quā illi acceptā hic duxeris. ¶ Nos enī oēs pſto eſſe oportet an̄ tribunal xp̄i.) Deterret hoc loco corinthios: cū recordatōe tū aſſertōe quadā tremēdi illi9 & diuini iudicii aſſerēs: uniuerſoꝝ tūc geſta ut pateāt neceſſe fore. neq exiſtimeſ ibi cordis recondita: aut queuis opera: aut aīmi ulla libido: uel menus ullis poſſe uel uelis obtēſis occultari: ſꝫ uniuerſa tūc patētia erūt & apta. ¶ Vt referat

unusqsq; propria corporis ꝓut gessit:siue bonum siue malum.)His dictis qui
recte egerint:ut bona sperent magis hortat̃:quin etiã segnes & desides futuri
suplicii obiecta formidine:ad uigilandũ cõpellit. Cõfirmat p̃terea: quẽ habuit
de resurrectione sermonẽ:qñquidẽ asserat eos q uel bonis:uel prauis inseruie/
rint facinoribus:uel corona donatũ iri:uel tormentis affectũ:obstruuntur etiã
per hęc hereticis ora:diuersa his sentientibus. ❡Scientes ergo timorem domi/
ni hominibus suademus:deo autem manifesti sumus. Spero autem & in consci/
entiis uestris manifestos nos esse.)Habentibus nobis inquit tremendi illius iu
dicii notionẽ:connitendũ omni studio erit:ne hominum quempiã offendamus
Id nanq; apostolus sentit:cum hominibus inquit suademus:hoc est:ne cuiuspi
am per nos animus offendat̃ temperandũ est: nam & si mali nil cõmiserimus:
suspectos tamẽ cõmissi nos criminis facimus:sitq; in nostra potestate:ne alios
offendamus defugere:nec tamen id declinamus:condemnatio nobis proculdu/
bio subeunda est:quippe & deo patemus:quem haud quaq̃ latet quẽadmodum
nobis uita degat̃:nec suaderi potest:nec falli:cum nostris fuerit actionibus pra
uis offensus:proxime autẽ & uobis patebimus. utpote qui nostra omnia opti/
me calleatis:eoq; haud quaq̃ necesse erit:ut uobis suadeamus. ❡Non iterum
cõmendamus nos uobis:sed occasionem damus uobis gloriandi pro nobis.)
Frequenter que incidere posset suspitionem hic deterit:ne quid de se uideatur
insolentius iactitasse:aitq; nequaq̃ ipsi ad hunc sermonem deuenimus: ut nos
cõmendemus:hoc est:non insolentię uel laudis id nostrę gratia diximus: Sed
uestri potius gloria:qui gloriandi mihi occasionem prębetis: aduersusq; falsos
apostolos pro uobis iactandi:qui nos calũniantur:& culpant. ❡Vt habeatis
ad eos qui in facie gloriant̃:& non in corde.)Vt habeatis inqt qd nři gřa ad/
uersus euiusmodi apostolos gloriari possitis. qui in facie gloriant̃:hoc est ad ostẽ
tationẽ:& fronte quadã impudenti oĩa factitant:erant nanq; illi moribus hisce
imbuti:ut uultu pietatẽ pręferrent:cordi uero nihil haberent:qd sanũ rectũue
esset. non enim gloriandũ semp iniungit:nisi cũ ipsos se illi extollunt: ❡Siue
enĩ mente excedimus deo:siue sobrii sumus uobis.)Siue inquit magnu; aliqd
ipsi ꝓfamur:siue mente excedim9:qd alibi stultitiã uocat:dei illud ob gratiã
agimus:ne si uos me parui duxeritis ꝓ mei cõtemptu subeatis & penas & uři
pnitiẽ. si ꝟo de mediocrib9 & humilib9 reb9 nř est ſmo:id uři ꝺ causa facim9
ut humilitatẽ discatis:uł alr:si qs aũt nos mente excedere hoc ẽ furere suspicet̃
expectamus ob hec a deo mercedem: quoꝝ fuerimus ipi iimulati:si ꝟo absti/
neř nos qspiã arbitret̃:excipiat ipe nře hui9 abstinẽtie comoda: Põt & alr id
dictum ĩtelligi:uidelicet:si furore arrepti:mente excessimus: dei ob cãm insani/
mus:ut uos ei cõmẽdatiores reddam9: Tenebat̃ itaq; paulus ĩgentis amoris
demẽtia:si dici demẽtia põt:quo sane ut amator aliqs pcitus: deũ haud dubie
deperibat:cũ illi dũtaxat is uiueret quẽ adamasset:& ita ut extra se raptus: to/
tus ad deũ traduceret̃:neq; suã uitã pro sua duceret:sed ad eius cõtẽplationẽ
tantisp:quẽ tanto amore insectaret̃. Si itaq; mente excessimus: deo inquit exces
simus:hoc est dei ob gratiã. ❡Caritas enim christi urget nos:estimantes hoc
quoniã si unus pro omnibus mortuus est:ergo omnes mortui sunt:& ꝓ oib9

mortuus est christus: ut & qui uiuunt iam non sibi uiuant: Sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.) Vrget enim nos caritas dei nobis perspicua: & ualde compellit: ut eius gratia pericula adeamus: iudicemusq; apud nos ipsos perspicuum esse: quia pro omnibus sit mortem perpessus: eo & illum mortem oppetiisse: quia interisse uniuersos constaret: uoluisseq; eundem pro perditis mori: ut uitam nobis elargiretur. Cum itaq; nobis sit uitam hic elargitus: nil uiuere amplius nobis: sed illi debemus: cuius munere auram hanc ipsam spiramus: qui ne non solum pro nobis mortem obiuit: qui & ab inferis resurrexit: primitias nostras: hoc est suum corpus ad celum mox sustulit: ut nos etiam eodem omnino sit traducturus. Quid enim erat necesse ad celos illum deferri nisi fuisset & nobis eodem conueniendum? quo fit: quia mortuus nostri gratia sit: ut & uitam donarit: immortalitatis nobis & pignus item contulerit: ut illi non nostris cupiditatibus uiuere debeamus.

¶ Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem.) Postq̃ omnes qui morti obnoxii scelerum ratione iam extitissent: per christum baptismi gratia reuixere: merito inquit neminem fidelium cognoueramus secundum carnem qui uiueret: hoc est secundum ueterem illum & carnalem uiuendi modum: omnes nanq; fideles spiritu ipso renati nouam quandam & spiritalem transigunt uitam. ¶ Et si cognouimus secundum carnem christum, sed nunc iam non nouimus.) Ostendit quemadmodum uel in degenda non secundum carnem hanc uita: christum nos premium habere & ducem: inquitq; & si fuit unq̃ carnali conditione christus: haud tamen in presentia est. Dicet aliquis: quid ita? num carnem ille deposuit? absit: quippe qui quo assumptus est statu eo sit & iterato uenturus: atqui in carne ille & corpore sublatus est: quid igitur? tandiu ergo nos dicimur secundum carnem hanc uiuere: q̃diu peccatis erimus obuoluti: Tunc uero procul a carne uitam hanc degere: cum nihil delinquim9: Christ9 autem tunc dicitur secundum carnem uixisse: quando pro nature passionibus nulli tamen culpe obnoxius uixit: uidelicet cum famem ac sitim & labores perpessus est: nunc uero nequaq̃ carnis necessitati subiectus est: hoc est passionibus constat hunc esse immunem: que natura ipsa corporibus insunt hisce mortalibus: nec arceri dum in humanis agitur possunt. Corpus nanq; nunc gestat nulli necessitati obnoxium: ut nos ipsos commonefaciat nil ultra ad carnis conditiones & uitia: sed secundum spiritum degere.

¶ Si qua ergo in christo noua creatura.) Si quis inquit christi fidem admisit in aliam quandam traductus est ille creationem: & denuo conditus, nequaq̃ itaq; ueteri more ducenda est uita.

¶ Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.) Queret aliquis: que nam hec uetera dicit? Nempe delinquentium facinora: & iudeorum ritus & opera: Preterit nanq; uetus peccatum & anima noua nobis est reddita: nouum preterea & corpus effectum: & pro rebus iudaicis cunctis innouata sunt omnia? Nam pro lege euangelium: pro Ierusalem celum: pro templo uelum quod intimum erat: in quo ipsa trinitas continetur: pro circumcisione baptismus. pro mã

na:christi purissimum corpus:pro aqua domini sanguis: pro baculo uel moy/
sis uel aaron:crux ipsa.pro agno dei filius:& huiusmodi reliqua.

¶ Omnia autem ex deo qui nos reconciliauit sibi per christum.) Hec sane uni/
uersa a deo nobis collata sunt:qui filii sui interuentu: secum ut in gratiam re/
diremus effecit:neq; enim priores ipsi ad eum ultro confugimus.sed per filii
mortem nos ille exciuit. ¶ Et dedit nobis ministerium reconciliationis.) O
clementię profunditatem.cum enim filium pater ad nos legasset:eundem q; ab
his qui reconciliatione hac indigerent: necatum uidisset: nil prorsus uel hoc
pacto commotus:humanum genus neglexit:quin potius ad ministerium homi
nis reconciliandi:apostolis nobis & operam demandauit:ut circũuagi hoc mu
nere fungeremur:ad eos iam reuocandum:qui ab se disciuissent: secumq; hos
ipsos in gratiam reduceremus.

¶ Quoniã quidem deus erat in christo mundum reconcilians sibi:non reputãs
illis delicta ipsorum.) Dixit superius deum nos sibi reconciliare:propterea ne
forte occurrat quispiam inquiens:at qui filium ad id ille demisit? nunc infert:fi/
lium quidem transmisit:is tamen dumtaxat homines hortabatur: pater uero
is erat qui mundum sibi in christo reconciliaret: hoc est per christum: adeoq;
se beniuolum erga homines & placabilem prestitit:ut non modo nullum his in
tulerit cruciatum:sed reconciliationem offerret:nec solum missa fecit delicta:
quinetiam nec illa cuiq̃ imputauit. Nam si rationem factorum is exegisset: om/
nes utiq; interiissent. ¶ Et posuit in nobis uerbum reconciliationis.) Nihil
quod graue sit uel molestum:ut uobis afferrem iniunctum a deo est mihi:Sed
solum ut in gratiam uos secum reducerem. Cunq; nil ipse persuadendo pro/
fecerim:insistite uos tandiu hortantes:quoad his possit persuaderi: ut deo re/
concilientur. ¶ Pro christo ergo legatione fungimur:tanq̃ deo exhortante p
nos obsecramus pro christo reconciliamini deo.) Pro christo:hoc est christi lo
co legatione nos fungimur:quodcunq; enim erat ille facturus nos in presenti
exequendum suscepimus:& quemadmodum per illum hortabatur nos deus:sic
uos hoc tempore per nos ille hortatur ut sibi conciliemini:neq; enim dixit de/
um uobis conciliate:sed uos illi reconciliamini:q; si uel hostium more huic ob
sistentis:nil tamen ipse uobis obnititur. Deus nanq; hac pater est:nec si quis ac
quidpiam ipse in homines deliquisset:ad uos legauit apostolos:ut ueniam de/
precetur.miram sane pietatis & indulgentię magnitudinem.

¶ Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit:ut nos efficere/
mur iustitia dei in ipso.) Ne reliqua ipse commemorem:quemadmodum scilicet
de nobis uel benemerentem affeceritis ignominia:utq; prior ipse in gratiam re
dire uolueritnonne uel ex recentibus eius beneficiis:dignum censeri debet? ut
cum ipso sitis animo placatiori deuincti?quid ita? quoniam eius filium:qui nul
lum norat peccatum:hoc est:qui ipsemet iusticia esset:pro nobis fecerit morte
obire:perinde peccator esset is & maleficus:inquit enim execrabilis qui suspen
sus est ligno:& cum iniustis reputatus est. Non enim peccatorem fecit hic inqui
t:sed peccatum:quod utiq; maius est longe:ut nos dei iustitia efficeremur. nõ

ex operibus uel lege: Sed dei ex gratia: Id enim designat dei iustitia cum gratis quispiam iustus efficitur: Cumque nulla in eo deprehenditur labes: & ideo nequaquã dixit: ut iusti efficiamur: sed dei iustitia: gratię arguens immensitatē.

¶ Adiuuantes autem: exhortamur: ne in uacuum gratiam dei recipiatis.) Adiutores nos inquit sumus: & uobis ad consequendam salutem: & deo: ut eius expleat uoluntatem: hoc est: quę uobis ut salutem impartiat procliuior est fungimurque exhortando christi nos uice: quoadusque ille secundo adueniat: & quãdiu in uita hac fuerimus: ne in cassum gratiam dei accipiatis. Quid enim conduceret diuina gratia prauis facinoribus eximi: si deinceps ad pristinam negligentiam rediretur? Id nanque nil aliud foret: quã in pristinam inimicitiam illam relabi. Sic fieret ut frustra uideretur diuina fuisse in nos gratia tanta collata. Haud quãquã itaque existimandum est: in fide dumtaxat peccatorum constare uacationē: quin & optimo uiuendi opus est genere: ut ab his simus immunes.

¶ Ait enim tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis.) Tempus acceptabile dicit: in quo per gratiam & peccatorum remissio fit: & iustitia condonatur: Nã illud haud dubie est acceptabile tempus: quo nos excipit deus: exauditque: & saluos facit. Nam in iudicii die neque aures nobis prestabit: neque opem laturus est ullam: nec salutem peccantibus. Necesse est itaque dum interea gratię tempus offertur: ut enixe certemus: nam facile hoc pacto potiemur uictoria.

¶ Nemini dantes ullam offensionem: ut non uituperetur ministerium nostrũ.) Hortamur uos inquit & operam simul prestamus: ut uitam nemine offenso degatis: perinde inquiat: me uelim duce utamini: Nam sic mihi uiuendum instituit: ut nulli ne criminandi quidem me dixerim: sed ne uel leuiter incusandi ledendiue occasionem prebuerim: quod eo feci: ne nostra notetur administratio & ignominiam subeat non enim ne culpentur res per me geste: uel mea institutio dixit: sed ne quam uel tenuem labem aut uituperationem admittant: enitor. Nonnulli uero id dictum hunc sunt in modum interpretati: uidelicet ne recidat quęuis ignominię nota: quam ipse ministerium dicit. Tunc enim uituperationem subiret predicatio mea: cum uitam ipse improbe ducerem. Tacite etiam & Corynthios carpit: ut quorum maleacta iam uita a multis culpetur: culpantiumque execratio omnis in christum & eius fidem redundet.

¶ Sed in omnibus exhibeamus nos metipsos sicut dei ministros) Vel id sane maius uidetur: cum inquit: non solum necesse erit: ut quauis culpa & labe uaces: sed ita ut uiuas: ut ex tuo hoc recte uiuendi modo perspicuũ facias: dei te ministerio fungi. ¶ In multa patientia.) Narrat preterea quemadmodum talis ipse tolerando euaserit: neque simplici quadã patientia dicit: sed multa: quippe que non semel atque iterum omnibus erit in rebus prestanda. Sed usque ad finem erit exhibenda.

¶ In tribulationibus in necessitatibus.) Id quidem pressuras accumulat: cum nullus fiat: quę hominem angunt exitus malis. ¶ In angustiis.) Videlicet quę per inediam: uel tentationes alias offeruntur.

¶ In plagis: in carceribus.) Vide quantum hęc afferant mali: cum utrunque per se grauissimum sit. Plagis preterea affectus est paulus: & in carcerem sepe coniectus. ¶ In seditionibus.) Hoc est in persecutionibus: cum nullum haberet hic locum: quo posset consistere: quia multi eum insectarentur.

¶ In laboribus: in uigiliis: in ieiuniis.) Explicatis iam aliis que per alios sunt sibi ingesta: superinducit quibus se ipse ultro afficiat: manuum scilicet laboribus: quibus ipsum se & alios aleret: is insuper & uigiliis se & inedia macerabat ¶ In castitate.) Vel continentiam per castitatem prętendit. uel eius omnibus in rebus puritatem seruatam: uel quia gratis: & nullus illectus muneribus prędicaret. ¶ In scientia.) Hoc est in dei sapientia: quę uere dici scientia debet: non in exteriori hac & mundana qua fallaces apostoli niterentur.

¶ In longanimitate: in suauitate.) Animi est profecto adamantini: agitatum undique & circumpunctum: non solum mentis seruare celsitudinem: sed & bonū se & ęquum prestare. ¶ In spiritu sancto.) Ostendit unde hanc sit uirtutem adeptus e spiritu uidelicet sancto: nam cum pręclarum aliquod de se facinus edit: mox spiritus sancti ope factum id infert. potest etiam intelligi in spiritalibus donis: ex his nanque ostendimus: ministros nos dei esse effectos: quandoquidem miranda quędam: & que supra hominem sunt, factitemus. uel quia in spiritu sancto, hoc est in spiritus donis neminem ipsi offendimus. Nam & si intumescunt plerique q linguis potiti sint: quibus nequaq̄ necessariis in rebus utantur: ab huiusmodi tamen longe alieni nos sumus.

¶ In caritate non ficta.) Caritas hęc haud dubie bonorum est illi omnium causa: hęc inq̄ ut apud se spiritus sanctus maneret: efficiebat. ¶ In uerbo ueritatis.) Hoc est dei uerbum nihil adulterantes. ¶ In uirtute dei.) Nil inquit hominum mihi debet adscribi: cum constet dei potentia uniuersa hęc fieri. ¶ Per arma iustitię a dextris: & a sinistris.) Arma iustitię sinistra appellat quęcunque tristitiam afferunt. arma uero: quia tanq̄ muris nos sepiat: & tutos reddat. Sinistra preterea dicit: ob uariam multorum conscientiam: iniunxit nanque & dominus: non ultro adeundas esse tentationes: sed si offerantur ferendas. Dextra autem que letiora sunt nuncupat. Horum itaque alterutris, nil paulus arguebatur obnoxius: quippe qui neque tristibus & aduersis contraheretur: neque lętitia & prosperis insolesceret, sed potius iustitię arma hęc ipsa reddebat. ¶ Per gloriam & ignobilitatem.) Explicauit iam nobis: quid dextra & sinistra significarent: ut quę & gloriam simul preferant: & ignobilitatem: uerum si queras: quo pacto pro armis iustitię hęc futura sit gloria: respondebo equidem: quia q̄ multos ad religionē inducat & fidem: qui preceptori deferē honos: qd igiē: pauli ne id erit accensendū uirtuti! maxime: qa nihil uel laudatus is deflaccebat: nec predicando fatigabaē: uel ignominia affectus deterrebaē: qn potius hęc ad patiētiā & probitatem: cum prędicationis successu hunc exercebat.

¶ Per infamiam & bonam famam.) Vel hoc magni momenti est: infamiā tolerare: hęc nanque acerrime animum mordet: eoque & dominus beatos hos asserit: qui conuitia & contumęlias perferunt: que infamia uel cruciatibus ipsis uidetur acerbior. Nam cum corpus tormentis urgetur: cum anima patitur dolorē:

Cum uero nota afficimur aliqua: animo incumbit quicquid est oneris: unde & Iob uxoris conuitia molestius longe ferebat: q̃ plagas & ulcera.

¶ Vt seductores: & ueraces, sicut qui ignoti & cogniti.) Id ipsum est quod per infamiam dixit: & bonam famam: hi nanq̧ quibus paulus curę esset & cognitus: eundem quasi nusq̃ antea nossent: dedignabantur. Quod profecto iddę prętendit quod per gloriam dixerat & ignominiam.

¶ Quasi morientes: & ecce uiuimus.) Hoc est quasi morti adiudicati: & condemnati. Nam quod insidiantium nobis animum spectat hauddubie morimur quãtum uero ad dei uirtutem: ecce hac uita fruimur. ¶ Vt castigati: & nõ mortificati.) Fiunt hęc inquit ad nostri castigationem dei permissu: Quo fit: ut ad futuram mercedem haudquaq̃ exiguum sit castigationis huiusc̨ interea lucrum: quod sane dictum a Dauid scriptis desumptum fuisse constat cum inquit. Castigans castigauit me dominus: morti autem non tradidit me.

¶ Quasi tristes: semper autem gaudentes.) Exteriori quidem hac facie uidemur merore confecti: intus uero incredibili fruim̃ suauitate: non enim interruptum nostrum est & instabile gaudium: sed continens & perpetuum.

¶ Sicut egentes: multos autem locupletantes.) Non solum diuitiis spiritalibus q̃plures ditauit: sed mundanis etiam hisce & temporariis complurimos iuuit. Nam cum omnium sibi fidelium domus paterne: opulentior uidebatur: & multis bona hec presentia impartiebatur & uictum: Nam & sanctos qui hierosolymis erant alebat: quod ex insequentibus patefacit.

¶ Tanq̃ nihil habentes: & omnia possidentes.) Qui enim nullis uitę presentis inhęserit bonis: omnibus nimirum abundat: perinde inquiat: uos omnia petẽti mihi ad nutum suppeditastis: quibus aliorum subuenirem necessitatibus. Que autem superius dixit eo commemorauit: ne in rebus aduersis & mestis perturbarentur Corinthii. ¶ Os nostrum patet ad uos o Corinthii: Cor nostru̇ dilatum est.) Enumeratis propriis paulus certaminibus: ostensoq̧ in modũ narrationis quemadmodum necesse sit: ut ille sese imitentur: futurum est tandem eosdem ut carpat: ut qui sui ipsius haudquaq̃ magna tenerentur beniuolentia: quod tamen anteq̃ ipse aggrediatur: aperit suam erga illos sic caritatem: uellę equidem perpetuam apud uos habere orationem: & multa differere: palamq̧ & fidenter uos alloqui: quod plane ostendit: cum inquit: os meum patet ad uos: idq̧ propterea dicit: quia illos & obiurgaturus est & facturus perspicuu̇: maximum esse caritatis inditium: increpandi fiduciam. unde non solum inquit uerbis meam erga uos prę fero caritatem: sed corde: cum illud apud uos diffusum habeam & ampliatum. ardor nanq̧ amoris ille: non modo mihi os patefacit: sed mentem dilatat: & ita ut uos capiat uniuersos: quod ipsum subinfert dicẽs.

¶ Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in uisceribus uestris.)

Vos quidem inquit: & si q̃plurimi sitis: meo in corde quod sane patentissimu̇ est: haud quaquã inarcto: uagamini: uestris uero in precordiis: & uisceribus in angusto estis: & ita astricti: ut ne vel unum me largiter possitis excipere: subinde inquiat: ipse equidem ingenti uos prosequor beniuolẽtia: uos ỽo & si

erga me aliquo estis amore effecti,& complexum uestris in precordiis detinetis
arctior tamen uestra hec caritas est & angustior:qua me complectimini.
¶ Eandez autez habentes remunerationez:tanq̃ filiis dico dilatamini & uos.)
Hoc est eandem ipsi amoris uicissitudinẽ:& parem prestate in me beniuolenti-
am:estoteq; & uos queadmodum ipse in caritate effusi:idq; pro debito quodã
deposcat:cum inquit:tanq̃ filiis dico:Neq; enim uideor magis aliquid efflagi-
tare si pater cum sim a liberis coli duxerim non indignum.Debent nanq; & fi-
lii hoc in patrem prestare officiũ. ¶ Nolite iugũ ducere cum infidelibus.) ne
uideatur sui ipsius hec gratia protulisse. ostendit pro corinthiorum utilitate:
non sua illorum se exegisse beniuolentiam:quasi id dicat:illud sane uestram er-
ga me patefaciet caritatem:si nullum uobis cum infidelibus fuerit cõmertium:
Neq; ad illorum partes declinaueritis. ¶ Que enĩ participatio iustitie cuz ini-
quitate.)Hoc loco haud quaq̃ se cum infidelibus confert. Sed corinthiorum
uirtutem & ingenuitatem cum infideliuz comparat improbitate:nec secus agit
cum his :q̃ pater aliquis solet qui filium uideat cum perditissimis hominibus
diuersari:ad quem uerba huiusmodi habeat.que nam tue esse potest nobilitati
cum illorum iniquissimis moribus consociatio? Vos itaq; paulus inquit, indu-
bitatam prefertis iustitiam:illi uero deperditam quandam nequitiam Que naz
ergo potest & uobis cum infidelibus esse communicatio. ¶ Que societas luci
ad tenebras?Que autem conuentio christi ad Belial?)Cum uellet omnino apo-
stolus ut Corinthii ab infideliuz desciscerent contubernio:haud sane dixit:que
esse potest conformitas eorum qui in luce sint:cum his qui in tenebris degant
uel christi sectatoribus:cum his qui demonum partes sectantur? sed res ipsas
pro personis induxit:lucem scilicet & tenebras:& quod amplius erat christum
ad Belial,Belial uero apostatam dicit & desertorem:porro ex christi & Belial
appellatione:atrociorem eius reddit orationem. ¶ Aut que pars fideli cum infi-
deli.)Hoc loco & personarum meminit:ne simpliciter uel incusare nequitiam
uideatur:uel uirtutem extollere. ¶ Qui autem consensus templo dei cum ido-
lis? Vos enim estis templum dei uiui.)Sunt quidem infideles idolorum tem-
plum.uel idoli potius:uos autem dei edes:nec qualem illi fabulis suis confin-
gunt:sed uiuentis.Qui igitur erit uobis cum istis consensus:hoc est similitu-
do & conuentio. ¶ Sicut dicit deus:quoniam inhabitabo in illis & inambula-
bo:& ero illorum deus,& ipsi erunt mihi populus.)Ne ad gratiam hec dice-
re uideatur,ostendit sacrarum litterarum testimonio:quemadmodum dei sint
templum.Anteacte inquiens uite integritas: deum in uobis facit inhabitare:
sed uestra in posterum uigilantia:& inambulare compellet:inerit nanq; homini
deus:qui pure degat & pie:deinceps cum ad aliam bonorum operum exercita-
tionem prouehitur & patriarcharum more ad altiora conscenderit obambula-
re in eo & uersari dicitur deus:quemadmodum & in Iacob & Abraam & Isa-
ac dicebatur. ¶ Propter quod exite de medio eorum:& seperamini dicit domi-
nus:& inmundum ne tetigeritis:& recipiam uos.) Neq; enim dixit haud quaq̃
que absurda sunt:facite:sz ne attigeritis:ẽ aũt duplex imũditie gen9: corporeũ

scilicet & spiritale: Spiritale quidem ut impuri & sordidi cogitatus: & oculis las sciuientibus intueri: uel odia exercere: & dolos nectere: & eiusmodi. Corporeū uero: ut incestus & adulterium: & quicquid reliquum est praui facinoris: uult itaq̧ Corinthios cum animi: tum corporis puritatem seruare. Quo circa exite inquit de medio infidelium: & seperamini: hoc est: illos iam declinate: & puriores efficiamini: Sum nanq̧ uos tales effectos libenti animo suscepturus. Cuȝ enim quis malis actionibus liberatur deo coniungitur.

¶ Et ero uobis in patrem: & uos eritis mihi in filios & filias dicit dominus omnipotēs.) Vides queadmodū longe ante predixit propheta que in nobis baptismi ob gratiā sunt finē iā cōsecuta: regeneratione uidelicet: & ipsaȝ adoptionē

¶ Has ergo habentes ꝓmissiones carissimi mundemus nos ab omni inquinamēto carnis & spiritꝰ.) Quas illas narras ꝓmissiones: eas scȝ quibꝰ nos sumꝰ certiores effecti. Tēplū nos dei futuros: eundēq̧ habituros: & inhabitātē nobis & inambulātē: hūc ipmq̧ nobis in diē futurū & pr̄em: quocirca purgemꝰ nosipsos actionibus malis: hę nāq̧ inquinamēta sūt carnis: & sordidarū & affectarum cogitationū illuuies: hę inq̄ spiritus sūt: idest animi labes. ¶ Perficientes sāctificationē in timore dei.) Nec plane sat est a sordibꝰ abstinere & uicus: qn & boni aliqd pagat̄ necesse ē. Sāctificationē aūt mūdiciā dicit & cōtinētiā: In timore uero dei eo adiecit: uel qa ex īdustria sit alia quedā ad hominū gratiā & laudeȝ consequandā: nō ꝓ dei timore seruata cōtinētia: uel ut nobis ostēdat ut deum uerīti: puriores nos ipsos exhibeamus & cōtinētes. Nā uł si uim inferat carnis cōcupiscētia: dissoluet̄ mox omnis libidinis furor: si deū uerebimur. Nec soluȝ cōtinētia hęc erit ꝓ sāctificatōe habēda: sȝ ōis deniq̧ uitę integritas. ¶ Capite nos: neminē lesimus: neminē corrupimus: neminē circūuenimꝰ.) Rursū de caritate disserit: & qm̄ cū ab se deficiētes dixisset īfidelibus adhesisse: illoꝝ. pculit animum: nūc eos mitigaturus: sic inqt: capite nos: hoc est recipite: & ample adeo & effuse: ut non angusta quadā & tenui caritate & uobis nos cōplectamī Porro ut fraudulētos patefaciat apłoꝝ. quorūdā mores: sic infert: neminē lesimus: hoc ē: neminē uel uerbis uel factis offēdimus: neminē corrupimus: hoc ē seduximꝰ: uł ipiis dogmatibꝰ nulli mentē infecimꝰ. neminē circūuenimus: id ē nihil a quoq̄ auaritię cupiditate extorsimꝰ: uł pecunias: sub predicatōis obtētu subtraximus. ¶ Nō ad cōdēnationē urām dico: ꝑdiximus enī qd̄ in cordibus nr̄is estis ad cōmoriendū: & ad cōuiuēdū.) Nequaq̄ hęc cōdēnādi uos grā dixerim: uñ id liquet dicet aliqs: nimirū ex caritate ipsa: qa in corbibꝰ nr̄is estis: & qm̄ possumus quēpiā ꝓsequi beniuolētia: nulla tñ subeundi discrimina uolūtate: ad cōmoriendū dixit. Cūq̧ plerīq̧ ob inuidiā nil amicoꝝ ꝓsperitati cōgaudent: ad conuiuendū adiunxit: subinde summatim inquiat: neq̧ in periculis desertūrus uos sum: nec secundis uestris & prosperis rebus inuidebo. sed uobiscum potius una sum uitaȝ ducturus. ¶ Multa mihi fiducia est apud uos: multa mihi gloriatio pro uobis.) Quoniā incessere hos uidebantur: cum diceret: in angusto estis: & me capite: respondet nunc subinde rogatus eosdem consolaturꝰ: sic īqens. Haudquaq̄ hęc dixi: qa in uos sentētiā tulerī & ꝯdēnarī: s; quia multa mihi fiducia apud uos est: & uobis ꝯfido plurimū: cupidus ad officium

& uirtutem traducere. ꝙ autem mihi alienus sit a uestri condemnatione iam animus: licet sane ex his conspicari quę pro nobis: hoc est p͛o uestro p͛ofectu iactare apud alios soleo: & glorię ducere. ¶ Repletus sum consolatione super- habundo gaudio in omni tribulatione nostra:) Quoniam inquit correcti iam estis: & ab his prorsus alienati quos ipse per superiorem epistolam improbaue ram: consolatione me expleuistis: nec solum mihi attulistis solamen: quo omnis mea pelleretur mestitia quin etiam habundantiori quadam iocunditate me uel plurimis oppressum malis opplestis. prefert enī letitię magnitudinem: cum su- perando inquit. Contraria hec superioribus esse apparent: quę pauloante de co- rinthiis disseruit paul9: cū haud quaq̄ diuersa sint: nā utrūq͂ ꝓfitētis est carita tē: & illa quidem castigantis erant: hęc confirmātis: nō ex odio ꝓfectā esse cas tigationē eiusmodi: sed a beniuolentia natā. ¶ Nā & cū uenissemus in Mace- doniā: nullā requiē habuit caro nostra.) Et pressuras explicat & uerbis extol- lit: ut ostendat tantā fuisse gaudii magnitudinē: ut uel dolores q̄bus caro eius afflictaret̄ decusserit. Recte aūt eius carnē nullā habuisse remissionē subiecit: q̄a anim9 illi & cōstās erat & isupabilis. ¶ Sed omnē tribulatōnē passi sumus foris pugnę.) uidelicet que ab infidelib9 iferunt̄. ¶ Intus timores.) Timebat enī ne a falsis apostolis ifirmiores nōnulli subtraherent̄. ¶ Sed q̄ consolat̄ hu- miles: cōsolatus est nos de9 in aduētu Titi.) Quoniā magna quędā hic ꝓfiter̄ ꝓducit & titū in testē. Quis aūt ille sit q̄ cōsolationē hanc afferat: deus ē iq̄t: is nāq͂ & nos cōsolatus est: q̄a ad nos Titū remiserit: cuius aduētus satis ad- modū ad leuādos angores hos meos fecit. Cupit preterea ueneratiorē hūc apō Corinthios reddere: cū dicit Titi aduentū cōsolationi sibi fuisse. ¶ Nō solum aūt in aduentu eius: sed etiā in cōsolatōe q̄ consolatus est in uobis.) Nō solū i- q̄t ob id ipsū: q̄a nobis in anxietatis & molestiaꝝ tpe & presto fuit: & cōsolat9 est: uerū etiā q̄a de uris uirtutibus talia retulit: ut uel ex his solamen maximū ceperim: hoc ē: uñ gr̄a gaudio sim affectus: & uos ob uestra officia: & reꝝ op- timarū ꝓuectū collaudauit. Reddit p̄terea & Titū his uerbis cōiunctiorē co- rinthus: utpote q̄ eos apud se cōmendauerit. ¶ Referens nobis urm desideriū uestrū fletū: uestrā emulationē ꝓ me.) Erat sane nō indecēs in luctu illos uer- sari: & dolore torqueri: ptim q̄a eoꝝ institutor apl̄us tot malis affictaret̄: ptī q̄nod tādiu abesset: eoq͂ non lacrimas simpliciter dixit: sed fletū: hoc ē mixtā cū gemitu querimoniā: quinetiā epipothisin intulit: hoc est: acerrimā quandam iuestigandi cupiditatē: neq͂ irā dixit: sed aduersus fornicantē ęmulationē: pinō dicat: estis enī sūmo ardore accensi exequendi quę iusseram: & mei gratia falsis apl̄is aduersari. Hęc autē dicit non solū ut prioribus ulceribus q̄bus corinthi- os ipsos affecerat: medeat̄: sed uere ut uideat̄: emendatos hos suscepisse. Erant nanq͂ ex his p̄ditis moribus imbuti cōplures: & laudibus hisce nō digni: alio- q̄n nil eos secernit apostolus: q̄n potius & laudes cōmunes his facit: & crimina in mediū impartit̄: pmittēs singulis pro eoruꝫ conscientia: ut sua uel bona: uel praua facinora recognoscant. ¶ Ita ut magis gauderē.) Et si ob Titi letor ad uentū: maiori tamen ex his sum iocunditate affectus: quę ipse mihi de uobis re nuntiauit. ¶ Quoniā & si contristaui uos in epistola: non me penitet: & si pe niteret.) Et si talia inquit ad nos scripsi que castigandi modum excederent

mibi tamen penitudinem attulerunt: quia immoderatius uos pupugissem. Alioquin quod maximū uobis obuenit: ex his emolumētuꝝ: nihil me in presenti: ut peniteat facit. hec antē dixit. nō quia preter modum Corinthios icrepassꝫ sed his ut promeritas laudes augeret. ¶ Videns ꝙ epl'a illa & si ad horā uos cōtristauit: nūc gaudeo: nō qa cōtristati estis: sꝫ qa cōtristati estis ad penitētiā.) Aduerte aūt quēadmodū illataꝫ eis tristitiā epistole tribuat: neqꝫ enīꝫ hāc dixit plurimū his profuisse: qđ uerius erat: sed uirtuti illoꝝ rem omnē ascribit dicēs Gaudeo equidē: nō qa merore sitis affecti: sed qa uos meror ille ad penitēdū induxit: que enī mihi posset ex uſo dolore afferri cōmoditas? ¶ Cōtristati enī estis sm deū ut in nullo patiamini ex nobis.) Increpiti inqt a nobis tristititia q dē: que deo ē placita: uos ipse affeci. quo fit: ut nullā sitis a me aliq̄ in re iacturā ppessi: qnqdē uos uniuersi uel ideꝫ ille q atrocius fornicādo deliqt: haud parū me castigāte & tristitiā afferēte iā pfeceritis: solet nāqꝫ pceptor: tum magis obesse discipulis cū peccantibꝫ nihil cōuitiaꝛ̄. Nā si cōuitio isectareꝛ̄ delinquētē: futurū esset oino: ut castigatus ille: & acrioribus uerbis increpitus: pficeret plurimū. ¶ Que enī sm deū tristitia ē penitētiā in salutē stabilē operaꝛ̄.) Differt nunc de tristitia: ostēditqꝫ haudquaq̄ hāc officere cuiq̄: nisi cū ex mūdana q̄dā cupiditate oboriꝛ̄: pecuniaꝝ uidelicet uel iactura: uel questu: uel glꝛ̄e auiditate & caroꝝ amissione q uita excesserint: huiusmodi nāqꝫ tristitia mortē parit & aīe quidē semp: corpori uero nōnunq̄. Nā & multi eā ob causā fato sūt functi: animiqꝫ & corporis iacturā ppessi: ueꝝ si qs cōmissoꝝ scelerū grā: merore magis torqueꝛ̄: tristitiā haud dubie subit: que deū oblectat. hec nanqꝫ uel sola ad hmōi morbi facit medellā: qppe que adeo salutifera sit: ut cū accepte salutis penitere nō liceat: tū etiā ꝙ a spiritali morte hominē subtrahat. Nemo enī non se ipsū cōdēnat: q ob peccata merore conficiꝛ̄. ¶ Ecce enī hoc ipm sm deum cōtristari uos: q̄ntā in uos opaꝛ̄ sollicitudinē.) Nullis aliis inqt argumētis ostenderim: que sm deū ē tristitie cōmodū: nisi ex his que p uos ipresentiaꝝ geruntꝛ̄: quos nō solū nil prsus penitet iniecti meroris: qn etiā & sollicitudo accreuit & studiū. ¶ Sed defensionē.) Estis nāqꝫ uram ob penitudinē apud me excusati. ¶ Sꝫ indignationē.) Qua estis in fornicantē usi. ¶ Sꝫ timorē.) qa me uerīti estis: a timore qdē tāta: & tā accelerata pcessit ura hec emēdatio. ¶ Sꝫ desideriū.) Mei uidelicet: nā cū timorē dixisset: ne uidereꝛ̄ tyrannū agere potius q̄ instructorē: statim id dictū castigat: desideriū inqens: qđ amorē: nō dominatū pretēdit. ¶ Sed emulatōeꝫ.) Que dei habeꝛ̄ ob gratiā. ¶ Sed uindictam.) Diuine legis respectu quādoqdē in eius detractores uindictā exercuistis.

¶ In oibus exhibuistis uos incontaminatos esse negocio.) Nō solū inqt uos estis nil tale facinus ausi: q̄le fornicator ille cōmisit: qn etiā neqꝫ illius usi estis consortio: & quoniā in superiori epl'a dixerat: & uos inflati estis. Qđ dictū criminis hos faciebat participes: sic ait: nunc uero uel eiusmodi detriuisti suspitionē: & palā fecistis eiꝰ negocii: hoc est: peccati & labis uos fuisse imunes. ¶ Igitur & scripsi uobis nō pꝑter eū qui fecit iniuriā: nec pꝑter eū qui passus est: sꝫ ad manifestādā sollicitudinē nram quā habemus pro uobis coraꝫ deo.) Ne forte obiciendi eiusmodi habeant Corinthii occasionē: quid ergo nos obiurgabas si puriores eramus & continentes? & eius negocii plane expertes? Ad hec ita

respondet Apostolus: tantas eqdem habeo litteris illis quas scripseram grãs: adeoq; nihil me penitet uos increpasse: ut asserã illas: eo me conscripsisse: ut oībus innotescerent: cum caritas mea: uobis iam impartita tum omnis solertia: ac studium uestri ob gratiã p me susceptum: deo coram: hoc est: deo spectante: & non ignaro uera hec esse. verebar nanq; ne & uos inuaderet pestis: quę fornicantem illum inuaserat: ueruz quēnam paulus dicit & intulisse: & perpessum iniuriam: eos hauddubie qui inuicem sunt fornicati. Nam alter alteri mutuam iniuriam intulit. Cur prętérea inquit apostolus: non propter eũ se scripsisse q iniuriam fecit: scripseram equidem at: illius scelere impulsus nephario: haud tamen prior ille mihi: ut scriberem; attulit causam: sed uestri de causa ep'am exaraui: contendens precipue ne ciuitas uniuersa: illius morbo inquinaretur: quod utiq; nequaquam ab eo diuersum est quod alibi paulus dicit: num de bobus & nulla est deo cura? Non enim deum nil boues curare dixit: Nam quo aliter pacto constare possent? sed quia haudquaquam principaliter bouum gratia tulerit legem.

(Ideo consolati sumus.) Quoniam studium omne meum pro uobis susceptum esse perspicuum est: neq; fefellisse me cogitationes & uota: propterea & maximum in modum sum consolatus.

(In consolatioue autem nostra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi.) Ad consolationem quam ex uobis: ut dictum est ceperam: accessit etiam & abundantior quędam ex Titi gaudio lętitia: cuiusmodi consolatio & gaudium per uos mihi ex uestris operibus iniecta sunt: & deinceps sic sequtur. (Quia refectus est spiritus eius ab omnibus uobis: & siquidem apud illum de uobis gloriatus sum; non sum confusus.) Propterea inquit sum iocunditate affectus: quia tales uos Titus inuenit: quales fore sibi prędixeraz: unde & ipse refectus est spiritu: cum eiusmodi uos comperisset: & nil sibi uel graue uel iniocunduz a uobis occurrerit. istiusmodi igitur pauli gloriatio & corinthios uirtute prędítos arguit & sese in eos: uti in liberos beniuolum & propensiorem ostendit. Tales igitur oporteret hoc tẽpore: ut discipulis se prestarent & preceptores; & his moribus uiuerent.

(Sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus: ita & gloriatio nostra ad titum ueritas facta est.) Quemadmodum inquit quęcunq; uobis prędicaui: & uera sunt: & certiora: uel quia merito erant & Titi laudes apud eum explicandę: quę haudquaq̃ cõmentitię essent & ficte: Sic & quęcunq; de uobis gloriatus sum: haudquaq̃ conficta esse comperta sunt. (Et uiscera eius abundantius sunt in uobis.) Propterea apud Corinthios Titum commendat: ut mutuum & illi in eum amorẽ rependant: utpote qui huic sit animo coniunctissimus: & illorum ardeat caritate. Viscera autem ipsius ideo intulit: ut intimum eius affectum & flagrantem amorem in hos patefaciat.

(Reminiscentis omnium uestrum obedientiam: quo modo cum timore & tremore excepistis eum.) Causas exponit quibus tanta in eos afficiat̃ titus beniuolentia: ostendens amoris primordia ab ipsis cepisse: simul ad caritatis officia obeunda hortatur: Neq; enim inquit simplicem quendam in Titum amorem

uel studium prętulistis: sed filiorum more excepto: facile paruistis: nec secus hunc, ac principem aliquē excepistis uenerabundi & trepidi: duplicem autem illos testatur in Titum beniuolentiam prestitisse: tū quia ut parentem diligerent: tum quia ut dominum uererentur: ne caritas ipsa: si timore uacaret: solueretur: ne ue si timor caritatis sit expers. minus sit gratus. ¶ Gaudeo: quod in omnibus confido in uobis.) Neq; enim adeo Titi ob gratiam letor: quod honorifice sit a uobis exceptus: Sed quia tales uos reperi: ut nil prorsus existimem ignominie mihi posse afferre: quin potius causam attulistis: ut queam & uobis confidere: & uestro ex profectu gloriari: Potest & aliter id dictum intelligi in uobis confidimus: uidelicet: quia dicta mea erga uos omnia, & facta animo equiori & libenti ad uestram edificationem accepistis: uel si urgentia nimis sint uisa: uel in uestram laudem edita: uel factu grauia sint iniuncta.

¶ Notam autem faciemus uobis fratres gratiam dei: que data est in ecclesiis Macedonie.) Haud temere Corinthbus plurimu; collaudatis his uerbis subsequitur: quod eo facit: ut eorum animis prelimins ad habendam in pauperes caritatem hortetur: & ideo superius dixit: in uobis confido: uidelicet: ut quecunq; dixerim facturus uos sperem: neq; id confestim adiecit elemosynam cōferre: sed aliorum facta in medium producens ad hos imitandos & illos inuitat: Aduerte autem quemadmodum dei gratiam dicat: mentem aliquā clementiorem & piam: faciatq; item id dictum minus inuidiosum: nitaturq; simul: ut Corinthios prouocet ad dei hāc gratiam rapiendam: neq; hanc illam ue urbem deprompsit: sed uniuersam extulit laudibus Macedoniam: ut et Corinthii sint uniuersi similibus intenti officiis. ¶ Et quod in multo experimento tribulationis: abundantia gaudii ipsorum.) Hoc est plutimum afflictati & adeo ut probi sint tollerando effecti: nil tamen animo conciderunt: sed letitia potius afficiuntur: nec simplici quadam et exili: sed abundanti & profusa. Et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.)

¶ Hoc est: quemadmodum pressure magnitudo in gaudium se effudit: sic ingens illorum & profunda inopia non solum nulli fuit ad elemosinam erogandā īpedimento: sed potius affluere opibus fecit nec rei collare dixit: Sed simplicitatis diuitias: Hoc est: animi uacantis inuidia: & ad impartiendu; facilis non enim beneficiorum copia: sed animi promptitudine liberalitatem metimur: hi nāq; : quod sane debet permirum uideri: cum ere alieno adeo essent opressi: ut eorum uel tenues facultates a creditoribus diriperentur: nil tamen intermittebāt, sese in pauperes liberales prestare. ¶ Quia secundum uirtutē testimonium illius reddo: et supra uirtutem uoluntarii fuerunt: cu; multa exhortatione obsecrantes nos.) Explicat quod dixerat supra: atq; pro uiribus immo supra quam uires suppeterent: illos fecisse: hoc enim prefert simplicitatis abundantia ut maiora facere quis cōnitatur quam eius patiatur facultas. Non enim inquit ad id officiu a nobis sunt prouocati: Sed ultro ipsi adierunt ¶ Verum quid illud dixerim: quandoquidem priores ipsi me ut id agerem: sunt deprecati plurimum consolationis attulerint.) Hec autem dicit non solum ut hortetur Corinthios, affatim conferant ut elemosynam.

sed lubenti id ut animo facititent. & ideo in his differendis plusculum immo
ratur. ¶ Gratiam & communicationem ministerii quod fit in sanctos.) De
est hoc loco; quod merito erat dicendum. Hortabar uos equidem ad suscipien
dum id ministrandi munus: Gratiam autem dixit: quoniam cum sectatores es
sent spiritalium gratiarum corinthii: uel hanc ipsi ministerii gratiam aggre
derentur: sicuti & superius dixerat: munus uero ministerii dixit: ut intelligãt
suas facultates sanctis impartiendo: nil contulisse: se magis: q̃ accepisse.
¶ Et non sicut sperauimus.) Nulla inquit nobis spes erat: homines qui tan
ta rerum penuria & angustius tenerentur: enixe adeo a nobis exposcerent p̃ci
bus ut eorum ministerium: hoc est. eorum bona sanctissimis uiris impartien/
da acciperemus. ¶ Sed semetipsos dederunt primum domino: deinde nobis
per uoluntatem dei.) Vel alias quasdam hoc loco macedonum astruit suo tes/
timonio: & probat uirtutes: perinde dicat. neq; enim cum erogandis elemo/
synis intenderent plurimum: ueluti excecati: officia reliqua negligebant. Sed
domino potius sese obtulere: in omne opus deo acceptum; animo nõ esitabũ
do propensiores: quetiã & nobis tradidere seipsos: hoc est: cunctis in rebus
nobis subiecti nutu q̃dã diuino caritatẽ pretulere. Quo fit: ut dei uolũtate ñ
ullo hominum instinctu id agant. ¶ Ita ut rogaremus titum: ut quemadmo
dum cepit ita proficiat in uobis etiã gratiã istam.) A deo inquit Macedo
nes enixe ad clementiam & ad id conferende elemosyne munus se contulerũt
ut ego re ipsa perspecta adiecerim animum: ut itidem & uos faciatis: ne illis
sitis inferiores: & titum hortatus sum ad uos iter arriperet: quemadmodum
et ipse cepit: hoc est: qui prius quaz esset per me impulsus uenire ad uos des/
tinauerit. Quibus uerbis & Titum Corinthiis facit coniunctiorem: ut ad/
uenienti illi: & elemosinam ubertim impartiendam esse consulenti facilius pa
reant perinde qui ea sentiat: et sit consulturus: que in eorum sint utilitatez et
commodum concessura. Rursum eiusmodi rem ad pietatem spectantem: gra/
tiam dixit. Est nanq; dei dono id ad scribendum: qui enim sibi pietate adsimi
lem reddat: qui se ad id muneris et officii contulit. Vnde & sapiens quidam
inquit: Magni est quidem uir: & honore dignus: quem aliene uel abiectioris
fortune misereat: uel inopie. ¶ Sed sicut ĩ omnibus abundatis: fide: & sermo/
ne: & scientia: et oĩ sollicitudine insup & caritate ura in nos: ut & in hac gr̃a
abundetis.) Hos laudando hortatur dicens: Quemadmodũ & ceteris estis
abunde potiti. Sic & in hac gratia abundetis necesse est: idest ul ut Macedo
nas beneficia impartiendo excedatis: uel simpliciter. ut laxiori liberalitate uta
mini. Fidem autem dicit donorum: sermonem uero indubitata sapiẽtie uerba
scientiam. dogmatum. sollicitudinem que erga alias uirtutes exhibetur: Cari/
tatẽ demũ: qua erga se essent affecti. p̃dixerat nãq; illud: ostẽdistis ĩ Tito q̃
ĩ me h̃retis caritatẽ p me emulãtes. ¶ Nõ q̃si ĩperãs dico.) Hoc ẽ nihil uos
cogẽs dixeri p̃iñ aliq̃ habeã ĩ uos p̃tatẽ. Sed p alioꝝ solicitudinem etiã ur̃e
caritatis ĩgeniũ bonũ ꝯprobãs.) Hoc est. ꝑpterea macedonas extulerĩ laudi
bus: ut illoꝝ. ex studio ur̃am erga sc̃õs oẽs caritatem testatiorẽ esse ostendam
& clariorem. ¶ Scitis enim gratiam domini nostri ihesu christi: quoniã prop
ter uos egenus factus est: cum esset diues: ut illius inopia diuites essetis.) H5 prelate

Hoc est cognoscite: & mēte ingens illud uersate misterium & nulli rei parcetis. Quod si forsan diffidis paupertatem diuitias parituram cōplectere cogitatione: & dominium tuum: nec ultra his dictis fedem abrogabis: nam si ille nil eēt pauptatē sectatus: hoc ē: si carnez hanc terreā abiectaz: & honoris immunem non accepisset: & reliqua ignominiosa nostri ob grām qui tantis his sumus beneficus indigni nō esset perpessus: nunq̄ essemus has opes adepti: Veꝝ quas opes narrat? Pietatis videlicet, religionis: uicioꝝ expurgationem & sanctimoniam: & bona reliqua: quę antehac nobis contulit deus: & collaturus est. ¶ Et consilium in hoc do: Hoc enī uobis utile est.) Attende autē quemadmodum minus se grauem studeat exhibere: Do. n. inquit consilium: non necessitatem impono: quod eo attulerim: ut uobis potius conferat: q̄ ceteris qui illud sunt accepturi. ¶ Qui nō solum facere: sed et uelle cępistis ab āno ꝑore: nūc aūt & facto perficite.) Non. n. ultra ex aliena solertia & studio sed ex propria animi promptitudine eos hortatur: inquitq3: non solum uero ad id officiu concessistis: nec modo solū ad rē peragendam dedistis initium: qnetiaz & ad uelle: hoc est: sponte & factis: & nemine īpellente rem exequimini. Nunc autem uobis id consulo: ut opus iam ceptum terminetis. ¶ Vt quemadmodum promptus est animus uoluntatis: ita sit et perficiendi ex eo quod habetis.) Videlicet: ut non promptitudine tenus & uoluntate constet facinus aliquod bonum: sed ad finem ut traducatur. Nam quemadmodum uoluntas ipsa animum reddit ad rem gerendam propensiorem. Sic et facta ex rerum copia preficiuntur. Quicunq3 igitur fortunę bonis potitur: & rem ipsam perficiat: & elemosinā impartiatur: qui uero nil habet, uoluntate exquitur beneficium. ¶ Si enim uoluntas prompta est. secundum id quod habet accepta est: non secundum id quod non habet.) Aduerte quam prudenter apostolus Macedonibus collaudatis: hoc est Thessalonicēsibus ipsis quia supra uires elemosynam contulissent: a corinthus uero nil magis deposcat: q̄ eorum suppetant facultates: Si itaq3 pauperibus aliquid impartiri libuerit: conferte pro uiribus: & erunt hęc uoluntate collata: deo accepta. ¶ Nō enim ut aliis sit remissio: uobis autem tribulatio.) Neq3 enim inquit ut alii per quietem & ocium in delicus sint: necessariū est pręter uires aliquid ipsi impartiatis. Vnde & indigentiam patiamini: & angustior res uestra familiaris reddatur: tametsi dn̄s eo uiduam laudauerit: quia omnem substantiam contulisset: quod tamen in presentiarum apostolus ab his haud quaq̄ contēdit: tum quia adhuc infirmiores erant corinthii. tum quia & opibus affluebant: & ita ut si pro uiribus singuli collaturi essent: copiosa admodum & insignis futura esset collatio. Sperat pręterea illos Thessalonicensiuz exemplo magis ac magis īcitatum iri: & ideo eorum potestati rem omnem permittit: & in sequentibus deniq3 canet si sub obscure ad idipsum hortatur. ¶ Sed ex ęqualitate in pręsenti tempore uestra abundātia illoꝝ inopiam suppleat.) hoc est: uos pecuniis abūdatis: illi uero plurima in deum confidentia. Date inqt quibus affluitis bona. Cum illi his careant. ut sitis eorum fiducie non expertes: quę illis uberior inest: & cuius uos estis immunes. Aduerte autez quemadmodum tacite moliatur: ut uel pręter uires hi sua impartiant. Si enim uis

inquit frui hac tua copia: largire et ipse copię huius portionem: Quod si soli
dam cupis mercedē accipere: prębe & ipse id integre: quod sane prębitū carē
tiā affert: & supra uires uidetur: & id quidem tacite sentit apostolus: alioqn
ut perspicuum est pro suis facultatibus/ut cōferant: cōmonefacit. ¶ Vt fiat
ęqualitas sicut scriptum est: Qui multū habuit nō abūdauit: & qui modicū
nō minorauit.) Quo pacto hęc fiet ęqualitas? nimirū si alternis quę uobis sup
sunt/contuleritis: & aliorum ęgestatem supplebitis: Verum q̄ esse potest pari
litas si spiritalia pro carnalibus repensentur: neq; enim pro pręcii magnitu
dine/uel paruitate collati uel redditi: ęqualitas dicitur. Sed cum ipsi quod su
perest/largiemini: & illi quod nimium est: condonabunt. & rursum: quę uobis
defuerint: accipietis: & illi contra: quibus indiguerint/accepturi sunt: Sic fit
ut dici ęqualitas possit: In futuro autem seculo maior sane earum erit rerū ex
cessus: quas illi cōtulerint: qui minus habent. Contrahamini necesse est diui
tes. Siquidem rerū stabilitate & copia uos superant inopes: Inducit pręterea
quod gestum apud iudeos fuerat: cum legerent māna: ut arguat quo pacto fi
at ęquatio hęc: nam ei qui multis abundat uir opulentus: cū pauca habenti:
quod superest dederit: nec sua accrescunt nec illi decrescūt qui paucis potiat̄.
Vtpote qui a diuite ea accepit: quod item dici de fiducia potest: quę in deo
ex optimis uitę actionibus haberi solet: aliud pręterea quiddam pagit maius
aperit nanq; diuitibus: quemadmodum mānę siue qui plus collegisset: siue q
minus eandem habuisse mensuram: inuēti sint: deo imoderatā cupiditatē cas
tigante. Nolite ergo & uos maiora & plura cōcupiscere. ¶ Gratias aūt ago
deo qui dedit hanc solicitudinem pro uobis in corde Titi.) Cum de ęlemosi
na quę esset necessario dicenda disseruisset: Laudat demum qui eam ęrant
ad recipiēdum trāsmissi: ut omni ab his auaricię suspicione summota: ad ma
iorem illos induceret conferendi promptitudinē: Titū vero: quia primatum
hos inter qui essent ad eam rē destinati obtinuisset: cōllaudat Paulus. asserit
q; eundem ad huiusmodi rē administrandā: dei fuisse opera excitatum: quippe
q eandem illi/quam sibi iniecerit sollicitudinem: Quocirca illos hortat̄ ut li
beraliores sint in conferēdo: pinde dicat: Si constat deum ad id ministeriu mu
nus Titum excitauisse: Sub huius persona deus ipse deposcit: debetis ergo:
quę deo sunt digna/ofterre muneraq; & ęlemosinā ipartiri inopia laborātibus.
¶ Quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cū sollicitior esset/sua uolū
tate profectus est ad uos.) Quęret aliquis. Vnde ergo id patet/deum eū ad
rem Titum impulisse. ex eo profecto quia a me cohortatus. libēter hanc meā
exhortatiōem exceperit/nihil obmurmurans: sed ultro abiens ad uos iter susce
pit: quo fit: ut nullo meo impulsu studiū id ille & sollicitudinē pre se tulerit.
¶ Misimus etiā cum illo fratrē nostrum: cuius laus est in euangelio p oēs
ecclesias.) Nonnulli lucam hūc esse dicūt: quē Paulus euangelii gratia quod
ille conscripserat/fratrem appellat: Nonnulli vero barnabam asserūt: qui & si
euangelium minus conscripsit: pręd icationem tamē quā exercebat: euangeliū
nuncupat: cuius tamē in laudes nihil effunditur: quemadmodū in Titi effu
sus est laudē & forsan iccirco qa barnabe nomē Corinthus erat obscurius:
Titi uero notum & cęlebre: Alioquin & illi satis laudum plectit: Non enim

simpliciter ĩqt euangelium prędicat: sed in euangelio laudē est adeptus. Neqꝫ apud duas trinasue: sed apud oēs ecclesias huiusmodi est gloriā assecutus. ¶ Non solū autē: sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinatiōis nostrę in hanc grām quę ministrat̃ a nobis.) Laudat hoīez uel ex eoꝝ qui hunc delegissent iudicio: non modo inquiens cū euangelium prędicat: laudē hic ꝓmeretur ut probus: sed ab ecclesiis etiā est institutus: ut nr̄m iter comitaret̃: Quocirca & tentationū est mihi & discriminū particeps. Hęc aūt barnabe cōgruūt magis: is nanqꝫ fuerat ad id muneris & gratię destinatus: vt cū Paulo vna pecunias administraret. ¶ Ad dn̄i grām & destinatā uoluntatē vr̄am.) Hoc est: ut ob id & gloriam assequatur deus: & uos conferendi promptitudinem: q̄nquidē & probi sunt qui collatam per uos pecuniā capiūt: & nihil his insit quod parere queat suspicionem. ¶ Deuitantes hoc: ne quis nos uituperet in hac plenitudine quę ministratur a nobis in dn̄i gloria.) Dignum id sane: Pauli sanctimonia: & curę quā pro his susceperat magnitudine & indulgentia. Propterea .n. inqt hos destinabimus: neqꝫ vnū duntaxat: sed plures: quia deuitantes grē: hoc est suspicantes & ueriti sumus: ne qué forte incessat suspicio: peniū haꝝ ipi pecuniaꝝ ꝑtem nobis aliquam uendicemus: nec tamē dixit ne uos: s̃ ne qs: ne molestius ferrēt Corinthii: Si qbꝰ eēt forsitan ꝑsuasuz: sese eiusmodi aliquid de Paulo suspicari: & plenitudo hęc: hoc est pecuniaruz hęc copia nobis credita: satis ualeret ad inferendā improbis & maledicis suspicionem: nisi futuram ipsi securitatem prętulissemus. ¶ Prouidemus enī bona: non solum coram deo: sed etiam corā hominibus.) Attende Pauli ꝓbitatem: pręcauebat .n. ne fratres offenderet: quippe qui non huiusmodi iactitauit: mundus sū ipse & purior: doleat q uelit: & flagret inuidia: s̃ illud intulit: in dei cōspectu prouidemus: hoc est: illud apprime curamus: ut culpa uacemꝰ nec minus & coram hominibus idipsum eo enixius factitamus: quo imbecilliores sunt & infirmi: quibus haud secus nos condescēdimus: q̄ pueris solemus quos sumus laturi. ¶ Misimus autem cum illis & fratrem nostrum: quez ꝓbauimus ĩ multis sępe solicitū esse: nūc aūt multo sollicitiorē confidētia multa in uos.) Alium insuper inducit quē fratrem appellat: commēdatqꝫ qa illuz in m̄ltis fuerat exptus: & peniū sententiā ferat: studio hūc dicit: & industria pollere: In multis uero: & sępe cum ait huius laudē auget: sollicitiorez demū hunc multam uos confidentia dicit: quia plurimū ille confideret profusiorē Corinthios ęlemosinā facturos: quę esset ab se dispensanda. ¶ Siue pro Tito qui ē socius meus: & in uobis adiutor.) Si qd uidelicet de Tito dicendū est: hęc equidem quę dicam habeo: quia & sociū se mihi & adiutorez in vr̄am institutionē & utilitatem exhibuit: uel aliter: quod .n. Titi ob gratiā egentis id omne non in alienigenam quempiam: Sed in meum comitem & adiutorē contulistis. ¶ Siue fratres nostri.) Hoc est: si de aliis libet aliquid audire: iure qdem & illis fides est adhibenda: & fraternum id nomen pręstandum: quos ꝓ fratribus ducimus. ¶ Apostoli ecclesiaꝝ.) Hoc est ab ecclesia ad id destinati & ĩstituti. ¶ Gloria Christi.) quod omniū erat pręstantius postremo posuit: subinde inquiat: in Christo rerum omnium uertitur sūma: quę ab illis geruntur. ¶ Ostensiōem quę est caritatis vestrę: & nostrę glorię pro uobis: in illos

ostendite in facie ecclesiaꝝ.)Ostendite inqt hoc tempore: quemadmoduꝫ amo
re ꝓsequamini: utq; & ipsi haud frustra gloriemur in uobis. qḋ sane tūc ꝑtule
ritis: cū caritatē significabitis: q̄ sitis in hos affecti: quos ad uos mittim9: id. n.
omne in ecclīe estis ꝑsonā facturi: qḋ in nos ipsi gesseritis: hoc ē ī ecclīaꝝ ho
norē. Preferūt enī hi ecclīaꝝ ꝑsonā: q ab ecclīs trāsmittunť. ¶ Nā de minis
terio qḋ fit in sāctos: exabūdāti est mihi scribere uobis.)Cū tāta de his supius
dixerit: dicturusq; deinceps sit: asserit tñ inane id fore & supuacaneū: si rursuꝫ
iisdē de reb9 ad eos ꝑscripserit: id aūt agit prudēti9: ut Corinthios magis alli
ciat. pudebit enī cū tāti se fieri a paulo uiderint si huius ęstimatione arguanť ī
feriores. ¶ Scio enī promptū animū uřm ꝓ quo de uobis glorior: apud mace
dones: qm̄ & achaia parata ē ab anno ꝑterito.)Cōptā inqt ipe habeo uřaꝫ ani
mi in cōferēdis pecuniis ꝓmptitudinē: quā & iactare cōsueui: dicereq; nō soluꝫ
ad id paratos uos corinthios esse: sꝫ uniuersā Achaiā: nihilq; ultra deesse: nisi
eoꝝ aduētū q pecunias sint accepturi. Quocirca uerecundię ducā. si deꝑhendar
maniter & falso hęc iactitasse. ¶ Et uřa ęmulatio ꝓuocauit plurimos.) Dixe
rat supius: spōte illos ad eā largitionē fuisse īductos: & ita ut nihil ei9 uł opa
uel īstigatōe īdiguerint. cur ergo īqt: qa uřa ęmulatio ꝓuocauit plimos: nēpe
plimos dixit: ñ oēs: quoꝝ nōnulli & uolūtate erāt ad officiū ꝓpēsiores: & pau
li ope īdigebāt. nōnulli uero uřa ęmulatōe īducti: ad optimū opus ꝓuocabanť
homines nāq; maiorē in partē ut recte agāt: alioꝝ ducunť exēplo: uł aliter: hoc
ē: qa uolēti bꝫ uobis elemosinā egētibus īpartiri: nec cōsiliū dedim9: neq; adiect
mus stimulos: sed laudib9 dūtaxat: ꝓsecuti uos sumus: qḋ satis ualere ad uos
cohortādos uidebať. vides quēadmodū & macedones ipsos corinthus collau
datis ad bñficētiā excitet: & corinthios ꝓuocet: Macedonū ꝓbata ad eaꝫ rem
ꝓmptitudine. Estis enī īqt illoꝝ ꝑceptores effecti: nolite ergo discipulis: cū si
tis magistri: uideri defectiores. ¶ Misimus aūt fřes: ut ne qḋ gloriamur de
uobis: euacuenť in ꝑte hac: ut quēadmodū dixi parati sitis.)Tāq̄ corinthioꝝ
se mēbꝝ astituit: doletq; eoꝝ uicē: quoniā gloriatus sū inqens: uereor ne uitupe
ratōe afficiamur & ignominia: ꝓpterea & fřes misi: ne qḋ de uobis gloriamur:
euacueť: hoc est: ne inanis & uacua deꝑhēdať hęc mea de uřo ꝓfectu iactātia:
ipse nāq;: cū ducerē uos mihi apud oēs decori: gloriat9 etiā apud macedones sū
Quo circa si fueritis ad officiū id obeundū posteriores īuenti: cōmunis futura
mihi uobiscū est ignominia: & si haud quaq̄ ceteris in rebus: in hac tñ ꝑte: hoc
ē in elemosina ꝑ uos cōferenda. uereor ne uituperādus sim ipe. Estote ergo pa
ratiores quēadmodū & macedonib9 dixerā paratos uos esse: simul & reliquuꝫ
Achaię populū ita: ut nihil sit: qḋ hūc ad elemosinā īpartiendū hāc remoretur.
¶ Ne cū uenerint macedones mecū & īuenerit uos īparatos erubescamus nos
ut nō dicam9 uos ī hac substātia.)Rursū hisdē in rebus uersať: augetq; ꝓ ua
rio q̄ iā humani īgenii discursū: illoꝝ angorē. forti9 nāq; erubescim9: cū ī alio
rū cōspectu ignominia nobis īferť. Agitis īqt mecū forte fidēti9: utpote: q uo
bis īdulgeā. sūt tñ uobis macedones ñ incogniti: q̄ꝝ uerecūdia tenere uos de
bet si qdē mecū una ad uos sūt & hi cōcessuri: q si uos īparatos īuenerint: hoc
ē elemosinā detrectātes: & me mēdacii arguēt: q uos paratos esse rettulerim: &
uos auaricię īcusabūt: erubescēdū qppe erit: si ī nřo aduētu uřa hęc nec ꝓmpta

sit: nec cita collatio: aut nunq̃ deceat in elemosinam contuleritis. Castigat autez eius sermonem apostolus: cũ inquit: erubescamus ne uos dixerim in hac substã/ t a gloriationis (ut grece habet) hoc est: in sola uestrę huius elemosinę mea iac/ tantia: presertim cum cęteris in rebus haudquaq̃ criminis sitis obnoxii. Quod sane non ut his gratificetur adiecit: sed ut illos faceret ad elemosinã promptio/ res: ne cũ in reliquis profecerint plurimũ: in hac deprębendant̃ nõ probi: & se ipsis inferiores. Cum autem inquit: ne uos dixerim: arguit magis illis esse eru/ bescendum si arguantur ad id officii tardiores: substantiã autem: rem ipsam di cit: & elemosinę collationem: uel gloriationis uim & iactantiam. ¶ Necessariũ ergo existimaui rogare fratres: ut pręueniant ad uos: & pręparent repromissã benedictionẽ hanc paratã esse: sic quasi benedictionẽ: non quasi auariciam.) ne contraria dicere uideat̃: quippe qui dixerat supra: superuacaneũ est: ut ad uos scribam: eadez illa nunc repetit: & de liberalitate & munificentia differit. & quẽ admodum animo promptiori id obeundũ sit opus: cõmonefacit: eoq̃ & fratres se mittere dicit: ad duo quedã exhortans: tum ut liberaliter prebeant & abundã tum ut animo libentiori id agant: prudenter utraq̃ sane pertractans. Naz pri/ mo de uolũtaria largitione disputat: deinceps & alterum caput aggreditur. ait igitur in benedictionem his quod largiunt̃ concedere. siquidem nemo qui bene dictionem sit: hoc est elemosinã impartitus: merore afficitur. Ostendit prete/ rea pullulantem ex ea mox fructum: & quẽadmodum benedictione expleat̃: q effusius prębeat: neq̃ his dictis contentus: non quasi auariciam intulit: perinde dicat: neq̃ enim existimetis cupiditatis & auaricię gratia: quę uos contuleritis nos accepturos: sed quia sumus benedictione uos condonandi cupidiores. quo fit: ut qui elemosinam ab inuito extorserit: quasi ad auariciam uideatur hanc ip/ sam exigere. ¶ Hoc autem dico: qui parce seminat: parce & metet: & qui semi/ nat in benedictionibus de benedictionibus & metet.) Ad alterum caput per/ transit: uidelicet quemadmodum ad liberalitatem sit largiendum: inquitq̃: uel id ipse adiecerim ad ea quę dixeram: quoniam nihil sit: parce dandũ: neq̃ auare dixit & sordide: sed quod plane honestius est: parcitatis nomen ingessit: & semẽ nuncupauit rem ipsam. ut statim ad compensandam mercedem attendas: per- discasq̃ plura te accepisse q̃ dederis: & q̃a abũde ↄferẽdũ ẽẽ differuit: iterato uo lũtariã & ꝓmptã largitionẽ ↄmeminit. nã q in bñdictionib9 seminat: illud ꝑtẽ dit qͦd dictũ sup19 ẽ. ¶ Vnusq̃sq̃ ꝓut destinauit in corde suo: ñ ex tristitia: aut ex necessitate: Hilarẽ enĩ datorẽ diligit de9.) ĩmorat̃ diutius rõni eiusmodi differẽde uolũtarie largitõis: haud sane ignar9: satis iã exẽploꝶ dedisse macedo nes: qb9 & Corinthu possint ad munificẽtiã excitari: q̃ppe q̃s pudeat his mu nificẽtia uideri ĩferiores: eorũdẽ ꝑterea & mẽtẽ sanat: ut uirtuti sit qͦd illi ↄtule rint: ñ necessitatis. nã lõge a uirtute abessẽt: si iuiti qd agerẽt. q̃rit itaq̃: tãq̃ ue/ r9 ꝑceptor: ut uirtutis rõe discipuli factitẽt quodcũq̃ his ẽ pagẽdũ: q̃ etiã ut merita ill' sint ĩtegra: q ultro q̃ recta sũt pagũt. q̃admodũ coñ qͦd iniq̃ aĩo fit: ꝓmentũ ꝑmiũ ĩtercidit: & iõ unusq̃sq̃ iqt ꝰm qͦd destinauit ĩ corde suo: nõ ex tristitia: aut necessitate: qͦd ut testat9 faciat: ex solomonis dicti exẽplũ ꝓducit: tãetsi hęc a sapiẽtissimo illo ad liberalitatẽ sint dicta & bñficẽtiã. ¶ Potẽs est aũt deus omnẽ gratiã abũdare facere in uobis.) Cõfutat his uerbis opinionẽ: q̃

capti pleriq; sumus: illud precipue soliti usurpare: Si aliis multa contulerimus: uerendũ ne ad egestatẽ ipsi mox redigamur. inquit igit̃: põt haud dubie deus adeo uos omni imunes reddere indigẽtia: ut omnẽ grã; hoc ẽ ut omnẽ elemosi nã possimus abunde facere. cõferte g̃ affluẽter: ut ũra elemosina magis ac mag; & ppetuo quodã fluxu redũdet. ❡ Vt in oibus semp omnẽ sufficiẽtiã haben tes abũdetis in omne opus bonũ.) vides quẽadmodũ ñ opes illis cõprecet̃ apls s; qd ad uitã sit satis: id aũt ingens: arguit nequaq̃ se illos cogere: ut aliis ea i/ partiant̃: qbus ipsi idigeãt: simul etiã istruit qbus in rebus sint dei dona uten/ da: ut abũdetis uidelicet i omne opus bonũ: subiode dicat: in his eqdẽ q̃ carnis sũt: sufficiẽtiã uobis optaueri;. in spiritalibus uo (id enĩ ptẽdit in omne op9 bo nũ) abũdãtiã. s. & ubertatẽ: ut ñ solũ magnũ in modũ qs clemẽtior sit: s; omne opus qd deũ oblectet: liberaliter obeat. ❡ Sicut scriptũ ẽ: dispsit dedit paupi/ b9: iustitia ei9 manet in seculũ seculi.) Dixit supius: ut abũdetis: id ipm itaq; cõfirmatur9 pphete iducit & testimoniũ: cũ dispsit inqt: hec qppe dictio: mu/ nus affatī datũ: & affluẽtiã mõstrat: nã pecunie qdẽ: qa fluxe & fragiles sunt: haudquaq̃ diu osistũt. iustitia uero, hoc ẽ, pietas ipsa: atq; clemẽtia. p iustitie enĩ nomẽ pietatẽ designat: utpote: que iustiorẽ hominẽ reddat: & soluat peccata: i omne ẽ euũ pmãsura: i pñs uidelicet seculũ & futurũ. q enĩ pietatẽ seruauerit: & pstiterit se clemẽtiorẽ: ñ solũ ab oib9 colit̃ q̃diu egerit in humanis. s; ei9 isti p futura & soboles carior posteris erit. ❡ Qui aũt administrat semẽ seminãti: & panẽ ad mãducãdũ pstabit: & multiplicabit semẽ ũrm: & augebit icrementa frugũ iustitie ũre.) Simul his q̃ cũ corpi: tũ aĩe cõferũt opcat̃: facitq; ex sẽsibili hac terre cultura uerbis suis & fidẽ. nã si terrã serẽtibus semẽ subministrat de9 & cibũ outriẽtibus corpus suppeditat; lõge magis & his q celũ colũt: & animã alũt. datur9 ẽ semẽ. cũ aũt pstabit & multiplicabit semẽ ũrm iqt: de tẽporariis hisce opibus disserit. qd plaoe semẽ: mauult ut egẽtib9 distributũ spũtale red dat̃: & trãsferat̃ in animã. Ex hoc enĩ qduis boni opis nobis succrescit: & iu/ stitie insup manipuli augescũt. ob idq; & illud subiũgit: & augebit icremẽta iu stitie ũre. Nõ aũt hoc loco: quẽadmodũ deũ iducat: cibũ nobis & escã: ñ delici as subministrãtẽ: panẽ enĩ inqt i cibũ pstitit: qd dictũ ab hieremia accepit apo stolus. ❡ Vt in oibus locupletati abũdetis in omnẽ simplicitatẽ: q̃ operat̃ per nos grãr actionẽ deo.) Rursũ demõstrat quo pacto utẽde sint opes: atq; mi/ n9 has eẽ cõdẽdas: s; habẽdas poti9 ad omnẽ simplicitatẽ: hoc ẽ cũ liberalitate has eẽ euacuãdas: & qa eãdẽ pleriq; i scortis & mimis donãdis pferũt simplici/ tate: sic ifert. talẽ aũt dixeri simplicitatẽ: q̃ p nos deo grãs referat: qnpoti9 nec grãs solũ: s; alia pleraq;: que i pcessu patefaciet orõnis. ut ostẽsa bonor̃ copia: q ex hmõi simplicitate gignũt̃ ad eã pmptiores nos reddat. ❡ Q̃m ministeriũ hui9 officii ñ solũ supplet ea que desũt sãctis: s; etiã abũdat pmultas grãr acti ones i dño p pbatõe; ministerii hui9 glorificãtes deũ in obediẽtia cõfessionis ũre in euãgelio xpi & simplicitate cõmunicatõis ũre in illos & in oẽs: & in ipso/ rũ obsecratõe p uobis: desiderãtiũ uos pter eminentẽ grãm dei in uobis.) mi nisteriũ inqt hoc ẽ pecuniarũ pbitio plurimũ ualet: nã nõ mõ suppl't̃ p nos fra trũ egestas: s; etiã abũdat: hoc ẽ ultra q̃ satis sit: necessaria illis subministratis: ũn & plurimas hi grãs referũt deo: nec minus eundẽ & laudibus psequuntur:

q̄a tantopere estis euangelio ipsi morigeri: ut illius iussa abundantius exequami
ni: Euāgeliū nanq̧ & elemosinā ipartiri isttuit. deū p̄terea uel aliā ob causā illi
extollunt: & grās agunt: q̄a simplicitas hec & bonitas uřa: nō eoꝝ satis dūtax
at necessitatibus fecit: sꝫ in omnes fideles paupertate oppressos diffundit̄. Neq̧
eni hi liuore ducunt̄: ut solēt reliq pauperes: q̄n & grās agūt: q̄d uel ī alios be
nefici sitis. q̄d ꝓfecto haud mediocre est illoꝝ uirtutis indiciū. Necesse ē itaq̧
& his q adeo ceteros uirtute precellūt: ut nil prorsus īuideāt aliis: effusius ali
qd cōdonari. Accedit etiā q̄d uři grā deū ꝓcant̄: ut uos sit eis aliq̄n iuuendi fa
cultas: nō pecuniarū respectu: sꝫ diuine grē uobis concesse ꝓstātia: rursū & gra
tiā elemosinā nuncupat: omniū sūmā deo ꝑmittēs: ne forsan illi his largitioni
bus intumescāt. Cū aūt eminentē grām dicit: concitat eos: ut ampliora munera
factitēt: ita ut nemini sint largiēdo inferiores. ¶ Gratias ago sup inenarrabili
dono eius.) Donū dicit: que ꝑ elemosinā ꝓuenuīt bona: tū largitoribꝰ ipsis: tū
his q eā acceperint: uel bona ipsa cōmemorat: q̄bus ob xp̄i incarnationē digna
ti nos sumꝰ: subinde dicat: nequaq̄ ipsi existimate magnū aliqd: nequeūt enī q̄
a deo bona accepimus explicari: q̧ si qd & ipsi ꝑ exiguū & corruptibile e gēti
bus ipartimur: qd magni nā egimus? ¶ Ipse aūt ego paulus obsecro uos per
māsuetudinē & modestiā xp̄i.) Cū finē iā de elemosina differendi fecisset: aggre
dit̄ que duriora sunt: & admodū grauia: inuehit̄ q̧ in falsos apostolos & sui ob
trectatores: qui se inscitię incusarent: & inanis iactātię: dicturus pręterea in sui
laudē pauca inuitus tñ: ne eius predicatio contēptui haberet̄: enumerat & eius
officia: & gratiā: que sibi a deo sit tradita. quo fit ut nequaq̄ fallat̄ si qs ī pau
li laudē dixerit: hāc esse cōscriptā ep̄lam: dicere aūt incipiēti respondentiq̧ ad
eos: q se & infirmū diceret̄ & insolentē: & prorsus ignarū: eiusmodi uidet̄ sensꝰ
inesse. obsecro uos paulus ipse ego terrarū orbis instructor: dignitatē prefert:
cū ipse ego paulus inq̄t: quēadmodū alibi: ecce ego paulus dico uobis & obse
cro uos: ne me cogant detractores uti potestate mea in eos. nec sane parui sunt
faciende pauli preces: cū & xp̄i interponit māsuetudinē: subinde inq̄t uereami
ni xp̄i ꝑ quā uos oro māsuetudinē: simul etiā patefacit: cur illis parcat: id. s. q̄a
saluatoris xp̄i imitet̄ māsuetudinē: nō q̄a ad obiurgandū sit ipotētior: nolite g̊
nolenti mihi occasionē prebere ut ab hac absista benignitate: quā tātopere con
cupisco: ut uel hanc ad meū erga uos animū conciliandū interponendā iā censeā
¶ Qui in facie quidē humilis sū inter uos absens aūt cōfido in nobis.) uel id
ironice dicit: ꝑinde obtrectantiū uerbis utat̄: hoc enī illi in ore hābebāt cū pri
mū aderit paulus ille nullius esse momēti deprehendet̄: est enī ille abiectior &
facile contēnendus. Cū uero abest: intumescit & gloriat̄: audentior q̧ in nos est
& cōminat̄: uel certe de se ipso hec dissent: uidelicet apud uos ipse cū presto sū
me humilē prebeo & benignū: nūc uero si absens: magni aliq̄uid loquor: haud
quaq̄ desperatione id egerim: sed q̄a plurimū uobis confido. ¶ Rogo aūt uos
ne presens audeā per eam confidentiā qua existimor audere in quosdā: qui arbi
trant̄ nos tanq̄ sc̄dm carnē ambulemus.) Oro inquit ne me cogatis: ut mea fi
dentius utar poretstate: confidentiā eni suā appellat potentiā: qua existimor au
dere: hoc est in suspitionē uenio uel ea contemplor quibus falsi me urgent ap̄li
ut aduersum se inuehar: qui mihi obtrectando: & hipocrisim & simulationem:

obiectant: & insolentiam. id enim sentit cum inquit: tanq̃ scd̃m carnem ambule
mus. Aduerte autẽ queadmodũ: confidentiã nocet: a nonnullis illatã ulcisci in/
iuriã: tãetsi nihil sui ob gratiã: sed pro ipso euangelii preconio uindicando: id es
set facturus: magis est tñ preceptori consentaneũ tardiorẽ semp: se ad penas in
ferendas prestare: nec ad castigationẽ mox prosilire. ¶ In carne enĩ ambulãtes
nõ scd̃m carnẽ militamus.) Hoc est carne obducti: nihil carnalibus armis nos
utimur: predicationẽ autẽ: hoc loco cõmeminit: arguens haud quaq̃ humanam
hanc esse: uel terrena ope aliqua indigere. Militamus autem cũ inquit: ostẽdit
plane se predicando bellũ & certamen aliq̃d iniisse. ¶ Nã arma militie nostre
non sunt carnalia.) Hoc est non opes preferũt: nõ gloriã: nõ sermonis lenocinia
nõ dicta quedã blandiora: & simulata. istiusmodi nanq; sunt carnis arma. ¶ s
potentia deo ad destructionẽ munitionũ.) Nec sane spiritalia dixit: q̃d dicere
ad carnaliũ differentiã consequens erat: sed potentia intulit: arguens obtrectã/
tiũ dicta: ĩbecilliora esse: & nullius momẽti. Aduerte insup & pauli humilitate;
Nõ enim se ipsũ id posse dixit: sed arma deo potentia: hoc ẽ ualidiora hec deus
parauit. Nã cũ ueri apl̃i diuexarentur nonnulli & uapularent: impotentie esse ĩ
ditium uidebat̃. ait igitur: potentia quidẽ hec deo sunt arma: his q̃ppe ul̃ maxi
me dei potentia innotescit: & ille est: qui hec factitat: & preliat̃: tãetsi nos uide/
amur istiusmodi esse armis operti: uerũ ubi nam illa potentia sunt: & ubi uires
suas exercent: in euertendis nimirũ munitionibus: que quale sint. ita subiungit
¶ Consilia destruentes.) His nanq; armis inq̃t gentiliũ silogismos & captiun
culas: & tumorẽ prostramus: uel illoꝝ cõmenta: & cogitationes euertimus: &
animos eoꝝ deiicimus qui erroribus detinent̃: & ueritati subiicimus. Nam &
Areopagite illius: ea mentis elatio paulo predicante ab ĩpietate subtracta est:
& ad uerã religionẽ deflexit. Aduerte autẽ queadmodũ nulla dixerit debellãdi
gr̃a tormenta admouimus: sed mox destruximus intulit: ut & uictorie facilita/
tẽ: & spiculoꝝ quibus hominũ aĩmos p̃cellebat: uim patefaciet. ¶ Et omnem
altitudinẽ extollentem se aduersus sapientiã dei.) Immoratur eiusmodi euersio
nibus: ut clarius faciat: quod eius animo insidebat: infert itaq; uel quancunq;
dixeris altitudinem: siue animi siue locorum: que prerupta sint & bene munita
que dei sapientie aduersetur: uel euangelio obsistat: hanc ipsi omnem demoli-
mur. ¶ Et in captiuitate redigentes omnem intellectũ in obsequiu; christi.)
Per captiuitatis id nomen duo pretendit: & a libertate p̃lapsum: & absolutam
capturã. cũ ita quis capitur: ut nequeat reluctari: nec se capienti obsistere: po/
stremã hanc significantiã prefert apostolus: cum in captiuitatem dicit redigen
tes, subinde inquiat, non modo humana queq; concilia & cogitationes nos tol/
limus & superamus, quin & in seruitutem redigimus. quod sane perfectiorem
designat uictoriam. moxq; ad graue illud seruitutis nomen subiungit in chri/
sti obsequium. hoc est in eam hos deducimus seruitutem, que libertate quauis ẽ
honoratior: nam a perditione in salutem, a morte in uitam, sese christo subici/
unt homines, repete illos memoria qui christi iugo deuincti, magice artis uolu/
mina concremarunt. cognoscens haud dubie, quo pacto & alios plerosq; apo-
stolus huiusmodi captiuitate obstrinxerit. ¶ Et in promptu habentes ulcisci
omnem inobedientiam: cum impleta fuerit uestra obedientia.) Hoc loco Corin/

thios terrefacit:illud inquiens expectamus:ut uobis me cohortante iam emendatis:& a consortio falsorum apostolorū semotis:illos incurabili morbo affectos:& per uos destitutos:mox predicamus:in promptu nanq̧ habemus supplicia:quę his uobis inter eos uersantibus prohibemur inferre:ne & uos corrupiat illata plaga. Cum autem infert:uestra fuerit impleta obedientia:ostendit z si morigeros se corinthii ad id tēporis prestiterunt:non tamen perfecte obtemperasse. hec autē sic cōminatur:ut cum hi tum illi:quos asserit pena afficiendos & in uiam redeant:& eorum offendat neminem: Atqui nobis cogitationes sepe oboriuntur diuerse:potioribus prauis reluctantibus:subsequūtur deinceps superantium cogitationum elationes:cum aduersus diuinam sapientiā ipsi extollimur:ita ut in furias cōuertantur. Est preterea & intelligentia simplex quędam:& mentis impręmeditatus occursus:quę longe melius rem ipsam demonstrat:q̄ index aliquis posset. insunt demū & his qui a demonibus circūueniuntur:tales animi conceptus:quales paulus & quiuis alius qui cum paulo sentiat & in seruitutem redigit:& christo facit obsequentiores. ¶ Que scd̄m faciem sunt uidete.) Non solum seductoribus formidinem incutit quinetiam & seductos obiurgat:& ideo inquit:ex his que scd̄m faciem sunt:hoc est que uidentur uidete:id est iudicate:si quis uidelicet inflatus superbit:si quis opibus affluit:si quis demum uirtutis figura uel umbra opertus est. ¶ Si quis confidit sibi christi se se esse:hoc cogitet iterū apud se:quia sicut ipse christi est:ita & nos.) Iactabant nanq̧ falsi apostoli:christi se sectatores esse:eumq̧ forsan & propriis oculis conspexisse:a seipso autem in eam sententiam dicit:nihil expectet istorum quispiam se se a me obiurgatum iam iri:sed intelligat uelim:& si se christi discipulum glorietur:nequaq̄ plus quidpiam se:q̄ uos assecutos. Non enim is christi minister erit:ipse uero a christo alienus. in progressu tamen orationis patefacit:q̄tū illos excedat. ¶ Nā & si āplius aliq̄d gloriatus fuero de potestate nr̄a quā dedit nobis dn̄s in edificationē & n̄ i destructiōez uestram:non erubescam.) Haud quaq̄ dixit ipse & cruciandi:& occidendi potestatem sum nactus cum illi nil habeant istiusmodi:sed sūmissius protulit amplius quidpiam:neq̧ si glorior dixit:sed si gloriatus fuero:id est si gloriari uelim de potestate quam mihi contulit dominus. Rursum deo uniuersa permittit: accepi enim hanc inquit a domino facultatem:ut in fidem aliquid exędificem beneficia conferendo non ut tormentis afficiam quēpiam:uerum cur illud dicet aliquis? consilia destruentes intulisti? nimirum quia & putrida demoliri:& impedimenta prosternere plurimum facit ad noua molimina. Cur pręterea his comminaris:si minus ad internitionem hanc acceperis potestatem? fateor equidem hanc me imprimis ad ędificandum accepisse potentiam:uerum si quis insanabili morbo laboret:ad pernitiem demolitione mox utar. igitur si gloriari uoluerim quia plus quidpiam deus sit mihi q̄ ceteris elargitus:ita ut & benefacere possim & si necessitate cogar nil me pudeat ad demolitionem & cruciatus ingerere: hoc est nihil ipse uel mendax deprehendar:uel insolens & elatus:ut ea mihi asciscam:quę mihi nequaq̄ fuerint per deum concessa. ¶ Ut autem non existimer tanq̄ terrere uos per epistolas:quoniam quidem epistole inquiunt graues sunt & fortes:

presentia autem corporis infirma: & sermo contemptibilis: hoc cogitet qui eius/
modi est: quia quales sumus uerbo per epistolas absentes: tales & presentes fac
to.) Quod inquit tale est. Poteram equidem gloriari: uerum ne uidear uos per
litteras pauefacere: quemadmodum dictitant detractores: qui asserunt me per
epistolas iactitare q̃multa: & ad terrorem q̃plura conscribere: presentem uero
facile contemni: conuincicꝫ haudquaq̃ talem me esse: qualem me littere preferũt
intelligat uelim quicuncꝫ sit ille: qui ista obiecerit: non solum nos gratia com/
minari absentes: quinetiam presentes posse ad facta cõminationes deducere:
¶ Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam qui seipsos cõ/
mendant.) Hoc loco falsos apostolos & insolentie & inanis glorie arguit: perin/
de magna quedam de se assuetos iactare: inquit igitur nequaq̃ ipsi audemus
inferre: hoc est connumerare: uel cõparare: hoc est opponere nos ipsos horum
nonnullis qui laudibus se ipsos extollunt. ¶ Sed ipsi in nobis nosmetipsos me
tientes: & comparantes nosmetipsos nobis.) Illi inquit nequaq̃ dignum existi-
mant: se se cum ullo posse conferri mortalium: quin potius sibiipsis se compa/
rant: mutua quadam concertatione: necꝫ intelligunt: q̃ sint irrisione dignissimi
qui hunc in modum superbiant. Nam cum singuli potiores esse se gloriantur:
aliis detrahunt. Quo fit ut omnes abinuicem arguantur improbitatis: quod q̃
ridiculum sit nil sentiunt. nos uero contra nosipsos metimur cum nihil aliud
nobis q̃ quod iniunctum est uendicamus & comparamus nos nobis quia q̃d
nostrum officium exigit factitamus. ¶ Nos autem non i immensum gloriabi
mur.) Illi forsitan arrogantes & iactabundi dictitabant eiusmodi: in ultimas
terras profecti sumus: & orbem uniuersum predicando obiuimus. Nos uero
paulus inquit: haud quaq̃ talia que immensa uidentur: iactabimus.
¶ Sed secundum mensuram regule: qua mensus est nobis deus mensuram per
tingendi uscꝫ ad uos.) Deus inquit nobis terminos prefiniuit: ut nostra glo/
ria ad uos uscꝫ pertingeret. ¶ Non enim quasi non pertingentes ad uos
super extendimus nos: uscꝫ ad uos peruenimus in euangelio christi.) Credi
potest: falsos apostolos nulla gratia predicandi: sed temere quocuncꝫ profec-
tos: ex solo accessu fuisse gloriatos: & ita ut omnium summam sibi adscribe/
rent: dicit itacꝫ paulus nequaq̃ ut non ad uos pertingentes superextendimus
nos ipsos: peruenimus nancꝫ non frustra: sed in euangelio christi: hoc est: non
simpliciter: ut illi: ad nos profecti sumus: sed euangelii gratia predicandi.
¶ Non in immensum gloriantes in alienis laboribus: Spem autem habentes
crescentis fidei uestre: in nobis magnificari secundum regulam nostram in abũ/
dantia: etiam in illa que ultra uos sunt euangelizare non in aliena regula in his
que preparata sunt gloriari.) Ostendit hoc loco illos gloriam sibi in apostolo/
rum laboribus uendicasse: & in infinitum gloriari: hoc est: maximum in mo/
dum in alienis laboribus gloriam comparare: ipsi uero nequãq̃ hoc pacto agi/
mus: sed ad uos uscꝫ pertingimus: & in uobis nostra omnis gloria terminatur
Spem autem habemus in deo: uidelicet: quoniam satis uos: nostra doctrina iã
profeceritis: qua uobis & fides accreuit: ita ut uestri huius profectus gratia &
ipse sim auctus: sunt nancꝫ uel ad dignitatem uel famam preceptoribus incre/

mento diſcipulorum ampliate uirtutes. & ipſius regula in abundantiam fuerit prouecta; hoc eſt: cum menſura quam ille ſortitus eſt abunde profecerit. Quid igit̃ ſperemus, ſi queras: id certe q̄ ad eos etiã qui ultra uos ſunt: euangelium predicabimus: futurũq; ut uel de his forſitan nobis ſit gloriandum: ſi eis etiã aliquid profuerimus: regulam autem & menſurã tanq̃ optimus architectus: & orbis terrarum fabricator appellat: ut oſtendat in deo rem omnem conſiſtere: qui & regulam prebeat & menſuram: unde & ita ſubſequitur. ¶ Qui autẽ glo-riatur: in domino glorietur.) his itaq; operibus potiti: nihil nobis uel glorię du-cimus: uel accenſemus: ſed deo cuncta: uel hanc ipſam quã adepti ſumus menſu-ram aſcribimus: oportuit igitur & falſos apoſtolos in huiuſmodi gloriari.

¶ Non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem deus cõmen-dat.) Non enim dixit prodatiores nos ſumus: ſed ille quem dominus cõmen-dauit: hoc eſt quem certiores res geſte: & ueri labores dei cum gratia aſſump-ti: probum demonſtrant. ¶ Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipiẽtię meę ſed & ſupportate me.) Proprias laudes explicaturus apoſtolus pluribus modis illas caſtigat: ne alios ſe laudando offendat defugiens: quas ad laudes de ſe p̄-dicandas: neceſſitas quedam induxit. uerebatur enim ne in diſcipulorum iactu-ram concederet ſui contemptus: & falſorum apoſtolorũ nimia auctoritas: q̄d autẽ neceſſitate quadam & utilitate diſcipulorum ad id rei proceſſerit: nemiñe latet: quippe qui & preterita cõmiſſa baptiſmo deleta cõmemoret: indigneq; ſe aſtruat ap̄ſm dici: alias nãq; re nulla urgente tã magna de ſe haud temere p̄di-caret: inquit itaq; utinam ſuſtineretis me in paucis delirantem: quinpotius me ſupportate. Confido enim in poſterum uos me beniuolentia proſecuturos fore-q;: & me per omnia tolleretis. ¶ Emulor enim uos dei emulatione.) Ne arbi-trentur corinthii pro rebus humanis pecuniarum uidelicet: uel glorie gratia apoſtolum ſui caritate deuinci: dei zelo adiecit. dicitur nanq; & deus noſtri zelo teneri: quia nos plurimũ amet: non ut lucrũ aliquod aſſequatur: ſed ut ſaluos nos reddat: cum ad ſe trahit & applicat: talis eſt igitur meus erga uos zelus: nõ ut mihi aliquod cõmodum pariam: ſed ne in perniciem ipſi penitus prolabamu-ni. ¶ Deſpondi enim uos uni uiro uirginem caſtam exhibere chriſto.) Deſpõ-di inquit uos domino cuius gratia zelo hoc ducor non mei: non enim ſponſus ipſe futurus ſum: ſed ſponſe ductor. Attende quẽadmodũ non illorum ſe pre-ceptorem profiteatur: ut debeat ſui ab his exigere tolerantiã: quin illos in ſpõ-ſe modum: ſe uero pro nube loco conſtituit: nubentem compoſiturum: mirum ſine quod eccleſie contigit quãdoquidem poſt nuptias non amplius denuptę ſeruant uirginitatem: in eccleſia uero: uel que non antea uirgines extitere: nup-tus hiſce confectis: uirginitati redduntur: quã ęque uniuerſa tutatur eccleſia. hęc quidem ad omnes differit paulus: tum qui uxores duxerint: tum quę denu-bunt: uerum quę nam dona afferens: deſpondit apoſtolus: nimirum celorũ reg-nũ: huius rei figuram: & abraam pręferebat: qui ſeruum dimiſit ad gentilem fe-minã deſponſandã: hoc uero ſeculo & deus ſeruos ſuos deſtinauit prophetas: ubi eccl'iam ipſã xp̄o filio ſuo deſpõdit: ſicut & dauid ĩqt: audi filia & uide: & obliuiſcere p̄p̄li tui: & domus p̄ris tui: qn etiã & ap̄l'os miſit: ut paulus ipſe teſ-tatur dicẽs: p̄ xp̄o legatõe fungimur. Eſt itaq; p̄ris hoc tẽpus deſpõſationi acco-

modũ:futurũ uero & nuptiis:cu: fiet uox illa·ecce sponsus uenit.¶ Timeo autẽ ne sicut serpẽs Euã seduxit astutia sua:ita corrũpant̃ sensus ũri:& excidant a simplicitate:que ẽ in xp̃o.)vobis qdẽ ĩpẽdet intentus:me vo urget formido neq̧ enĩ tanq̃ decernẽs:corrupti iã estis iqt:tãetsi essẽt illi coĩgnati:ſ id in ambiguo posuit dicẽs:ne forte ut serpẽs euã seduxit:is nãq̧ ĩgẽtia pollicẽdo euã deceperat:ita & apl̃i isti mẽdaces & iactabundi:pmagna quędã uobis edisserant ut eoꝝ uersutia ur̃az circũueniãt simplicitatẽ:ſ q̃admodũ:neq̧ serpẽtis astutia neq̧ euę simplicitas:satis illi ad ueniã fuit:sic qdẽ neq̧ illoꝝ dicta ur̃is anteponent̃:nec p̃terea Adã ĩtulit fuisse a serpente seductũ:ut arguat facile deceptionib9 mulieres patere:neq̧ nolite decipi dixit:ſ ne corrũpant̃ sensus ur̃i: corrũpi nanq̧ & uirgines ipse dicunt̃:uidelicet ne corrumpant̃ ur̃a ignauia qua erga xp̃m utimini:hoc ẽ nequaq̃ debetis prę ur̃a inertia decipi:nõnulli uero ita ĩtelligũt:nolite scꝫ ex fidei simplicitate ad exteriorẽ uos hãc sollertiã accomodare:& studiũ:Hęc enĩ maxima est humani sensus corruptio·¶ Nã si is quenit aliuz xp̃m predicat:quẽ nõ p̃dicauimus:aut aliũ spiritũ accipitis:quẽ nõ accepistis: aut aliud euãgeliũ:qd̃ nõ recepistis:recte patereminí·)Quid inqs o paule q ad galatas scripseris:si qs aliud uobis euãgeliũ predicauerit:ultra id qd̃ accepistis anathema sit:nũc uero ĩqs:si aliũ qs iesuz p̃dicauerit:recte patereminí: qd̃ sane sic excusat̃·gloriabant̃ nãq̧ fallaces illi apostoli:q̧ plus aliqd ipsi q̃ ueri ꝓpagãde fidei attulissent: & qa plurimũ delirabant rerũ inaniũ & externe sapientie nixi iactãtia:sic paulus subdit:si xp̃m aliũ predicarent:quẽ predicari oporteret & eiusdem ipse preconiũ preterissem: uel his in hoc p̃dicando uiderer inferior recte patereminí:hoc est iure illoꝝ ferretis ineptias:qppe qui haudquaq̃ de eo mentionẽ fecissꝫ:q erat merito predicãdus:uerũ si fidei ipsius p̃dicãdo iecim9 fundamenta:& ea ꝑfecto que principalia sũt patefecim9: qd ergo illi amplius quippiã attulerunt q̃ ipsi met attulerimus?attende autẽ quẽadmodũ nõ ueniẽtẽ quẽpiã dixerit plus aliqd predicaturũ:naz lõge plura:etsi superuacua: loquebant̃ fallaces illi & maiori licentia:& uerboꝝ ingenti ornatu:aliũ tñ iesum hũc preter:quẽ paulus predicasset:nil inferebant;qd̃ utiq̧ minus indiget oratione exculta:uł spiritũ aliũ accipitis:hoc ẽ nuz uos ditiores spiritalib9 donis effecti estis:ad q̃ ꝯsequẽda nil op9 ẽ expoliti ſmonis lenocinio:nuz euãgeliũ aliud: qñ neq̧ id qdẽ ad explicãdũ ulla sint uerba necessaria:q̃ cõpta sint & ornata: ubiq̧ igit̃ patefacit:nihil esse penitus aduertẽdũ si qd ultra illi ꝓtulerint:q̃ sit necesse:sed si quid afferũt:qd̃ dici oporteat abse intelligãt accepisse.attẽde aũt: cuz dicit aliũ iesũ:quẽ nõ p̃dicauerim9:spritũ alium quẽ nõ accepistis;& euangelium aliud qd̃ nõ recepistis.id uelle p̃tẽdere:cũ eadẽ hęc ꝓferãt illi que nos predicauimus cur eos cũ tãta attẽtione uos audistis: dicet aliqs:cur igit̃ paule si eadẽ illos que tu dicere profiteris:eos prohibes loqui? quia simulatione usi alia quedam inducunt decreta a nostris & uens aliena·¶ Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis.)Confert se tandem cum his qui apud petrũ erãt apl̃is:tãq̃ id inqat si me plus qppiã effecisse illi iã norũt:uł his se apl̃is p̃ferũt q maiores habẽt̃:absurdũ uidet̃:attẽde uiri hui9 humilitatẽ:existimo inqt idẽ puto:& nihil p̃terea de se iactat: neq̧ simpł̃r apl̃is dixit:ſ a magnis adiecit:petrũ uidelicet:iohãnẽ:& iacobũ indicatur9:hęc aũt ip̃se tiaꝝ de se licet9

differit:quia res ita deposcit:cum alibi pro rei ipsius dignitate. eandeꝫ preferens
humilitatem sic inquiat:qui non sum dignus appellari apostolus. ¶ Et si impe
ritus sermone:sed non scientia.) Cum hanc sibi dicendi periciem:precipue glo-
rie ducerent falsi apostoli:ostendit hic paulus nihil se ruditatem defugere: qn
uel maxime de hac gloriari:neqꝫ id dicit:ideo ipse expers sum litterarum: quia
& reliqui ueri apostoli litteras nesciunt:ne & illis simul detrahere uideretur. sꝫ
exterioris sapientię uim omnem subuertit:quemadmodū in priori epistola hāc
demonstrauit:non modo inutilem esse:quin etiam & crucis gloriam deuastare.
Sum itaqꝫ sermone:non scientia imperitus:quibus ex dictis & illos arguit quo
magis eloquentiam iactent:eo etiam maxime diuinę esse notionis expertes: &
quantum ad eam spectat:deprehendi prorsus ignaros. ¶ In omnibus autem
manifestus sum uobis.) Nequaq̄ falsorum more apostolorum; alius q̄ sim ipse
moribus imbutus me pręfero:sed uobis in omnibus dictis factisue pateo:neqꝫ
ulla nobis ut illis:uel duplicitas inest:uel simulatio:qui facie duntaxat quadā
modestie & lenitatis obducti:queuis teterrima factitent. ¶ Aut num qd pec-
catum feci meipsum humilians:ut uos exaltemini:quoniam gratis euangelium
dei euangelizaui uobis.) Num id inquit deliqui uel eo a uobis sum accusandus
uel mihi iccirco insurgitis:quia meipsum depresserim:famelicus scilicet & men-
dicans:ut ipsi extollamini: hoc est ut in fide ędificati efficiamini firmiores &
stabiles. Qua in re eo acrius erant corinthii insimulandi:quod minus egre fere
bant se non aliter iri ędificatum:nisi paulus exuriret:& quia illi absentem apo-
stolum superbius incusabant:& presentem humilem se pręstare obiiceret: ideo
nunc eos respondendo percellit sic inquiens:& si humilis quidem sum ipse ef-
fectus:uos tamen ex hac mea humilitate estis ad altiora prouecti. ¶ Alias ec-
clesias expoliaui accipiens stipendia ad ministerium uestrum.) Poterat sane id
dicere: hisce quidem manibus uictum mihi subministraui:sed ut acrioribus uer-
bis hos urgeat:ab aliis inquit accepi stipendia: uobis ut inseruirem:quippe qui
alios uobis euangelium subministrandi gratia expoliauerim;& imminutos red-
diderim facultatibus. Hos autem Macedonas fuisse arguit:qui cum essent sū-
ma rei familiaris astricti inopia:& me inquit habebant se atterenteꝫ:tametsi mi-
nus ad delicias:sed ad necessitatem sumptibus indigerem. Accipiebam nanqꝫ
ab his stipendia:que tamen ipsi mihi haudquaq̄ suppeditastis. Quo fit: ut max
ime sitis ob id incusandi:quia cum uobis euangelium predicans subministrarē
gereremqꝫ rem uestram:ab aliis elemosinam desumebam. ¶ Et cum esseꝫ apud
uos & egerem nulli onerosus fui.) Triplex ea in re facinus admisistis. Nam &
apud uos cum manerem & uobis subministrarem: & essem egenus: nulla mei
sit habita ratio: quippe qui non solum nihil absenti mihi aliquo transmisisti:
quod utiqꝫ macedones factitarunt:sed ne presentem quidem uos aluistis. Ar-
guit preterea Corinthios ad elemosinam erogandam tardiores effectos: non-
nulli uero illud onerosus fui:sic interpretantur:hoc est me haudquaq̄ ad pre-
dicandū uel negligentē ꝑstiti:uel inertē & torpidū:quin oīa sunt ꝑ me:q̄ factu
nccīa erāt; ad urāꝫ salutē effecta. ipse ꝯo cū i egestate ūsarer: nihil unquā defla-
gitādo uos expilaui:cū torpidior essē tolerādo iā redditꝰ. ¶ nā qꝺ m̄ deerat:

ſupplerunt fratres:qui uenerunt a Macedonia.)Ad ęmulationem iſtos indu-
cit:ut ad impartiendam elemoſinam concitet magis: perinde in ſe alendo cum
fuiſſent a macedonibus ſuperati:ne & in cōferendis fortune bonis uincantur.
Cum autem quod deerat inquit:oſtendit nihil ſe pręter neceſſariam indigentiā
accepiſſe.Erant nanqꝫ & philippenſes:qui ſibi uitę neceſſitatem ſuppeditarent
(Et in omnibus ſine onere me uobis ſeruaui:& ſeruabo.) Arguit corinthioſ
oneri ſibi duxiſſe alimoniā paulo ſubminiſtrare:recte autē ſeruabo inquit: ſub,
inde dicat:neqꝫ enim uelim exiſtimetis eiuſmodi me dixiſſe:tanq̄ aliquid in fu,
turum a uobis ſim accepturus:ſed ſeruaui:hoc eſt abſtinui ante hac: ne uobis
oneri eſſem:& ſeruaturus in poſterum ſum & abſtinebo: qđ proculdubio hos
acrius ferit:quādoquidē his minus confiſus apoſtolus deſperet etiaꝫ aliquid ſe
accepturum.(Eſt ueritas chriſti in me:quoniā hęc gloriatio non infringet̄ ī
me in regionibus achaię)Ne forte arbitrentur Corinthii:paulum ſeruabo me
eo dixiſſe:ut ſe magis pelliceret:Eſt ueritas chriſti in me ait:hoc eſt pro ueri,
tate:quę in chriſto ieſu ineſſe conſtat: aſſeuerauerim inquit haud quaq̄ a uo,
bis me aliquid accepturum.& ne dolore uel ira impulſum exiſtimet aliquis hec
intuliſſe apoſtolū.gloriationem rem ipſam appellat:gratis quippe euangelium
predicare:ingenti illi erat & glorie:qui chriſti ob gratiā uel chriſti iuſſa tranſi
liret:id imperantis ut de euangelio uiueret qui euangelium predicaret: non in,
fringetur autē ex quadā fluuiorum metafora expreſſum eſt: tanq̄ undequaqꝫ
pauli fama manante.nō igit̄ inquit infringetur ulla ueſtrarum rerum cupidita-
te optimus meus iſte & glorioſus defluxus & uitę inſtitutio:in regionib9 ue-
ro achaie eo ſubiecit ut magis hos angeret.nam ſi glorie debet illud haberi:gra
tis uidelicet euangeliū predicare:uel ubiqꝫ id erat ſeruandum:at ſi apud Corin
thios dumtaxat hac utitur pertinatia:perſpicuum eſt non ea hos eſſe qua cete
ri fidei ualitudine.(Quare,quia non diligo uos:deus ſcit.)Cauſā cur ab iſto
rum abſtineat donis iam allaturus & ſi pſeudoapoſtoloꝝ id:& gratia ageret:p̄
mū confutat:qđ forſitan p̄meditati obicere poſſent corinthii qa nos odio ha,
bes.eo & nr̄a munera aſpernaris ſic ait:quin potius qa ueſtri detineor beniuo,
lentia:uelim ullā uos pati iacturā:ut pote qui facile offendimini:haud tn̄ apte
hec loquitur:ne illorum perſpicuam faciat imbecillitatem:ſed ad aliam cauſaꝫ
diuertit ſermonem. (Quod autem facio & faciam ut amputem occaſionem
eorum qui uolunt occaſionem:ut in quo gloriantur:inueniantur ſicut & nos.)
Apertiſſime hoc loco cauſaꝫ patefacit:cur ab his nihil acceperit:nam cum cal,
leret diabolus his qui preſentibus bonis incumbunt eſſe pergratum:eos ſe nac
tos in preceptores fuiſſe.qui ab ſe nihil depoſcant: inſtruxit & falſos apoſtolof
uel id callida quadam & latenti exigendi arte diſſimulare: qui ſane: etſi erant
predinites:cum nihil capere uiderentur clam oblata captabant: & ideo non in
quo promerentur:ſed in quo gloriantur ſubiecit.Quod plane illos ſuperbię ar
guit. cuius rei cum eſſet apoſtolus non ignarus ſtatuit animo ſecum nihil a
quouis ſe uel preſſum inopia accepturum: ut illis demeret occaſionem: nequā
inuenirent ſe criminandi oportunitatem: tam etſi id nil ſibi uel in labem: uel
in crimen concederet:quippe quod erat dei iuſſu & lege iniunctum:ut de euan
gelio uictitarent: alioquin quia facile offendebantur Corinthii: cauendum

cauendũ sibi maxime sensuit. quo circa cũ & in ceteris essent falsi apostoli paulo ipso inferiores neq; hac ipsa in re superabant: ni forte dixerit quispiam illos uel in hoc immunitos fuisse: quia cum opibus abundarent nihil acciperent: paulum uero uel egestate oppressum: munera respuisse: & q͡a quod illi dissimulabant re ipsa paulus exequebatur. ¶ Nã eiusmodi pseudo apostoli sunt operarii subdoli: transfigurantes se in apostolos christi.) Quid ais paule: eos ne qui christũ predicãt: qui euangeliũ aliud ut dixeras supra: nullũ induxerint: nunc pseudoapostolos nominas? ita quidẽ: nã eiusmodi omnia dissimulantes clam, tũ uel impia quedã decreta subinferunt: operarii subdoli: quid ni: quãdoqdẽ sub boni & recti operis specię: plantata reuellũt: & figurã dũtaxat apostoloꝝ dũ p̃ferunt: & tergore ouillo obducti: lupi sunt prorsus certiores & rabidi. ¶ Et nõ mirũ. ipse enĩ sathanas transfigurat se in angelũ lucis.) Cũ enĩ hoꝝ instructor sathanas ille ad quoduis facinus sit audentior: nil mirũ si hũc eius discipuli imitant̃: angelũ autẽ lucis eũ asserit esse: q̃ fidens uero illi splendori assistit: denuntiatq; & ꝓfitetur deũ lucem esse: cũ ipse lux sit: transfigurat̃ itaq; in huiusmodi angelũ diabolus ipse: nõ tamẽ talis efficit̃. Sic igitur & hi figurã dumtaxat p̃se ferunt apostoloꝝ: nõ uim eandẽ & actionẽ: qua ex re perdiscere possumus quodcunq; ad ostentationẽ & iactantiã gerit̃ id precipue demonicum esse.
¶ Nõ ergo est magnũ si ministri eius transfigurẽt se uelut ministri iustitię: quoꝝ finis erit scd̃m opera ipsoꝝ.) Hoc ẽ tanq̃ ministri euãgelii iustitiã continentis: uel q͡a hi iustorũ hominum gloriã usurparunt: uerũtamẽ haudquaq̃ tãdem sunt euasuri. Erit nãq; pro eorum operibus & finis futurus: hoc est malꝰ Quo fit: ut eos simus ex propriis operibus cogituri. Nã & finem parẽ factis habebunt. ¶ Iterum dico ne quis me putet insipientem: alioquin uelut insipientem accipite me: ut & ego modicũ quid glorier.) Et si his ad castigationem est usus: alioq̃n nequaq̃ inquit superioribus dictis contẽtus: rursũ hęc repeto: ne quis existimet insipientẽ me esse: Est nãq; illud insipientie argumẽtũ: temere & nulla occasione iactari: ipse uero nequaq̃ ut demens id egerim: sed inuitus & necessitate urgente: uerũ si ueniã mihi nullã dederitis: uelim eq̃dẽ uel ĩsipientẽ me ꝓrsus uos iudicetis: tãetsi nõ ultro sim gloriatꝰ. me igit̃ suscipite: id ẽ tollerate dicentẽ: ut & ipse: id est quẽadmodũ & illi: quid glorier? tãetsi moderatior futura sit mea hęc gloriatio. ¶ Quod loquor: nõ loquor scd̃m deũ: sed quasi in insipientiã in hac substantia glorię.) Quod loquor inquit: scd̃m deũ nõ est: hoc ẽ quę nuper dixi: procul a deo sunt: uerboꝝ uero admodũ scd̃m deũ est sensus: neq; insipientia dixit: sed quasi id dicat: apparet forte quod glorior ipse insipiẽs cum minus sit. Et ne forte existimes: insipienter eum ubiq; non pro dei nutu & uoluntate cuncta profari: in hac substantia glorię dixit: hoc ẽst: in hac gloriandi parte: non ceteris tamen in rebus. ¶ Quoniam multi gloriantur secundũ carnem: & ego gloriabor.) Hoc est a bonis externis erit mea hęc gloria: uidelicet a generis nobilitate: a circumcisione: & quia hębreos sim progenitores sortitus: id nanq; erat: quod nequaq̃ scd̃m deum loqui se dixerat: de istiusmodi uidelicet gloriari: q̃d enĩ prodest ab Hębreis esse aliquẽ oriundũ? nõ ẽ̃ uirtutis loco id dixerĩ: s; cũ illi inq̃t: id glorię ducant: cogor & ipse me eis n̄ hisce ex rebus nõ ĩparẽ facere. ¶ Libenter enĩ suffertis insipientes: cũ sitis ipsi sapiẽtes.)

Vos inquit me cogitis huiusmodi dicere: Nam si non illos excepissetis: idq;
& uobis obfuturum non antea preuidissem: nequaq̄ & ipse ad hęc descendissez
insipientes autez dicit: q rebus carnalibus gloriantur: nam si dementis est: spi/
ritalia sibi in gloriā accensere: quanto magis que nullius sūt ꝓrsus momēti iac/
tare: insulsū uidebit̄: illud aūt cū sitis sapiētes: & si ad gratiā dictum uidet̄: ur/
get tñ hos acrius & criminat̄: ut q scientes delinquerēt: nā si fuissent demētię
morbo correpti, ueniā forsitā ꝓmeruissēt. ❡ Sustinetis enī si qs uos in ſuitutē
redigit.) Attēde q̄ abiectioris & īfime Corinthios arguat seruitutis: qppe qui
maximū ī modū falsis apl̄is succubuissēt ❡ Si qs deuorat: si qs accipit.) vides
quēadmodū hos ipsos apl̄os patefaciat: excipiēdis munerib9 esse intētos: nā cū
denotat inqt: idipsū ꝑtēdit. Nō enī poterat illoꝝ expleri cupiditas. quo fit: ut
qđ supius dixerat: in quo gloriāt̄: rectius dixerit: iactātiā nāq; & ostētationez
hi ꝑferebāt: nō ueritatē: q se nihil accipe simularēt. ❡ Si qs extollit̄.) Si quis ī
uos dominatū exercet & insoletiā: nō enī humiles. se in subditos exhibēt ꝑnci/
pes: sz molestos & graues: quoꝝ ī īsistebāt uestigiis. ❡ Si qs in faciē uos ce/
dit: ſm ignobililitatē dico.) Vides ut Corinthioꝝ & ignominiā auget & iiuriā
q̄nq̄dē his haud secus ac seruis: falsi illi uterent̄ apl̄i. Hęc aūt dicit: nō qa ī fa/
ciē cederent̄ corinthii: sz qa nō minoris esset iniurię quę illi patiebant̄. q̄ si in fa/
ciē uapulassent: qđ sane his ad uituperatōez obiecit. quid enī hoc fieri uel īho/
nestius: uel turpius pōt̄: q̄n his ipsis libertate adempta honore ꝑuatis: & demū
subtractis pecuniis uterent̄ ꝓ seruis. ❡ Quasi nos infirmi fuerim9.) Cuius rei
hos gr̄a tolleratis: nū qa ībecilles nos: & īualidi sum9: eoq; & uobis uti illoꝝ
more neqmus: nō se ita res habet: possum9 & nos supbe itē: & ītēperāter uos
cōculcare: sz minus id libet. Omnē itaq; istoꝝ demētię causā: corinthioꝝ ſui-
tuti adscribit: uos enī inqt qa nimiū illis succubuistis: & illate uobis iniurie: &
ꝑātiū nobis uerboꝝ ꝑbuistis occasionē. ❡ In quo qs audet: in īsipiētia dico:
audeo & ego:) Vide ut rursū audatiā & īsipientiā rē ipsaz qua de agit appellet:
q̄si id inqat: eā eqdē ad rē coactus deuenio: tāetsi supius ad castigationē pluri/
mis usus sit uerbis: & alias sępe hos castigarit. Hęc aūt eo subiecit: ut nos etiaz
cōmonefaceret: minus esse ad euismodi uerba diuertēdū: nisi cogat necessitas.
ait igit̄ quacūq; in re gloriari qs audeat: & ipse ausim: Deinceps enumerat qb9
illi ī reb9 glorient̄. ❡ Hebrei sūt & ego: Israelitę sunt: & ego. semē Abraa sūt
& ego.) Cū nequaq̄ hebrei oēs essent israelite: siqdē & moabitę: & amanitę: he/
breos se dicerēt: ꝓpterea generis nobilitatē diffiniēs intulit: semē abrae sunt: &
ego: isaach ipsū designās. ❡ Ministri xp̄i sunt & ego: ut min9 sapiēs dico: pl9
ego.) Dicūt nōnulli nequaq̄ recte per comparationē deprompta esse hec uerba
sed fuisse omnino negandum non christi illos esse ministros. Respondemus
autē id ipsum expressisse apostolum: cum pseudo apostolos dixit. nunc uero a
comperationibus exorsum sermonem: ex rebus ipsis argumenta producit: &
auditores cōmonefacit: se quidem christi non illos ministerio fungi: atq; & si
ministri sunt christi: plus tamen ego: hoc est hos quidem ministrandi hoc mu/
nere: longo interuallo excesserim: cum uero ut minus sapiens inquit: sue humi-
litatis profunditatem demonstrat.

❡ In laboribus plurimis: in carceribus habundantius: in plagis supra modū.)

Enumerat que uere apłm exprimunt:& signa preteriens a temptationibus ip
sis ordit̃ inquitq; nõ soluz subeo eqdẽ labores inumeros & uagus per uaria lo,
ca noctu & interdiu: multos ad fidem erudio:quinetiam & manibus operor
& plagis affligor & his supra modum:& quod plane grauius est:& plagis car,
cer huisce adiicitur:supra modum autem & abundantius ad falsorum apostolorum
ↄparationez sit posita:subinde dicat:& si illi labores susceperint,habũdãti9 tñ
ipse hos cepi,& lõge maiores·nõnulli ħo nulla ↄparatõe dicta h ee affirmãt:sz
simplicẽ quãdã laborum abũdãtiã & magnitudinẽ significar̃· ¶ In mortibus freq
ter.) Nõ solũ uolũtate demorit̃ paulus:sz periculis etiã mortẽ haud dubie afe
ferẽtibus destinat̃· ¶ A iudeis qnqes q̃dragenas una min9 accepi.) Cur una mi
nus?qa lege cautũ erat:ut q ultra q̃dragenas uapulãdo accipet:bonorum esset i
posterũ & dignitatũ imunis:iussere itaq; una minus plagas isligi:ut si forsitan
pcussor ille uerberãdo euectus:plagã ultra ↄstitutũ:uel unã aliq̃ iferat: q̃dra,
gena sit illa:nec cedat ad ignominiã uapulãti:utpote q ultra numerũ uapularit
q lege sit p̃finitus. ¶ Ter uirgis cęsus sũ:Semel lapidatus sũ.) Haud sane uni
uersa q̃ ppessus ẽ paulus lucas cõscripsit:uides nãq; ut pleraq; hoc loco enu,
merata discrimina ille ommisent:qa ñ ad ostẽtatõez scribẽdi laborẽ ille isũpserat.
¶ Ter naufragiũ feci:nocte & die i pfũdũ maris fui:i itineribus sepe.) Dicet
aliqs.qd g̃ ad euãgeliũ si naufragiũ feceris?qa euãgelii g̃ra diuulgãdi:lõgi9 se
pe maritimũ iter nauigãdo emensus:naufragus fui: diẽ ħo & noctẽ i pfundo
subnatãs egit· ¶ Periculis fluminũ.) nã & flumina traiicer̃ cogebat̃· ¶ Pericu
lis latronũ:periculis ex genere:periculis ex gẽtibus:piculis in ciuitate: piculis in
solitudine:piculis in mari.) vbiq; & diabolus oppugnabat apostolũ:& dñs cer,
tamina pponebat·nã & a pyratis ille diuexabat̃:& i uitę sępe discrimẽ:cũ a gẽ-
tilibus ipsis:tũ a iudeis ppinqoribus deducebat̃:q ei lõge q̃ ceteri acrius effera,
ti:& liuore ipulsi aduersabant̃:erat g̃ apłus in ciuitatibus tutior?minime:nuz i
heremo?neq; hoc qdẽ loco·hũc enĩ ul' si e terris abscesserat:in mari picula exci,
piebãt ¶ Periculis in falsis fribus.) hoc rursũ aliud ẽ tẽtationũ genus: qḋ sane
dolore afficit acerbiori:qñqdẽ a fribus:& noĩe simulatis & fictis:parant̃ isidię
id qdẽ & dauid deplorat:cũ inqt:si iimicus meus maledixisset mihi:sustinuissẽ
utiq;:tu aũt homo unanimis·& alibi:homo pacis meę· ¶ In labore: & erũna:
in uigilus multis.) Haud satis erãt apło:quę ab externis inferebant̃: qn spõte
& ipse laboribus se & erũnis & uigiliis macerabat. ¶ In fame & siti:in ieiuni,
is multis:in frigore & nuditate:p̃ter illa quę extrinsecus sunt.) Tãta ppessus
terrarũ orbis istructor:nõdũ erat uel necessarii uictus copiã assecutus & uesti,
um:sed nudus afflictabat̃:& decertabat famelicus.maiorẽ p̃terea tentationũ p
tẽ obmisit:qḋ utiq; p̃ter illa que extrinsecus sunt:inqt p̃tendit.qn potius neq;
ea que meminisset sigillatim expressit:sz illa recensuit:quorum numerus facile po
test cõpręhendi:quinqes dicens:& abundãtius:& frequẽter. Aduerte aũt quẽ
admodũ tot rebus aduersis cõnumeratis:numerũ tñ eorum nullũ expressent: q̊s
ad xp̃m cõuerterat:qḋ eo fecit:ut ptim humilitatẽ seruaret:ptim cõmoneface,
ret:uel si aliud nihil isudãti p xp̃o:p̃miũ obueniret.Sat tñ id fore mercedis.
¶ Instãtia mea q̃ttidiana.) hoc ẽ furibũd9 isult9:& isidię:q̃s aduersũ me ppři
cõmuni cõsesu diebus singul' parãt. ¶ Sollicitudo oĩuz eccliaꝝ.) Id plane est.

omniam maximum: Nam & si ei qui uel domus unius curam susceperit eius ꝑ/
sertim que seruos habeat & dispensatores q̃ multos: uix detur respirandi facul
tas: quid nam pati existimandum est: animulam unam tot cum periculis uni/
uerso terrarum orbi prospicientem: certantem ꝗ pro animarum salute:
¶ Quis infirmatur & ego non infirmor?) Ne qs dixerit suscepisse hunc qdez
mundi uel curã: sed simplicẽ quandã & admodũ tenuem. Ostendit cuiusmodi
illa sit cura per se suscepta: neꝗ enim tristitię particeps ego sũ dixit: sed haud se
c9 me habeo: ac si ipse ęgrescerẽ cũ aliquẽ sentio esse infirmiorẽ: uel animi mor/
bo: uel corporis laborare: qs aũt: id est siue egregius aliqs sit ille & prępotens
siue uilis & tenuis. ¶ Quis scandalizat̃: & ego nõ uror?) Attẽde queadmodũ
doloris exprimat magnitudinẽ: uror enĩ inqt & ardeo: tãetsi cũ alia pateret̃ lę/
titia gestiebat: haud qppe ignarus hęc se xp̃i ob gratiã perpeti: infert itaꝗ cum
quẽpiã specto: uel abiectioris fortune uirũ offendi: incredibili dolor̃ conficior.
Dauid aũt nobis demonstrat qd illud scandalũ pati: significaret cũ inqt: dum
superbit impius: incendit̃ paup: hoc est ꝑturbat̃ animo paup cõspicatus & opi
bus abundare indignos & efferri. Et quẽadmodũ dixerat paulus: qs infirma/
tur: & ego nõ infirmor? Sic inqt: & si qs scandalizat̃: & ipse haud dubie scãdali
ʒor: studeoꝗ uel alie ęgritudini medicari: haud sec9 ac meę. ¶ Si gloriari opor/
tet: quę infirmitatis meę sunt: gloriabor.) Infirmitatẽ ꝑsecutiones appellat: siq
dẽ in fãme ac flagris: & naufragio tollerandis: hominis arguit̃ imbecillitas: nul
lã autẽ hoc loco signoꝝ facit apostolus mentionẽ: qa dei munere singulari: non
humana uirtute hec ędebant̃. Aduersa aũt hęc dei nutu patiebat̃: in quibus fe
rendi summam eius tollerantiã demonstrabat. ¶ Deus & pater domini nostri
Iesu christi scit: qui est benedictus in sęcula quod non mentior.) Cũ nusq̃ que
superius dixerat: confirmasset hęc presẽtia: & quę subsequunt̃: certiora reddit:
& fide obfirmat: qꝺ eo facit: quia antiquiora sunt hec & magis obscura: cũ cete
ra essent his nõ ignota: quẽadmodũ & curã pro se suscepisset apostolus & hu-
iusmodi reliqua. ¶ Damasci prepositus gentis arete regis custodiebat ciuitatẽ
damascenoꝝ ut me cõprehenderet.) Attende quale sit bellũ: quãdoquidẽ pau-
li gratia excubaret Damasci prępositus: & ciuitatẽ dispositis custodiis cõmuni/
ret. Neꝗ enim talẽ se gereret gentis huiusce pręses: nisi pauli ʒelus omnia incẽ
disset. Areta autẽ socer erat herodis. ¶ Et per fenestram in sporta dimissus
sum per murum: & sic effugi manus eius.) Euasi ꝗquidem: ut domini legẽ ad-
impleret: qui etiã de loco in locum sępe migrabat. Non enim par est: ut nos ip
si ultro tẽtationibus offeramus: quę ubi defugi non possunt: dei opus est ad/
iumento: ab eoꝗ & expetenda & expectanda est liberatio. Alioquin cũ tenta/
tio ipsa non uehemens nobis infertur: aliquid erit uel nostra industria excogitã
dũ: ut illa tollat̃: tametsi deo uel intentatione huiusmodi rerũ omniũ summa sit
permittenda: quemadmodũ paulus fecit: qui restis pręsidio fuge remedium ad
inuenit: q̃uis uersari cum christo concupisceret: & mortem subire. nihilominus
humanę salutis nimio detentus ardore: sese ad predicandũ seruabat.
¶ Si gloriari oportet: non expedit qdẽ: ueniã autẽ ad uisiones: & reuelatiões
domini.) Cum ad aliam glorię speciem trãsit: reuelatiõis uidelicet: q̃ eũ cõspicuũ
& clarum effecerat: sic inquit: haud quaq̃ mihi id expedit: ne me in elationem

forte deducat. Quid autem dicet aliquis: si nemini hęc patefeceris: num propte
rea non ea intelliges? intelligam equidẽ inquit: sed non ęque animo extollemur
si taciti abstrusa illa & archana pernoscimus: ac aliis palam fecerimus: hec autẽ
dicit: non ut ipse tale quid sit perpessurus: Sed nos ut castiget: & commone/
faciat: ut eiusmodi dei archana: & nobis credita silentio premere debeamus.
Potest & aliter expedit illud intelligi: uidelicet non enim est mihi in cõmodum
id cõcessurũ ut qs me maioris existimet: q̃ ipse me dixerim: qd̃ in sequentibus
explicabit: enimuero pseudo apostoli illi: qui nihil essent huiusmodi consecuti:
multa ad populũ concionantes iactabant. Paulus uero & si complura esset &
uisionũ & reuelationũ dona iam nactus: unã dumtaxat & hanc quidẽ inuitus:
reuelationẽ cõmemorat. Noueris autẽ reuelationem pluris esse q̃ uisio sit: hec
reuelatio q̄d sint
nãq spectandã solum rem prębet. Illa uero ꝓfundiora enudat q̃ res ipsa sit ui
sa. (Scio hominẽ in christo ante annos quatuordecim.) neq omniũ meminit
reuelationũ: nam cũ plurimę essent: molestior in his enarrãdis foret & grauis.
nec tñ uniuersa silentio pręterit: sed ceteris obmissis: de sola & unica differit:
ut ostendat uel hanc haud sponte se explicaturũ: in christo uero adiecit: ne ob/
icere falsi queant apostoli in Simonis morẽ paulũ a demonibus fuisse arreptum
& sublatũ in aera. nec temere quidẽ huiusmodi rei haud quaq̃ tẽpus aliqd̃ pre-
finiuit: sed ut intelligas qui quartum & decimũ annũ reticuisset: non sine causa
sed necessitate in presenti ipulsum reuelationẽ hanc propalasse: & qui iam quar/
tũ & decimũ annũ tanta re fuerit a deo dignatus: qualẽ nunc existimare debe/
mus pro christi nomine tãdiu periclitatũ. (Siue in corpore siue extra corpus:
nescio: deus scit: raptũ huiusmodi usq ad tertium celũ.) Vide q̃ modeste id di/
cat: ut iactantiã fugiat: nescire nanq se ꝓfitet̃ siue in corpore siue extra corpus
quod raptũ est: fuerit: tertiũ autem celũ dicit: qd̃ a principio simul cum terra
conditũ fuit: nam sacre littere: primũ celum aereũ dicunt: ut uolatilia celi & ros
celi: & scd̃m id celum firmamentũ uocauit. (Et scio huiusmodi hominem si
ue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit: quoniã raptus est in paradisum
& audiuit archana uerba: que nõ licet homini loqui.) A tertio inquit celo in pa
radisũ sũ raptus. Sublatus est igit̃ in paradisum: ne in eo fruendo inferior cęte/
ris apl̃s esset: q cũ christo iã uersarent̃. paradisũ pręterea dixit: quia loci hui9
cęleberrima esset apud omnes iã fama: quẽ & latroni dñs in cruce pollicitus ẽ.
archana autẽ: & quę dici nõ possunt: audiuit: id ẽ quę humana sapientibus: &
nihil in se habentibus spiritalę: eloq haud quaq̃ fas est: Hinc liq̄do patet: Apo
calypsim eam quę uulgo Pauli dicit̃ falso fuisse hoc titulo annotatã: quia nar/
rari nõ poterãt quę ille pręuiderat. at qui alium quendã paradisus sortitus est
locũ: & aliũ celũ. Anagogice tñ uel pares erunt paradisus & celũ uel forte dissi
miles: sumus tñ perpauca de his: quę cognitu sunt faciliora dicturi. Est itaq
primum cęlũ: mortalitatis terminus quidã & diffinitio: cũ quispiam suos cõpo/
suerit mores. hoc deinceps naturalis subsequitur ĩstitutio: hoc est secundũ cęlũ
cum quis totius naturę cognitionẽ ut necessariam circumscripserit: mox & theo
logica quedã: tertiũ cęlũ prętendit: cum aliqs desideratã earum rerum cognitio/
nem: quę diuinę sint: & homini incomprębensibiles: contemplando adeptus sit.
Paulus itaq in ea loca arreptus est: quę circa trinitatem sunt: & sullatus: Hoc

est: oīa creata transcendēs: & neq̧ ī corpore quidē existēs: quippe q̄ nihil pro
corporis sensibus tunc factitaret: neq̧ extra corpus: nam & interea cū sic ra
peretur uel intellectus ipse in eo cessaret: ita ut nihil posset uera cognitōe cō
plecti. Vacat. n. diuinis ī reb9 mens oīs humana: & penit9 torpet: cū hō a deo
fuerit arreptus: & ita ut ab eo educi necesse sit: & a corpe ipo efferri: & eiusdē
ductu oīa opari: vł alias ī paradisū arripit̄: qa ī diuinitatis archanis: & mistī
cis rebus uersatus est: quas quia incognite sunt & inexplicabiles: ni q̄s morta
lē hanc & abiectam conditionem excesserit: assequi cognitione non poterit.
¶ Pro huiusmodi gloriabor.) Aduerte, q̄ sit superbie oīs expers apostolus:
sic. n. de se hoc disserit loco: q̄si de alio narret: Inq̄t. n. ꝓ huiusmodi gl̄iabor.
¶ Pro me aūt nihil.) Nihil hoꝝ si minus cogerer frustra ac temere dictur9
sum: nec laudi id mihi adscribam. ¶ Nisi infirmitatibus meis.) Hoc est ī pres
suris et persecutionibus: ¶ Nam & si uoluero gloriari: nō ero insipiens: veri
tatem. n. dicam.) Quo pacto cum dictarus inferius sit. Insipiētia est gloriari
nunc si gloriari uoluero nō erit insipiens inquit: Non. n. hoc loco: ne insipiēs
sit: iactantię gratia dicit: sed ne mendatii arguat̄: adiecit nanq̧ veritatē dicā:
Igitur tanq̄ veridicus nil ero insipiens. ¶ Parco aūt: ne quis me existimet su
pra id quod uidet in me: aut audit aliquid ex me.) Eam pręcipue ob causam
Paulus obticebat: ne eum hoīes se in deum referrēt. Eoq̧ perpetuo de se ipo:
silētio utebat̄: & si q̄n dicere q̄dpiā cogebat̄: obscure tñ & adumbrate uerba
iactabat, ne maius aliq̄d de se hoīes opinarent̄: neq̧. n. dixit. ne quis de me lo
quat̄: sed ne q̄s cogitet q̄d pręter meā sit dignitatē. Nam si tauros illi immo
lare: et ꝓ deo colere: signoꝝ stupore ptēderant: Quid ei honoꝝ deferre iter
misissent: si et reuelatōes q̄s habuit edidiss&. ¶ Et ne magnitudo reuelatōnū
extollat me: datus ē mihi stimulus carnis meę angelus sathanę ut me colaphi
zet.) Angelū sathane & stimulū: nōnulli capitis dolorē quo Paulus angeret̄
existimabūt. ꝑinde a diabolo illatū: quod absit: nō. n. Pauli corp9 diabolo tra
ditum est diuexandū: q̄nquidē Paulus illi quę uellet iniūgeret: & sępe termi
nos pręfiniret: Tū maxime cū fornicantē quēpiā ei in carnis ꝑnitiē demādas
set: neq̧ ꝑ se ille impositas mętas excessit: Quid igit̄ sathan designat? nimirū
hebrea aduersarium lingua: Angeli ergo sathane hi hauddubie oēs fuerunt: q̄
Paulo aduersabantur: faber uidelicet Alexander ille: himneusq̧ & philippus
ac cęteri q̄ huic & pressuras iniecerant & praua sathanę opa exequebant̄: Ini
quit igitur nequaq̄ permisit deus: meū hoc prędicandi munus sine periculis
& labore proficere: ne ipse extollar: q̄ multis sim reuelationibus ab eo digna
tus: Veꝝ cur nō angeli sathane sūt dati: s̄ angelus? Forte qa pro loco unus
aliquis reperiebatur: qui Paulum diuexaret: concitaretq̧ forsan & populum:
eundemq̧ ducem reliqui sequerentur: vł quod satius est: ueneris incitament a
quibus maxime urgebatur his uerbis expressit: vel quę prędicanti sibi immi
nerent pericula: vel q̧ sibi obsisterent homines dixit. Verū a quo datus sit
stimulus ille: si queras? a deo certe: cuius permissu sathan hęc audebat: Id nā
q̧ cum datus est inquit demonstrat: neq̧ ut semel: s̄ ut continue me colaphi
zet: atq̧ diuerberet traditus est: illud autem ne extollar: nonnulli ita interpre
tant̄: Hoc ē: ne magni ab hominibus fiā: nec tamē id hoc loco sentit apostolus:

tametsi hoc ipm superius dixit: sed id pcipue: ne ipse efferar inqt: & insolescã. Erat quippe & ipse humanus. ¶ Propter quod ter dominum rogaui ut dis cederet a me; & dixit mihi: Sufficit tibi gra mea.) Ter: hoc est sepi9 rogaui quod plane eius prefert humilitatem: Fatetur nanq; nequaq se aduersarioruz diuexationes & insidias potuisse perferre: que ut ab se tollerétur; orabat: dix it autem mihi: Sufficit tibi gratia mea: hoc est: Sat habeas uelim: qa & mor tuos tibi suscitandi: & potestatibus cunctis imperandi contulerim gratiam: nolim igitur id ultra efflagites ut tua expers discriminis sit predicatio. Id nanq; tibi superuacaneum foret: qui quod satis est iamdudum acceperis. uel aliter et si permiserim te diuexari adsum tamen & tueor. ¶ Nam uirtus in in firmitate perficitur.) Subinde dicat: id forsitan doles o Paule: ne me illud im potentie arguat: quia uerbis tibi & maledictis insidientur plerúq;. Confide tamen: nam tũc maxime pfectior mea patebit potẽtia: cum illoꝝ euiceris ptinatiã q te isectãt. Aduerte aũt queadmodũ de9 ipe tẽtatiõib9 sinit nos tradi. ne quis mõ insolescam9: uł aliter: de9 videl; tũc ei9 uirtutẽ pfectiorẽ iqt esse iam nactam: quando in infirmitate: hoc est in persecutiõibus & periculis: ei9 sectatores afflictabuntur. ¶ Libenter igit̃ gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me uirtus Christi.) Postq̃ inquit ipse animaduerti; dei uirtutẽ iri in infirmitate pfectũ: gloriabor ergo in infirmitatibus meis: he nãq; quo affluent magis eo mihi dei uirtutem allature uberius sũt. Nolite ergo existi mare; quasi dolens: querar stimulũ hũc mihi fuisse iniectũ: sed letior potius & iactabundus id dixerim: quippe qui maiorez in se dei uirtutẽ pre intentionib9 pressuris consciuerit. ¶ Propter qđ placeo mihi in infirmitatibus meis in cõ tumeliis in necessitatibus in persecutiõibus in angustiis pro Christo.) Cupie bam equidez inquit a grauioribus hisce & minus gratis: liber euadere: s postq̃ ea accepi & intellexi que meis his auribus hausi: glorior plane: & mihi placeo hoc est; incredibili iocunditate afficior: et in infirmitatibus ipsis oblector & malis: moxq; ne corporis morbum infirmitatem intelligas: cõtumelias dixit & huiusmodi alia ex his pterea pseudo apłos illos uitupat: q sese ut deo eq les de prauis quibusdam & peruersis actiõibus iactitarẽt: & discipulos suos hortatur ne quoq̃ modo hos pudeat sui sed honori potius & glie ducãt quã doquidem pro dei nutu hec in se fiant & pro Christo sint obeũda discrimina. ¶ Cum enim infirmor: tunc fortior sum.) Quid inqt miraris si dei uirtus: uel aduersantibus uniuersis patescat! Nam & ipe tunc fortior sum; cũ magis diuexor: & dei ob gratiam hanc adeptus sum fortitudinẽ; que laboranti mihi presto est semp: & maximum in modũ opitulatur. Nam cũ in carcerem esset ille coniectus qui se asseruaret ad fidem instruxit: cũ naufragium fecit; barba ros insule accolas: ad quam adnatauit: in sui admirationẽ cõuertit: Iudicẽ pre terea: cum illi uinctus assisteret & accusatores simul preuicit. Cum demũ in firmaretur: hoc est: cum periculis agitaretur: & afflictaretur pressuris. Tunc robustior erat; & animo fortiori omnia tolerabat. ¶ Factus sum insipiens: vos me coegistis.) Iterato excusat iactantiã. Superius quidez: insipientez me dixerat: & tanq̃ in insipientia excepistis. Nunc uero tanq̃ nõ animi compos in sipientem apte se nuncupat: & quoniã que uoluerat comparauit: fidẽtius tan

dem damnat iactantię uitium: instituens: nil unq̃ esse cuiq̃ gloriandum: ni co/gat necessitas: qua cu3 & ipse iam urgereẽ: insipientẽ dicat: perinde inquiat: uos me ad id compulistis: Nã cum uestrę salutis curã susceperim: & fallaces apſos conspicarer: sua iactantes: uos ad se applicãdo corrupisse: ad meã gloriã bis uer bis uterer: fuit necesse: hac igitur de causa fatius dixi: uel aliquid ipse uestrę sa/lutis gr̃a de me gloriari. ❡Ego enĩ a uobis debui cõmẽdari.) Decuit ĩqt uos potius predicasse res a me gestas: & laudibus extulisse: quod tamen haud qua/q̃ egistis: sed quia illis potius adherentes corrupti iam estis: & inquinati: eius/modi sum ob uestram salutem locutus. ❡Nihil enim minus feci ab iis qui sũt supra modũ apostoli: tanetsi nihil sum.) Superius quasi subdubitans dixit: ex/istimo me nihil esse inferiorẽ apostolis ceteris: idipsum nunc fidentius inquiẽs repetit. nihil enim minus feci: hoc est: haud quaq̃ inferior sum: uel pro fide mi/nora gessi magnis apostolis: qui petri tempore extitere: nihil sum tamen uł hoc loco innatę humilitatis oblitus: etsi nihil sum dixit: Aduerte autem hominis sa/pientiam: nam non solum nil amplius se cum falsis apostolis cõfert: sed ne illos quidem ullius esse momenti ducit: & parem se ueris apostolis astruit: utpote: q longe alios antecedat: proinde in ueros apostolos contumeliosos esse corinthi/os arguit: siquidem se qui sit illis ęquandus: falsis dicant inferiorem. ❡Signa tamen apostolatus mei facta sunt super uos.) Equidem inquit & si nihili sum: haud tamen per uos id debet aduerti: sed illud potius: quẽadmodum scilic3 nil sit per me intermissum: quod apostolum exprimat formetq3: & uos mihi testi/monio eritis: ut cuncta sim executus. ❡In omni patientia.) Prior apostoli forma: tolerantia est: & omnia ut ferat uiriliter. Aduerte uiri modestiam: quot enim discrimina: quot bella domi sibi & foris illata tam breui designans orati/one preterit? quinetiam quod eius fuerat uirtute effectum: pacientiam dico: unico uerbo expressit. at quę ad signa & miracula pertinent: quia non sue erant industrię sed gratię diuinę & muneris: pluribus explicauit: sicuti in subsequenti bus audies. ❡Signis & prodigiis & uirtutibus.) Quid a prodigio differat signum dictum est supra: & ne quis forte existimet ut libentius sua impartiren tur Corinthiis hec dicta fuisse: & uirtutibus addidit: quibus liquido speciem quandam pretulit castigandi: hisdem uirtutibus in mortuos cecosq3 & demone correptos: usus est paulus: quos omnes maximus affectos beneficiis caritate prosequebatur. nec secus & qui castigati continentiores sunt redditi: qualis ely mas fuit. ❡Quid est enim quod minus habuistis pre ceteris ecclesiis.) Neqs dicat magni sane paulus est: alioqui haud quaq̃ tanta hic gessit quanta in aliis ecclesiis ceteri apostoli factitarunt: ita quidem: quid enim minus pre ceteris ec/clesiis habuistis? hoc est num minorem estis per ceteris gratiam assecuti?

❡Nisi q̃ ego ipse non grauaui uos: donate mihi hanc iniuriam.) Acerrime eos obiurgat: sic inquiens si eius me rei in simulatis quia nulli uobis oneri fue/rim: sed gratis euangelium predicarim: ueniam postulo: id si quid est criminis: dono date. simul & illorum laudes explicantur his dictis: siquidem eo iniuria3 sibi inferri a paulo autumant: quia nihil ab se digneẽ accipere.

❡Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos & non ero grauis uobis: nõ enĩ

quęro que uestra sunt sed uos.) Ne uideatur id ipsum sepe proferre: tanq̃ dece-
tero sit ab his quippiam accepturus: sic inquit. neq̧ enim quia nihil accipiam
iccirco neq̧ ad uos ꝓficiscor: quin bis ad uos cõmigraui: & tertio me paro itu-
rum. neq̧ grauabo uos: non quia uel sitis tribuendo offensi: uel opibus nil uale
atis: sed quoniã non uestra a uobis deposco: hoc est pecunias & fortune bona:
sed uos: hoc est anime uestrę salutem. ¶ Nec enim debent filii parentibus the-
saurizare: sed parentes filiis.) Quoniam non iniuria obiici hoc loco id posset. er
go neq̧ nobis fas est nostris potiri & frui rebus: quãdoquidem non ęquo sis
erga nos animo. Propterea his occurrit apostolus dicens: parentes debere libe
ris suis thesauros comparare: preceptorum: & auditoꝝ substituens loco: geni-
tores: & filios: ostenditq̧ debitum se adimplere cum nihil accipiat: cum paren-
tis loco se ducat: & hos in filios habeat: quibus prospicere potius q̃ quicq̃ adi-
mere sit necesse. ¶ Ego autem libentissime impendam: & superimpendar ipse
pro animabus uestris.) Ipse inquit: non solum a uobis nihil accipiam: sed do-
no sum potius & gratis daturus: id enim pretendit cum impendam dicit. uerũ
quid dixerim pecunias me impensurum: quinimo ego ipse impendar: hoc est: si
uel caro hęc mea sit pro uestra impendenda salute, nil parcaꝫ. ¶ Licet plus uos
diligens minus diligar.) Hec & criminantis sunt & amantis dicta: dicit enim
hęc quidem eorum gratia fecerim: quos ipse prosequor beniuolentia: non qui
ęque amori eo respondeant meo. unde quot modis hos urgeat: primũ quia nihil
acciperet: quod iure capere poterat: & quia necessariis rebus careret: gratisq̧ &
his euangelium predicaret: largiretur potius q̃ acciperet: nec simpliciter quideꝫ
& parce: sed abunde & liberaliter: quodq̧ permaximum est: seipsum & dedat:
colatq̧ qui se non minus ament. ¶ Sed esto: ego uos non grauaui: sed cuꝫ esseꝫ
astutus: dolo uos cepi, nunquid per aliquem eorum quos misi ad uos, circumue
ni uos.) Quod inquit tale est, a uobis equidem nihil ad auariciam flagitãdo ex
egi tametsi forsitan aliquis suspicetur calliditate me quadam & astutia potius:
nihil a uobis accipere destinasse: sed meos ad uos transmisisse. qui aliquid a uo-
bis efflagitarent: ea arte: ut uel accipiens nihil uidear accepisse: quod plane est
a uero penitus alienum: uelim itaq̧ consideretis: utrum ita se habeat res: nec ne
Carpit preterea corinthios ipsos uituperatq̧: tanq̃ animo iniquo aliquid colla
turos: existimantesq̧ ab se extorqueri quicquid in preceptoris alimoniam ero-
gassent. ¶ Rogaui Titum: & misi cum illo fratrem: nunquid Titus uos circũ
uenit?) Vel id quidem ad horum contumeliam infert: non enim misi inquit:
sed rogaui: arguens merito hunc accepisse: si quid acceperit: rogatus nanq̧ ad
uos concessit: tametsi apud uos uestrarum rerum immunis permanserit. Erat
autem lucas: quem dicit tito in comitem transmisisse. ¶ Nonne eodem spiritu
ambulauimus?) Hoc est: num eadem spiritali gratia ipsi incessimus? gratiã enı̃ꝫ
appellat abstinentiam ipsam: quia ab his quo minus acciperet quidpiam absti-
nuerit. Quod & si eius sit uirtute effectum: deo tamen ascribit id gratię.
¶ Nonne eisdem uestigiis?) Neq̧ uel paululum inquit a meo hoc instituto
decessi: & non solum ipse id egi: sed mei insuper sectatores acerrime mea sunt
sectati uestigia. Atqui non modo se ipsum his legibus paulus castigabat: quia

& qui secum essent instituebat: ne quo uel iustiori lucro inquinarentur. ¶ Olim putatis quod excusemus nos apud uos: coram deo in christo loquimur.) Veritus ne assentatoris fungi officio uideretur: sic inquit: nequaq̃ ad gratiam uobis hec loquimur tanq̃ excusatione utentes: sed perinde deo spectante & in christo loquimur: hoc est per christum ista enuntiamus: quo fit ut ea narremus que & facta iam sint & deo ipsi precognita: non ut me me apud uos laudem: quod sane & in ipso epistole exordio dixerat. ¶ Omnia autem carissimi propter edificationem uestram.) Neq; enim inquit eam hec ob causam egerim uel a uobis nil prorsus ea ratione accepi quia infirmiores uos sitis & imbecilli: horũ nãq; animos offendisset: sed edificandi uos gratia: & nihil accepi: ne uos obturbarẽ sed iuuarem potius & prodessem. ¶ Timeo enim ne forte cum uenero: nõ quales uolo inueniam uos: & ipse inueniar a uobis qualem non uultis.) Vides pauli diligentissimam curam & prouidentiam spiritalem: delinquentibus aliis: ipse formidine angebatur: nec peccantes condemnat: sed quasi anceps & dubius inquit ne ueniens uos forte deprehendã quales non uelim: hoc est corruptos & deprauatos deprehendarq; item & ipse qualem non uultis: id est castigator & penarum ingestor. ¶ Ne forte contentiones: emulationes, animositates, dissentiones: detractiones: susurrationes: inflationes: seditiones sint inter uos.) Debuerat priori loco inflationes ponere: sed cauens ne sua uideretur expostulare & querere. q̃ppe quia in se corinthii superbirent: prius q̃d cõmune est disent ab emulatione nanq; & detractionibus uitia istiusmodi cetera oriuntur ab hisq; & contra emulatio incendebatur. susurrationem autẽ criminationẽ dicit: inflationes uero superbos quosdã & tumidos & mores: uel cum in naturam uertitur animi tumor: cũ itaq; in paulũ insolentiores essent corinthii: falsos apostolos efferebant: & honore prosequebantur. ¶ Ne iterum cum uenero humiliet me deus apud uos.) Hoc est satis sint que ante hac admisistis: uereor equidez ne ad uos cum fuerim profectus: uobis cogar uti seuerius: penas nanq; quibus illorũ nonnullos esset acrius affecturus: humilitatem appellat: tametsi castigari a paulo plerinq; glorię ducerent: non enim dixit ne humilis reddar sed ne me humiliet deus: arguens uel dei ob gratiã id se facturum: cuius imperio pareat sit necesse: ut se erga hos prebeat duriorẽ. cum uero deus meus inquit ardentissimum eius in deum patefacit amorẽ. ¶ Et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt & non egerunt penitentiã super immunditia & fornicatione & impudicitia quã gesserunt.) Aduerte pauli clementiam & caritatem immensam: deplorat enim & luget peccantes: neq; omnes dixit sed multos: nec peccatores simpliciter sed penitentiã non agentes. Sunt nanq; istiusmodi non iniuria deplorãdi qui sunt in uulnere accepto pertinaces: neq; hos preterea patefacit: ut eis facilẽ tribuat ad penitentiam reditũ: cuius eo cõmeminit ut hanc statim arripiãt: ne ue ad eos proficisci cogatur & penis afficere: uel inuitus. id nãq; cũ lugeam inquit pretendit: hoc est merore sũmo afficiar uos castigando: immunditiam uero pro quouis scelerum intelliges genere: que uel singula per se & priuatim immundos reddit: uel inexplicabilia queq; facinora que in ipso cõcubitu admittũtur: neq; unus aliquis erat. q̃ fornicãdo deliquerat: s; multi: & uariis ac detestabilibus impudicitię modis. ¶ Ecce tertio hoc uenio ad uos: in ore duorũ uel

trium testium stabit omne uerbum.) Quemadmodum deus multa ad suppliciū cōminatur: sic eius imitator apostolus multa ante testatur: subditq; ut eniʒ ex scripto constat in duorum triumue testium ore: hoc est testimonio omne uer-bum staturum: idest omne quod ambiguum est confirmatuʒ iri: sic & in tertio meo aduentu quodcunq; sum comminatus stabit & aduersum uos confirmabi-tur: nisi uos peniteat cōmissorum. pro testibus autem suam posuit frequentem ad eos profectionem. ¶ Predixi enim & predico ut presens uobis & nunc ab-sens: his qui ante peccauerunt: & ceteris omnibus: quoniam si uenero iterum non parcam.) Et predixi inquit & rursum predico: nam quēadmodum cum se-cundo me ad uos contulissem: sum hec presens prefatus ita & in presenti per meas has litteras proclamans denuntio his qui preteritis sunt peccatis obstric-ti tanq̃ correctione indigentibus: ceteris uero perinde ac testibus. q; si postlimi-nio ad uos ipse concessero: non penis afficiam dixit: sed non equidē parcā: miti-ori usus: & quod patrē deceat: uerbo. si itaq; inemendatos deprehendam: haud quaq̃ ultra: que uos manent tormenta distulerim. ¶ An experimentū queritis eius qui in me loquitur christus.) Indignabundus sane & ira succensus: eos al-loquitur qui se ut imbecillum & contemptibilem aspernarent̃: subinde dicat. quoniam periclitari iam uultis utrum in me christus inhabitet & iccirco me ut infirmū & destitutum a christo uulgo iactatis: intelligetis plane: si incorrecti es-tis adhuc permansuri nec ne. ostendit insuper spiritalia esse que dicat. coq; & formidanda que cōminetur: tanq̃ christi sint dicta que loquit̃. nec propterea hos castigabat: tanq̃ experimentum his allaturus: sed quia insanabiliter illi deli-querant: si itaq; uobis inquit penas cogar & tormenta ingerere: re ipsa quod q̃-ritis experimentum intelligetis. ¶ Qui in uobis non infirmat̃ sed potens est in uobis.) Cur in uobis adiecit cum constet christum omnibus esse in reb9 po-tentissimū: quia par erat hos diuinam in se potentiam experiri. ait itaq; uel ab his que iam ipsis experimentis profecto cognoscitis: quia nihil sit in uobis īfir-mior christus quem iam excepistis: sed patens & ualidus. uel quia in hac uita cum liceat uobis errata corrigere: suas in uos uires ostendit: urgetq; in presen-ti & uexat ut in futurū uenia donet: in infideles uero uim suam omneʒ est effu-surus: cū iudicaturus adueniet: significat preterea quēadmodum & ipse sit deli-quentes suppliciis affecturus: que alioquin non ab se sed a christo domino infe-rent̃. ¶ Nam & si crucifixus est ex infirmitate sed uiuit ex uirtute dei.) Et si his dictis perturbent̃ pleriq; existimantes pre infirmitate hoc est impotentia: christum cruci fuisse affixum: edificant tamen & corporis esse infirmitatem: & mentis: & hac quidem multos egrescere quorum fides & putreus ē & infirmi-or: ut alibi paulus: qui fide infirmantur suscipite: porro insidie discrimina & ig-nominie infirmitatis hoc nomine designat̃: ut illud delector in infirmitatibus meis: & eiusmodi reliqua. scđm igitur postremam hanc infirmitatis significan-tiā: pre infirmitate dominus fuit in crucem sublatus ꝑpessus insidias: discrimē & ignominiā: hec nanq; uident̃ pre imbecillitate inferri & impotentia. ut eniʒ stultitiā paulus predicationē appellat: non ut ita se habeat: sed quia id increduli oppinentur & infideles: sic & infirmitatis ob causam dominū ait patibulo fuis-

se suffixum: quia & infideles oppinarentur: non q ulla illi inesset infirmitas.
Viuit autem ex dei uirtute hoc est patris uel sua: sunt enim filio que & patris
communia: & patri que filii: quo fit ut una insit utrisq qui unum sunt: & eadẽ
uirtus. quin potius filius patris est uirtus: ergo & filius semet suscitauit ut dix
erat: soluite templũ hoc: & triduo suscitabo illud: hec omnia eo intulit paulus
ut corinthios pertinatię & insolentie admoneret q se paruifacerent. perinde per
secutionibus & insidiis agitatum: existimarentq ex impotentia quadam eũ hec
perpeti. ostendit itaq & dominum nihil noxium fuisse ex eiusmodi infirmitate
perpessum. ⁋ Nam & si nos infirmi sumus cum illo sed uiuimus cũ eo ex uir/
tute dei in nobis.) Hoc est persecutionibus premimur & afflictamur. hec qui/
dem infirmitatis uidentur plerisq indicia. in ipso hoc est in ipsius gratia & sui
nominis predicatione: sed quẽadmodũ illi nihil insidie obfuere: ita & nos inoffẽ
si manebimus. neq id solum: quin & cum eo simul uicturi sumus: hoc est insu/
perabiles deprehendemur in uobis: hoc est ad uestrã utilitatem. perinde id eos
perterrefaciens dicat: & si uobis uidemur ipsi infirmiores in uobis tamen nos
uiuimus: id est si nihil in melius profeceritis emendati: erimus ad uos castigan
dos superstites. ⁋ Vosmetipsos tẽptate: si estis in fide ipsi uos probate.) At
quid de me dixerim quia in me loquitᷣ christus: utq & si potestas sit mihi & uis
afflictandi: cruci tamen affixum sectatus: nihil uestra disquiro: & si uosipsi
uelitis diligenti cura rimari & uestra facta expendere: christũ in uobis specta/
bitis: si fide estis perfectiorẽ adepti: uel si id minus: simplicẽ tamẽ aliquã entis
& tenuem consecuti. credentes nanq tunc tẽporis miracula factitabant. uel fi/
dem signorum dicit: quã magis singuli uendicabant. fit itaq: ut si in uobis dis/
cipulis astruatur christus inesse: longe magis & in me preceptore est permansu/
rus. ⁋ An non cognoscitis uosmetipsos: quia christ9 iesus in uobis est nisi for
te reprobi estis.) Hoc est ni forte ex signorum gratia excidistis: quam olim ex/
ceperatis. arguit autem ipsos corruptos esse his uite bonis: nam etsi plerisq fi/
dem haberent: edere tamen miranda nõ poterant: ut pote qui uita essent & mo
ribus deprauati: inquit igitur: uti perspicuum est nullam habetis uestri cogni-
tionem: neq q in uobis sit christus sentitis: nec manet quidem ille in uobis: q
reprobi in uita estis: nec tamen istorum aperuit scelera: ne eos incesseret acrius:
sed posuit quod dixit ambiguum. ⁋ Spero autem q cognoscetis quia nos non
sumus reprobi.) Ingentes uel hinc comminationes impendent: quoniam inquit
experimentum uultis ex uestris penis accipere: spero equidem nec ingenium de
futurum quominus me non reprobum esse apud uos patefaciam: nec ex signo/
rum & uirtutis gratia decidisse: uel aliter. non enim ipsi in uita sumus corrupti
ores ut a nobis defugiat christus: sed uite ob probitatem hic apud nos habi/
tat & qui inter uos contumaces sunt tormentis afficiet.

⁋ Oramus autem deum ut nihil mali faciatis non ut nos probati appareamus:
sed ut uos qđ bonũ est faciatis.) Attẽde pauli in hos caritatẽ. contẽptui apud
hos erat & contumeliis incessebatᷣ: tanq̃ nullius esset momẽti uir: & nihil uirtu
te sed epistolis niteretᷣ: iactabundus & insolens. nunc uero non solum differt
illorum debitas sceleribus penas: quin & precib9 postulat ut nil unq̃ deliquãt:

ne ipse e meritis inferre penas cogatur: non enim studeo inquit ut uidear p̄ob9 ob idq; & alios castigandi assequar facultatē: sed ut ipsi que recta sunt continēter agatis. utq; et si in aliquod fueritis crimen prolapsi uos ei9 peniteat: & ego ut reprobus sim: hoc est ut uidear multis infirmus & impotens. utpote q̄ nullā in uos animaduertendi occasionē inuenerim. neq; enim in uero reprobus futurus erat apostolus sed probus & innocens esse comperiebat̃. nam sic discipulos ad fidem erudiebat ut a prauis omnino abstinerent facinoribus hortaretur sed ideo ut reprobus ego sum dixit quia istiusmodi esse hunc illi existimarent. ¶ Non possumus enim aliquid aduersus ueritatem.) Ne ad gratiā uideat̃ hec loqui sic inquit mente placatiori id equidem exequar non superba & insolenti: nā si īparatos uos esse deprehendero z nil cōmunitos sed obnoxios crimini: et si haudquaq̄ nobis satis uirium ad uos castigandum suppeteret: uel id aggrediētibus nobis: opem allaturus est deus. hanc enim ille nobis contulit facultatem ut ueram feramus sententiam & ueritati nil aduersantem. is enim pro ueritate sententiam tulerit: qui sontem & noxum tormentis affligit: ueritatem uero aduersus ille decernit: qui nil delinquentem afficit penis. ¶ Gaudemus eni3 quoniam nos infirmi sumus: uos autem potentes estis.) Iterato ostendit se corinthiis esse animo coniūctissimū. inquit enim nequaq̄ estimetis: quia uel si nullis sitis peccatis obstricti: eo me nō posse quid ualeam uirtute ostendere. ergo id doles dicet aliquis? nequaq̄: quippe qui maxime leter cum infirmior sum: hoc ē inualidus & infirmus existimor quia nihil uirium ualeam alios castigando preferre. uos uero sitis potentiores: hoc est uirtutib9 prediti & quouis crimine uacui. ¶ Hoc & oramus uestrā cōsūmationē.) Nō modo inquit id uelim quin & uotis nitor & precibus ut innocentes uosipsi & perfectos exhibeatis & ita: ut nullam cuiq̄ detis uos incusandi occasionē. consūmationē autē p̄fectionē dicit. ¶ Ideo hec absens scribo ut non presens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in ędificationē & non in destructionem.) Postq̄ hos plurimū cōminando iam perculit: excusans inquit: ideo ad uos istiusmodi uel absens scribo: quia mallem solis litteris hanc meam terminatum iri duritie3: nō re preferri: nam si nondum edomitos uos ipse & emendatos comperero acrioribus necesse erit uos penis afficiam: quandoquidem potestatem hanc mihi contulit dominus. quibus ex dictis: ostendit suo noxios interuentu dominum cruciare: arguens autē se nil concupiscere in eorum tormentum istiusmodi uti licētia: non in destructionem sed in ędificationem adiecit: subinde dicat: dominus quidem imprimis haud quaq̄ uult uel destruere uel tormentis quempia3 diuexare: sed edificare hoc est afficere beneficiis. alioqui his qui corrigi nequeunt: si exitiū īferat̃ ędificationis loco habēdū est. ¶ De cetero fratres gaudete.) Ipse inq̄t p̄egi que mea īterfuit: reliquū ē ut & uos cōferatis que ur̄a sūt: uidelicet: ut correcti & emēdati: ex recti cōsciētia uobis lętitiā cōparetis nunq̄ p̄culdubio desiturā: tāetsi īiocūda & tristia uobis disserui. ¶ p̄fecti estote.) hoc ē: p̄fectiōe3 assequimini: cū ea que recta sūt sentiēdo & dogmata uerriora sectādo: tū uita & moribus uosmet excolēdo q̄ uobis desūt supplete. ¶ Exhortamini.) Cū p̄ſime essēt tētationes & p̄icula: exhortamini iq̄t: hoc ē & p̄pria & mutua quadā exhortatione ad meliora nitamini. Apprime eni recti cōsciētia cōsolari nos solet.

❡Id ipſum ſapite: pacem habere.)Vel id quidem in priori epiſtola ab his exe
git apoſtolus: cum factionibus illi intenderent: eſt autē idipſum ſapere: itidem
de fide & dogmatibus ipſis ſentire: habere autē pacem: mutua ſe caritate com/
plecti: utrunq̧ itaq̧ a corinthiis ipſis depoſcit. ❡Et deus pacis & dilectionis
erit uobiſcum.)Non ſolum cōmonefacientis officio fungitur: ſed cōprecantis:
tametſi nihil hoc loco his uideatur precari: ſed predicere quę deinceps futura
ſint: uidelicet: ſi uos pace utemini: uobis affuturus eſt deus. dilectionis autem
hic dicitur: uel quia caritatis fons ſit & origo. uel quia immenſā erga nos quā
dam prę ſe ferat beniuolentiam: uel quia ubicūq̧ fuerit amoris coniunctio ibi/
dem & deus adſit neceſſe eſt: & caritatis huiuſce tenere appareat principatum:
& pacis autem dicitur deus: & quia ex eo ortum pax habeat: & quia celeſtia &
terrena pacauerit: tum quia eam dominationis iure poſſideat. ❡Salutate inui/
cem in oſculo ſancto.)Non ficto & ſubdolo ut Iudas eſt Chriſtū deoſculatus
icciro enim oſculū exhibemus: ut maiorem in modum accendamus beniuolen/
tiam: quandoquidem preceteris membris os ipſum deuinciat animos: quinetiā
domum peregre redeuntes: ut animorum preferamus coniuctionē ore exoſcu/
lamur: uel aliter. Cum enim dei nos templum pręferimus: os quidem quod hu/
ius eſt tēpli ueſtibulum deoſculamur. Per idipſum preterea & chriſtus ingredi/
tur: cum ſacroſanctum ſumimus corpus. ❡Salutant uos ſacti omnes.)Preſen/
tes quidem per oſculum: abſentes uero appellatione & ſcriptis impartita ſalute
facit coniunctiores: quin hos etiā ipſum os copulat: ab ore nanq̧ & ſalutatio
profluit. ❡Gratia domini noſtri ieſu chriſti & caritas dei: & cōmunicatio ſanc
ti ſpiritus ſit cum omnibus uobis Amen)Poſtq̄ uniuerſos caritate oſculo &
ſalutandi officio copulauit: comprecatur & his pro eius conſuetudine filii gra/
tiam: qua nullis noſtris operibus: ſed eius ſola benignitate morte adita nos ſal
uos effecerit: & patris pręterea caritate donarit: qua nos ille eniexe adeo cōplex9
eſt: ut noſtri gratia traderet unigenitum: Nec ſecus q̄ ſi a quopiam huiuſmodi
rogaretur apoſtolus. unde ergo filii gratia procedit? ſic ait: Nempe ex patris ca
ritate: at quid ille peregit? certe ſpiritus ſancti cōmunicationem: hoc eſt: ipſius
ſpiritus quo ſumus ſanctitatem adepti participationē & hauſtum. O o paracly
ti in nobis aduentum illius effecti participes: quē ſpiritum & nos ipſi partici/
pando proferimus. Vbi nam gentium ſunt: qui eo eſſe ſpiritum negant: quia
hunc in epiſtolarum ſuarum primordiis nuſq̄ expreſſerit paulus: ſed ecce iam
nunc apertiſſime ſpiritum nominauit: & trinitas tibi ex eo ītegro numero red/
ditur: & explicatur: per quā uelim equidem: ut decreta ipſa ſeruantes: percepta
firmius ueritate: degenteſq̧ ſine corruptione & labe uitā: noſipſos tutatū iri:
ut in uero ſimus perfectiores: & utrinq̧ recte nobiſcum agatur: & perſpicuum
ſit: perfectum trinitati dei: perfectos nos ſeruos eſſe: cui gloria in ſeculorum ſe-
cula. AMEN .:..

Athanasii in pauli ad Galathas Epistolaʒ prologus.

Auli Epistola hęc a principio fere ad calcem usq; animi com
motione & ira oppleta est: qui enim se in discipulos castigati
one indigentes supra q̃ ratio postulat indulgentiorem & mitẽ
prestiterit: haud sane preceptoris boni officium explet: nam
& dominus petrum cuʒ beatum pronuntiasset: mox & obiur
gat & discipulos stultitie arguit: ad alios item et paulus scri
bens seueritatem sectatur: uti & in Corinthios egit: & nunc in Galathas preci
pua utitur austeritate: causa autem cur ad hos scriberet huiusmodi fuit: cũ ex
iudeis qui credidissent: quia adhuc a patriis institutis penderent: & instruere
alios cuperent: persuadebant galathis circumcidendos esse credentes: obserua
riq; & sabbata & neomenias oportere: asserentes nec qui apud petrum essent:
apostolos hec prohibere: & sane nil hi prohibebant: non ꝙ ita faciendum de-
cernerent: sed ut illorum condescenderent infirmitati: qui nuper & fidem exce
pissent & quibus ipsi euangelium predicarent: paulo auteʒ qui gentes predicã-
do ad fidem formaret: nequaq̃ erat necesse: ut huiusmodi indulgentia uteret̃:
sed hanc ut oportunum erat: de se prestabat: nam et timotheum circumcidit:
& ipse pro lege purgatus est. Seductores tamen illi cum causas nullas profer
rent: cur petrus & qui cum eo essent id agerent: imperfectioribus circumuẽtis
id quidem paulum carpendo iactabant ꝙ alias scilicet circumcisionem permit
teret: & alias tolleret: uarieq; item & inconstanter alia atq; alia predicaret: nec
ullam esse illi fidem prestandam: qui nec christum uiderit: nec christi fuerit: sʒ
apostolorum discipulus esse autem omnino admittendos qui apud petrum di
uersarentur: & propriis oculis christum spectassent: his itaq; commotus apo-
stolus componit epistolam: & primum quidem ad ea ingenii uires intendit qui
bus illi eius conscientiam offendebant asserentes alios quidem christi esse: se
uero apostolorum discipulũ: unde hunc in modũ orditur. ¶ Paulus apostol9
non ab hominib9 neq; ꝑ hoiem.) Confutat initio statim sese non hominũ esse
discipulum qđ illi obiicerent: neq; enim ab hominib9 sed superne est & celitus
euocatus: neq; per hominem sed per christum: quẽ etsi aĩas baptismi aqua ab- Ananias
luerit: nil tamẽ prior ad fidem uocauit sed e celo christus exciuit. Queret ali
quis cur non paulus dixit uocatus apostolus: sed apostolus dũtaxat? quoniaʒ
erat apud omnes iam sermo uulgatior: fuisse hunc per homines in apostolum
confirmatum: id itaq; nequaq̃ se ita habere cõtradicendo paulus obluctatur:
& negat. ¶ Sed per iesum christum & patrem qui suscitauit eum a mortuis:)
Designant haud dubie apostolorum acta ꝑ spiritũ sanctum paulum ipsũ seg-
gregatũ ad apostolatus mun9 fuisse: unde & liquido patet: eandẽ esse filii spi-
ritus & patris ptãtem: nota aũt & per patrem adiecisse & prius filiuʒ posuisse
hereticorum ob cãm: qui huiusmodi superuacanea uel diligenti cura disquirũt
oportune: preterea & mortis meminit & resurrectionis: ut his ꝑsuadeat nil eẽ
amplius ueteri legi intendendũ: utpote quę inducat quod eis sit profuturũ sed
xp̃o uacandum: qui eoꝝ salutis gratia & obierit mortem & postmodum resur
rexit: moneatq; ab eo qui tam maxime sit de se benemeritus: aliqñ disciscere:

summe esse ingratitudīs argumētū:eo aūt dixit patrē filiū suscitasse ut infirmi
ores & labentes cōfirmet:& qa patri nō omnia accēsent̄ que filios egerit:neq;
enim impotēs erat seipm̄ a mortuis excitare qui mortuos reducendi ad uitā:ul̄
ex sola p̄ntia & corporis umbra:in se credentibꝰ ꝓbuerit facultatē. ¶ Et qui
mecū sūt om̄s fratres.)Cū hūc aduersarii carperēt:qa ꝓinde solꝰ & consulto
nemine huiusmōi ꝑdicaret:ostēdit alios se plerosq; habere qui sue sint mētis par-
ticipes. ¶ Ecclesiis galatie.)Attēde q̄ acriter paulꝰ & aīo erat cōmotꝰ & ur-
geretur dolore:nō eñ ut in aliis cōsueuit ep̄lis dilectis ꝑfatus est & sanctifica-
tis:neq; dei eccl̄is sed galaciȩ simpl̄r dixit:& iure quidē:nā cū factiōibꝰ eēnt
& discidiis illi intentiores:iccirco & his plures ascribit eccl̄ias idest pl̄es diuer-
sosq; & dissidentes cōuentus:simul etiā ut occasione obiecta q̄ hos oportebat
instabilitatis pudere:& incōstātię eccl̄iaꝝ hoc nōie:in unū cogat redire disper-
sos:nō eñ hi p̄nt quos cōstat inter se plurimū dissidere: ecclesie appellatione
merito nuncupari:que concordiā & cōuentionē designat. ¶ Gr̃a uobis & pax
)Cū ex prisce legis attētione in discrimē uenissēt ex gr̃a dilabendi:bācillis ꝓ-
catur optatq;:Et qm̄ infensos se deo & hostes reddiderāt qa legē quā ille iam
abrogarēt adhuc sectarent̄:& affirmarēt:ad pacē eos reduxit. ¶ A deo p̄re.)
hauddubie in genitorē nobis effectꝰ est deus:uerū q̄ ex re:num a lege?cui uos
inhiatis:an a xp̄i baptismo?cur igit̄ auersi bn̄ficia afferērē cōtēnitis? ¶ Et do-
mini nr̄i iesu xp̄i.)nomē utrūq; id:bn̄ficentiā prefert:iesus nāq; saluator dicit̄
qm̄ a peccatis exemerit ꝑplm̄ & saluū effecerit:xp̄s uero unctꝰ interp̄tat̄ ut q
sp̄us sit unctiōe oblitus:& nr̄i ob gr̄am:cognomēq; nobis:suo ex noīe reliquit
& mortalē hāc sanctificauit naturā. ¶ Qui dedit seipm̄ ꝓ peccatis nr̄is.)ecce
ut seipm̄ tradidit filios nō in serui more quicq̄ hic gessit:cū igit̄ audis a patre
fuisse hunc ipm̄ oblatū:& bn̄placitū id patri & sic uoluisse:illū intellige:se aūt
dedit:ut nos peccatoꝝ solueret uinculis:a qbus lex ipsa non poterat liberare.
Cur igit̄ inquit destituto liberatore:legi intendatis:quȩ nihil pōt utilitatis af-
ferre. ¶ Vt eriperet nos de p̄nti seculo neq.)His dictis ꝓsiliūt Manichei di-
centes:ecce nūc paulus p̄ns hoc seculū:uel uitā hāc nr̄am neqtię arguit:qō tū
longe est secꝰ:n̄ enī aliqd inest diebꝰ hisce suapte natura malignitatis: nā quę
pōt:uel solari illi decursui:uel dieꝝ his interuallis inesse neqtię: quinetiā neq;
uita hęc nr̄a & aura quā spiramꝰ aliqd in se cōtinet prauitatis:in q̄ & dei habe-
mꝰ cognitiōꝫ:& de futuris philosophamur. Sꝫ neq̄ seculū prauasipsas actio-
nes appellat:& corruptos animi appetitus:quēadmodū usurpare isthuiusmōi di-
ctū solemꝰ:malum nactus sum diē:nō tēpꝰ ipm̄:sed discrimē:& quȩ obtigere
aduersa:culpātes: neq; .n. ut nobis exitio esset:uel ex p̄nti hac tolleret uitā:
mortē oppetiit xp̄s:sed ut a prauis nos eriperet in reliquū facinoribꝰ:nā & illud
qō dixerat supra:ꝓ nr̄is se ipm̄ obtulit ille delictis:ita interp̄tat̄:hoc est:mo-
riens ab his quȩ olim cōmisimꝰ liberauit. Ait igit̄ uel in tutiores nos fecit: ut
eximat ab īprobis his uite opibꝰ: lex uero neq; preterita aboleuit delicta:neq;
aliq d habet ad futura:potentię. ¶ Secundum uolūtatē dei & patris nostri.)
Cū illi existimarent lege obmissa :neq̄q̄ se deo obtemparaturos:eoꝝ mox corri-
git presūptam suspitionē:demōstrans:deo libitum esse:ut ꝑ filiū liberemur:ui-
des quēadmodū nō ex patris iussu:sed uoluntate dixerit:dei: hoc est: qō deo

sit bñplacitũ: cum aũt & prem nr̃m deum appellat: rursum bñfitia in nos con ferentis cõmemiuit xp̃i: q̃ prem suũ & nr̃m effecerit. Cur ergo ab eo deficitis qui se se erga nos tãtopere liberalẽ exhibeat. ¶ Cui est gloria in secula seculorum amen.) Cum amẽ nullibi in eius exordiis antea posuisset apl̃us: hoc loco adiecit indicãs: orõnẽ cõsũmatã esse iam sibi: & satis ad galathaꝝ incusationẽ esse iam dictũ. Cõmemoratis q̃ppe inexplicabilibus dei muneribus: q̃bus hi ingratitudinis cõdẽpnant̃: q̃a xp̃m destituissent: de se bñmeritũ: deinceps q̃ & diuinã munificentiã admiratus: quã uerbis extollere nõ poterat amplioribus: in dei laudẽ orõnẽ cõcludit. ¶ Miror q̃d sic tamcito trãsferamini ab eo q̃ uos uocauit in grãm xp̃i.) Ondit magnã quandã de galathis opinionẽ se presumpsisse. Miror enĩ inq̃t q̃ tantũ insumpsistis in fide laboreꝫ: fuisse tam celerrime immutatos: duobus sane modis sũt hi incusandi: & q̃a diuerterint alio: & q̃a ocissima adeo fuerit illoꝝ defectio: ut ad fallẽdũ nulla indigeãt tẽporis dilatione: iam seductores: q̃d certe hoꝝ arguit leuitatẽ: qui illoꝝ deceptionibus patuissent. Neq̃ .n. transpositi estis dixit: sed transferamini: hoc est: nõdum crediderim: neq̃ existimo istiusmõi hoim fallendi artes: finẽ fuisse iã cõsecutas: & circũuenire iam desiuisse: uide q̃ prudenter hec tractet apl̃us: nã cũ crederent illi legi inherẽdo se posse & patri gratificari: asserit quẽadmodũ a p̃re desciscant qui legi uacent: ab eo nanq̃ q̃ uos inq̃t uocauit tãcito uos transferimini. hoc est a p̃re in grã xp̃i: ut a xp̃o uidelꝫ iustificemur: & eius ex grã nõ nr̃is operibꝰ: filius q̃ppe delictoꝝ ueniã in grã p̃bet: pater uero ad eam nos euocat. ¶ In aliud euangeliũ q̃d nõ est aliud: nisi sint aliq̃ qui uos cõturbãt & uolũt cõuertere euãgeliũ xp̃i.) Cuꝫ suas deceptiunculas seductores illi euãgeliũ esse astruerent: euangelico nomini insistit apl̃us: atq̃ aliud nullũ euãgeliuꝫ esse id p̃ter q̃d uos accepistis: unũ est enĩ q̃d rectã cõtinet fidẽ q̃d nos p̃dicauimus: ni forte aĩoꝝ u̾roꝝ obtutꝰ p̄ebẽt ĩnulli: rogãtq̃ q̃si q̃busdã p̃stigiis: alia uos ꝑ aliis cõspicari: admitẽtes a ꝓprio seu ad fl̃a diuertere: tametsi nõ oĩa q̃ euãgelio cõtinẽt̃: illi ꝑuerterẽt: sꝫ de sabbato dũtaxat & circũcisione uetus illud mãdatuꝫ desitũ iamdiu reducerẽt: õndit itaq̃ paulus uel si paululũ fuerit euãgeliũ immutatũ totũ corrumpi: quẽadmodũ dici de regio nũmo põt: qui uel leuiter circũcisus: totus adulteratur. Atqui plerique id factũ parui existimant: dicuntq̃ nõ magni esse momẽti: uel id ip̃m asserere q̃d illi induxerint. Ipse uero acerrime duxerim: hoꝝ esse opinioni obstandũ: arripient nãq̃ id dictũ Marchioniste: dicentq̃ neq̃q̃ esse q̃tuor illa ab euãgelistis cõscripta: euãgelii noluĩa admittenda: perin q̃ cõfundendo nõnulla demendoq̃ ea cõposuere: sed unũ & solũ suscipiendũ: q̃d paulus hoc loco euãgeliũ dicit: at quid illud: & nos item q̃tuor illa ꝑ eoꝝ cõuenientia unum esse asseueramus: neq̃ enĩ hoc loco de uoluminum numero: sed de uarietate ac differentia disserit paulus: q̃a dissentiũt inquit inter se: seductoribus euangelia p̃dicantibus: sic itaq̃ dep̃hendit̃ quidẽ & plane cõducit̃ manifestissima Marchiõis heretici deliratio. ¶ Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet uobis preterq̃ q̃d euangelizauimus uobis anathema sit.) Nequis forte obiiciat inanis glorie cupiditate apl̃m sua dogmata extulisse: & se ip̃m cum ceteris: si id ageret detestat̃: & q̃m hi ad eos confugiebant: qui dignitate precellerent: & uitam cum petro & iacobo ducerent: eos

demq; & cęteris longe preferrent. Propterea angelorum nunc meminit: & de celo adiecit cunq; & sacerdotes angeli uocarentur: supernas potestates expressit: neq; enim si contraria solum predicauerint intulit: sed si euangelizauerint: id preter qđ ipi euangelizauim9: hoc est: si plusculum quippiam ipsi adiecerint execrationi subdantur. Cum itaq; uel angelos detestatur: si modo aliter predicarent: quamuis aliam uult uel hoc ipso obstringi anathemate dignitatem: se uero cum execratur: nec familiaritate coniunctis uel amicitia parcit: nec mihi obiecens inquit meos apostolos alia atq; alia predicare: quandoquidem nec me ipsum exemerim: si aliquid id preter q̃ predicatum est: addidissem. Hęc autem: non ut apostolos ipsos condemnet: iniunxit: sed ut eorum q hisce erroribus tenerentur: ora obstrueret: ostenderetq; nullam esse dignitatis rationem habendam: ubi de dogmatibus ipsis & fide agatur. ¶ Sicut prediximus: & nūc iterum dico: si quis uobis euangelisauerit: preter id quod accepistis anathema sit.) Ne forsan existiment illi: uel prę ira hęc paulum: uel glorię gratia uendicande; dixisse: iterato eadem illa exponit: indicans non temere & incerto iuditio: sed uera animi sententia: firmiter hęc apud se decreuisse. ¶ Modo enim hominibus suadeo: an deo: an quero hominibus placere.) Futurū est ut obiecta quorum fuerat insimulatus: excuset: ne itaq; illi quia perinde in iudicium cum preceptore contenditur: efferantur: sic inquit: nequaq̃ existimetis me uobis uel respōsurum: uel id eniti: & querere: ut persuasos uos reddam: quinpotius meus omnis ad deum intēditur sermo: quocirca: nequaq̃ id scripserim: quasi per uos cupiam mihi laudem parere: uel ut discipulos comparem: sed eo id scripsi: quia deo sum rationem de decretis ipsis et euangelio redditur9: eoq; nec uelim hominibus gratificari: uel aliter. Cum enim carperent multi tanq̃ alia pro aliis predicaret: acomodaretq; se hominem uoluntati: sic ait. Num quit hominibus persuadere studeo: & illis placere: an deo morem gerere: Si enim uellem placere mortalibus facerem prorsus que ipsi obiicitis.

¶ Si adhuc hominibus placerem: christi seruus non essem.) Confirmat quemadmodum ad hominum gratiam nil facere se quidpiam studeat. Diccet aliqs Qui enim fieri poterit: qn hic blandiendo: non hominum aucupetur beniuolentiam: uel diuersa aliis item; atq; aliis predicet: si huiusmodi inquit rebus incumberem: nunq̃ ipse a iudaicis desciuissem: uel christo deniq; adhesissem: neq; necessitudine mihi & beniuolentia coniunctos: uel tantum glorie contempsissem: uel persecutionibus maluissem & periculis obiectari & ignominiis.

¶ Notum enim uobis facio fratres euangelium: quod euangelizatum est a me: quia non est secundum hominem.) Ostensurus quemadmodum hauddubie legem deseruisset: anteacte meminit uitę: & immutationis: tā repentine; indicans nequaq̃ potuisse se tam subito immutari: ni diuinitus certius aliquid comperisset: Iccirco inquit: non enim est secundum hominem euangeliū meum: hoc est: non hominem habui instructorem: sed christi ipsius sum factus discipulus.

¶ Neq; enim ego ab homine accepi illud: neq; didici: sed per reuelationem iesu christi.) Id nanq; aduersarii obiectabant: nequaq̃ paulum ut cęteros apost-

olos xp̄m ꝓprius aurib9 audiſſe docentē. Sed accepiſſe ab hominibus cuncta: Inquit igitur ille idem & mihi euangelium reuelauit: qui petri contubernales inſtruxit & ſocios. ❡ Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando in iudaiſmo.) Vnde liquet ſi queras euangelium per reuelationem me accepiſſe: nimirum ex preſtina mee uitę conſuetudine: nam quo pacto qui tam acerrimus fueram eccleſię perſecutor: repente adeo animum immutaſſem: niſi mihi diuina maieſtas retexiſſet archana: & furentem ad ſe traxiſſet? ꝙ autem tam acriter dei ſim eccleſiam inſectatus uel ex eo perſpicuum eſt: quia & ad uos de me fama peruenit: qui tanto interuallo a iudea diſtatis.

❡ Quoniam ſupra modum perſecutus ſum eccleſiam dei & expugnabam illa) Aduerte ut ſingula magis amplificet: neq; enim ſolum perſequebar dixit: ſed ſupra modum uniuerſam ſum eccleſiam perſecutus: neq; eo contentus: ſed expugnabam hoc eſt euertere cupiebam & tollere. Id enim erat perſequentis negotium. ❡ Et profitiebam in iudaiſmo ſupra multos coętaneos meos in genere meo: abundantius emulator exiſtens paternarum mearum traditionum.) Prę ceteris inquit qui mea erant ętate: ardoris plurimum per me ferebam; proficiebamq; bello. quod aduerſus eccleſiam dei ſuſceperam: & a iudeis mihi maximus honorę deferebatur: nec mirum quem ardentiſſimum uiderant paternaru traditionum & legis emulatorem. Neq; enim exiſtimes paulum irę uel odii uel inanis glorię grā fuiſſe eccleſiaz pſecutū: ſed dei zelo & legis: ignarus tamen ꝙ deo ipſi ingratum facinus eſſet aggreſſus. Ait igitur: qui enim fieri poteſt ut qui talem me in iudaiſmo preſtiterim: nunc cognita ueritate: ob humane glorię cupiditatem alia atq; alia predicem: non ea que ueritas ipſa depoſcit & Chriſtus ipſe me docuit.

❡ Cum autem placuit ei qui me ſegregauit de utero matris mee.) Queret aliquis: ſi ex matris utero in euangelium ſegregatus eſt paulus predicandum: & a deo electus: cuius myſterii diſpēſatione tamdiu eſt in iudaiſmo relictus? Id ſcilicet: ut tam repens illius immutatio & multis faceret fidem: & traheret ad Chriſtum ꝗ̄multos: ſegregauit autem hunc non ſorte deus: ſed preſcientia ut quem dignum euangelii preconem longe ante uidiſſet.

❡ Et uocauit per gratiaz ſuam.) Vocauit hunc deus ſua uirtute & gratia: uas nanq; electionis mihi inquit futurus eſt iſte: is uero pro huiuſmodi gratię munere a deo ſuſcepto: humilior redditus: uocatum ſe dicit: non ꝙ id fuerit ipſe ꝓmeritus: ſed quia it: ſit diuine clementię placitū. ❡ Vt reuelaret filium ſuum in me.) non enim mihi dixit ſed in me reuelaret: arguens non uerbis ſolum ſe hunc didiciſſe: ſed corde interioris hominis ſcientia circumfuſo: & chriſto in eo loquente multo ſpiritu fuiſſe imbutum.

❡ Vt euangelizarem illum in gentibus.) Reuelauit inquit mihi & filium: ut non modo eum his oculis cernerem: ſed ad alios etiam illius nomen perferrem Nec ſolum quia in eum crediderim dei effectum eſt gratia: ſed ut ab eodem etiam confirmarer: cur ergo me dicitis ab hominibus fuiſſe inſtructum: nec ſimpliciter ut euangelizarem hic dixit: ſed in gentibus ſubinde inquiat: ſi enim ad gentes erat illius nomen per me deferendum: quo pacto & gentibus circu-

cisionem predicauerim. ¶ Continuo non acquieui carni & sanguini.) Hec est
nequaq̃ me ad apl̃os colloquendi gratia contuli: hos nanq̃ carnem uocat &
sanguinem a natura eos denominans: uel simpliciter de uniuerso hominū gene
re loquit̃: subinde dicat: a nemine ip̃e mortaliū quicq̃ perdidici: uẽ forte de ne
cessarius & sanguine sibi coniūctis nunc dicat: quia nulla illoꝝ habita ratione ꝑ
tinus se ad christi nomen uulgandū contulerit. ¶ Neq̃ ueni ierosolimam ad an
tercessores meos apostolos.) Cur paulus his utit̃ uerbis: num adeo erat ceci
tate offusus ut satis se tante rei facturum: si a uirtute existimaret: nec crede
ret ullo se indigere ad eam rem consultore: cur enim dicentem illum non intel
lexit: ne sapiens sis apud teipsum: & heu qui sibiipsis sapientes uidentur: qđ
tamen ꝓcul a paulo abfuit: qui hęc dicere cogebatur: non q̃ se magnificaret: sꝫ
ut detractores frenaret: qui passim iactarēt: preter se reliquos esse sectandos a-
postolos: qui uel ipsum dignitate precederent: erat quippe nil ęquum ut qui de
um habuerat instructorē humane demū doctrinę studeret: non igit̃ arrogāter
hec loquit̃: sed ut predicationis patefaciat dignitatem: concessit tamen & iero
solimam longe post non discendi gratia: sed aliis persuadendi: deinde haudqua
q̃ statim reuertit in ipsis uidelicet fidei suscepte ꝑmordiis: sed longo post tem
pore repetiit ierosolimam: & tunc q̃dem persuadende fidei gr̃a. ¶ Sed abii in
Arabiā & iteꝝ reuers9 sū.) Incultiora sane hic loca & pene agrestia pagrabat
naꝫ si fuisset apđ apostolos cōmorat9 poterat forsitā eius predicatio interpel
lari: ne celeriter adeo euangeliū uulgaret̃: & ideo ad rudiores gentium & loca
agimus exculta se conferebat: attende pauli humilitatem: qui ciuitatibus & lo
cis enumeratis: in quibus euangeliū predicasset: nequaq̃ expresserit: quot ho-
minum milia ad fidem traduxit: qui uel damasci iudeos adeo confundebat: ut
uel a preside ciuitatis perpessus insidiā sit: fit ergo ut haudquaq̃ iactantię &
laudis gratia dicat: que uidetur de se ingr̃tia predicare: sed ne illius predicatio
offendatur: si fides predicanti sibi detraheret̃: qñquidē uilem eum & parui mo
menti diceret̄ detractores & discipulorum discipulum. ¶ Deinde post annos
tres ueni ierosolimam uidere petrum.) Vel hoc quidem prefert humilitatem:
siquidem qui tantas res gesserat: ad petrum se contulit: non utilitatis cuiuspiā
gratia: sed uisendi: ut eum qui esset etate prouectior ueneraretur & magniface
ret. Et quemadmodū ipsi uiros sanctitate ornatos uisuꝫ procedimus: tamet ĩ
ipsi id agim9: ut aliqđ uirtute proficiam9: ita & paulus honoris dūtaxat gr̃a
ut petruꝫ spectaret accessit. ¶ Et mansi apud eū dieb9 quindecim.) q̃ petrū
hic uiserit delatū pretendit honorē: q̃ secum manserit caritatis et summe & a
micitie argumentum: non enim ab eo edoctus sum aliquid dicit: sed apud eum
dies quindecim mansi: hoc est cum eo. ¶ Alium autem apl̃oꝝ uidi neminem
nisi Iacobum frēm domini.) Petrum spectandi cupiditate ierosolimam iuit:
adeo illuꝫ uenerabat̃ & coluit: uidit preterea & iacobū quē honoris causa dñi
fratrem appellat: tametsi erat materia necessitudine domino iunctus propinq
tate uulgata quadam hoim oppinione. Cleopes nanq̃ & iosepb germani fuer̃
cleopes nullis relictis liberis uita excessit: huic semen excitauit ioseph susce-
pitq̃ filios iacobum & reliquos fratres & mariam quam cleope esse & marie

seph et filios huit

Christi genetricis sororem euangelium asserit in hac itaq; beatissima uirgine
tutanda patris curam exhibuit ioseph: non uiri affectum seruauit.
¶ Que autem scribo uobis: ecce coram deo quia non mentior.) Tanq̃ esset pe
nas in iuditio subiturus: ita uerbis et oratione contendit: ut fi de non indiguus
appareat: & uerdic9 deprehendatur. ¶ Deinde ueni in partes Syrie & cilitie.
Eram autem ignotus facie ecclesiis iudee que erant in xp̄o: tm̄ autē auditum
habebant: qm̄ qui persequebatur nos aliquando. Nunc euangelizat fidez.) Cū
per causam petrū uisendi iudeam adisset ex ea rursum abscessit: tum quia esset
gentib9 ad predicandum iam destinatus: tum quia min9 ęquo animo ferret:
fundamentis maximas moles imponere: que alii haud firma iecissent. Et ideo
inquit: eram ęquidē christianis qui in iudea tunc uersarentur incognitus facie
qui ergo fieri poterat ut circumcisionem bis predicarem: quibus non essem ex
facie notior: ob id nanq; pauli facta hi detrectabant quia in iudea de circūcisi
one iam predicasset: unde hoc infert dumtaxat auditu pceperant quia ad chri
stum essem conuersus & hunc ipsum mox predicarem. ¶ Et in me glorifica
bant deum.) Vel humilitatē his pretulit dictis: quia nihil de se ad iactantiam
dixerit: sed mirabantur inquit meā conuersionē & obstupebant: quo fit ut eam
rem omnem deo ascribat. Inquit enim deum glorificabāt & efferebant laudi
bus qui rem tantam esset in me operatus. ¶ Deinde post annos quatuordecī
iterum ascendi hierosolimam cum Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autez
scd̄m reuelationē.) Prioris ascensus occasionem petrus exhibuit: quem uisere
cupiebat. Secundi reuelatio ipsa. Titum uero & barnabam predicationis sue
secum una testes traduxit: quēadmodum grata sit apostolis uisa. ¶ Et contu
li cum illis euangeliū quod predico gentibus.) Hoc est quod absq; circumcisi
onis mentione per me predicatur. Queret aliquis quaz ob rem euangeliū hoc
tam longo post tēporis interuallo cum apostolis contulit quod erat initio sta
tim cum his cōferendum: & intelligendum utrum recte an minime iter accele
raret: esset utiq; insipientie accensenduz ut ei qui festinus adeo curreret & regi
ones tam multas iam peragrasset: si longepost perdiscenduz fuisset: utrum cu
currisset inuanū nec ne. At si ob id hierosolimā repetebat ut certior de pprio
cursu efficeretur: uisum esset id plane absurdius. Sed cum multos uideret iri of
fensum: animaduertentes petrum circumcisionem admittere: & se prohibere:
eoq; & legem preuaricatum existimantes ex spiritus reuelatione iterato hiero
solimam petiit: spiritu eodem ut eo pergeret suggerente ut hi qui fuerant hac
dissentione offensi persuasum haberent: nihil a petri predicatione differre qd̄
ipse iam predicasset: crederentq; qui circumcisionem etiam permisissent: despē
satione quadam permittere: quandoquidem & circumcisis euangelium predica
rent: cur ergo id factum absurdum debet & iniquuz uideri: presertum cum spi
ritus ipse alios tūc dirigendi gratia paulum instigaret: ut iter hierosolimam
uersus remetiretur. ¶ Seorsum autem his qui uedebantur aliquid esse.) Quo
niam erant ut diximus ea re permulti offensi: seorsum qui cum petro essent al
loquitur paulus: ne factio aliqua oriretur: & acrior longe q̃ erat occepta: exci
taretur discordia: erant nanq; fere innumeri qui egre ferrent circumcisionem

apoſtolum inanem iam &ſuperuacaneam reddidiſſe:quocirca ſi publice predi
cantem hunc audiſſent:& eã tollentẽ: nimirum tumultuatum forſitan per au
ditores denique foret:& omnia obturbata proptrrea igitur ſeorſum concionatũ
titum habẽs in teſtem & barnabam:qui apud omnes poſſent bona uenia con
firmare.cęteris apoſtolis uiſum:haudquaq̃ aliud predicandum quam ipſe iam
predicaſſet:qui uidentur aliquid eſſe cum inquit:nequaq̃ his apoſtolicus im-
minuit dignitatem:ſed eos potius ut ſua:ſic & aliorum ſententia comprobet
quemadmodum et de ſe ipſo iam dixerat quoniam uideor & ipſe ſpiritum dei
habere:neque enim id dixit ut ſpiritum ſeſe habere negaret: ſed ut communem
induceret oppinionem:id affirmantium:qui uidebantur autẽ aliquid eſſe hoc
eſt qui magni ſunt & preclari. ¶Ne forte in uacuum currerẽ aut cucurriſſe.)
hoc eſt ut eos commonefaciam quos ipſe perculerim:nil prorſuſ inanem meũ
eſſe decurſum:non ut ego ab his aliquid diſcã: quippe cui a patre :& filius ſit
reuelatus et filii euangelium. ¶Sed neque titus qui mecum erat cum eſſet gen
tilis compulſus eſt circumcidi:)Cum titus inquit eſſet incircumciſus:haudq̃
q̃ circumcidi compulſus eſt quod ſane maximo eſt argumento:neque apoſtolos
ipſos niſi deſpenſatiõe quadam & arte: ne circumciſos fideles offenderent cir-
cumciſionem hanc permiſiſſe:ne ue pauli predicationem detrectandi haberent
occaſionem cuius diſcipulus eſſet:incircumciſus. ¶Sed propter ſubintroduct
os falſos fratres qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram quam ha-
bemus in chriſto ieſu:ut noſ in ſeruitutem redigerent.) Perinde dicat .Non
enim pro inductitiis fratribus cricumcidi compulſus eſt Titus:hoc eſt: uel
ſi preſentes eſſent,mihi qui aduerſantur:haudquaq̃ illorum reſpectu ueri apo
ſtoli:Titum ut circumcideretur compellerent: uerum quo pacto: falſos hos
fratres? quia circumciſionem induxerint nuncupat: quandoquidem uel hanc
ipſam apoſtoli excepiſſent ?quia cum apoſtoli credẽtibus longe anteq̃ ad fidẽ
ueniſſent circumciſis:ut ad eorum ſolamen aliquid indulgerent:circumciſionem
huiuſmodi admittebant:utpote qui apud iudeos et concionarentur:& euange
lium predicarent :qui circumciſi iam erant: & lege in primis circumciſionem
ſanxiſſent:tanq̃ legem ipſam tutantes;quocirca falſorum his fratrum indidit
nomen:quinetiam cum ſubintrogreſſi ſunt inquit:latentes,illorum pretendit
inſidias:eoque & libertatem hos noſtram exploraſſe affirmat; unde & hoſtes
hos eſſe deſignat :exploratores nanque dimiſſi nihil ob aliud clandeſtino in-
greſſu ſubeunt caſtra:niſi ut hoſtium perſpectis conditionibus:delere illos &
ſubigere queant facilius Quod ſane & hi factitabant:nam quales eſſent:incir
cumciſi perſcrutabantur;qui in chriſto hẽrent libertatem:hoc eſt:qui nequaq̃
legi ſubiecti eſſent;ut eoſ deprehẽdant:cogantque circumcidi:& nos iterato le
gis ſeruitute obſtringant: qua chriſtus exemit:inde igitur liquet apoſtolos eo
promiſiſſe que legis eſſent ;ut pedetentim a legis ſubtraherentur ſeruitute;hi
uero contra;ut ſeruitutem huiuſmodi ſtabilirent:machinabantur. ¶Quibus
neque ad horã ceſſimus ſubiectioni:ut ueritas euangelii permaneat apud uos.)
Nec uerbo dixit: ſed ſubiectioni: quippe qui id non inſtruendi nos gratia fa
cerent:ſed ut ſubactos redderent:& ſeruituti obnoxioſ:unde et apoſtolis qdem

nos cessimus inquit: his uero qui circumcisionem inducunt: nequaꝗ̃: ut firmiora permaneant & indubitata: quę uobis ipsi iam predicauimus. Cuiusmodi illa fuerint si queras: hęc equidem dixerim: & quia uetera transiere: & lex ipsa inanis sit & uacua reddita & demum quia circumcisos nil ultra christus admittat: nec iuuet: illis itaq; obsistendo docuimus uera esse quę uobis de legis uacatione prediximus. Nolite ergo a ueritate eiusmodi per me predicata procul abesse. ¶ Ab iis autem qui uidebantur esse aliquid: quales aliquando fuerint nihil mea interest: deus enim personam hominis non accipit.) Quoniam nec immerito posset hoc loco quisꝗ̃ hunc in modũ occurrere. Cur ergo: si res ita se habet: ut inquis: circumcisionem apostoli iniunxere: soluit itaq; obiectionem hanc Paulus: tametsi non certam rei huiusce causa; exprimat: quemadmodum uidelicet dispensationis cuiusdam gratia: ut dictum est circumcisionem permisissent apostoli: ne forte: qui ex iudeis crediderant: hac ipsa percepta de causa: ab apostolis ipsis desciscerent: ut qui eorum soluerent legem: Cum interea his inhererent quia legem uiderentur tutari: hanc itaq; rationem: ut dixi: occultat apostolus: urget autem hoc loco ualde apostolos inquiens: nihil mea interest; hoc est: nulla de his mihi est cura qui aliquid esse uidentur: apostolis scilicet qui prestantiores sint: Siue circumcisionem hanc predicent: Siue minime. Ipsi nanq; hac de re deo sunt rationem aliquando reddituri: neq; enĩ illorum personam quia & dignitate prestent: & aliorum sint principes uerebitur deus: quippe qui nullius personam accipiat. Aduerte autem quemadmodum haudquaꝗ̃ quales aliquando sunt dixerit: sed quales fuere ut ostendat intermisisse illos pristinam eorum consuetudinem: cum ubiq; clarescat Christi preconium: hoc autem intulit paulus non ut sanctos contemnat: sed ut auditoribus ipsis aliquid conferat utilitatis.

¶ Mihi enĩ qui uidebant̃ esse aliquid nihil cõtulerunt.) Illi inquit qualescunq; fuere deo sunt cure: id uero exploratum habeo & compertum: istiusmõi scilicet apostolos nil mihi aduersatos fuisse: neq; his que iam predicauerim: uł addidisse aliquid uel subtraxisse.

¶ Sed econtra cũ uidessentq; creditum est mihi euangeliũ preputii: sicud & petro circumcisionis: qui enim operatus est petro in apostolatũ circumcisionis operatus est & mihi inter gentes: & cum cognouissent gratiam que data est mihi Iacobus & Cephas & iohannes qui uidebantur columpne esse: dextras dederunt mihi & barnabe societatis: ut nos in gentes: ipsi autem in circumcisionem.) Nonnulli hęc ita interpretati sunt: subinde dicat: non modo que ipse predicando protulerim nil emendarunt: sed quod contra est: correcti a me fuere & castigati: quod tamen longe est secus: qui enim hi poterant castigari: quibus nihil ad perfectionem deesset: uerum id hoc loco sentit apostolus: uideliceт e contra dextras mihi iunxere societatis: postea alia que subsequuntur sunt intenecta: uidentes scilicet quoniam creditum mihi est circumcisioninis euangelium & reliqua: & adeo inquit ut dicta mea reprehenderent longe hi absuere,

ut etiam probarent & conuenirent: ut ipse quidem & barnabas in preputium inter gentes euangeliũ uulgaremus: ipsi uero in circumcisionem hoc est iudeis euangelizarent: circumcisionem autem & preputium haudquaq̃ ut rem ipsam exprimeret ponit: sed ut incircumcisos & circumcisos designet: quinetiam parem hoc loco se petro demonstrat: nam qui petro operatus est inquit in apostolatum circumcisionis operatus est & mihi inter gentes. Aduerte autem quemadmodum non soluz apostolos iuuerit pauli predicatio: quin & deo placita sit apostoli nanq; cum cognouissent grãm dei: non audissent dixit: hoc est qui ex litteris ipsis diuine gratie notionem huiusmodi habuissent: quo enim pacto id mihi de se preconium demandasset: nisi fuisset hoc illi pergratum: proinde nec sine eorum laude hos ipsos commemorat inquiẽs: nam qui columne uidentur hoc est prestantes illi quos ubiq; terrarum uniuersi miris efficiuntur ladibus mox testabuntur: deo meum id esse acceptum preconium: eoq; & dexteras mihi dedere: hoc est conuenere noli secum & me sibi consotiarunt: & pre se tulerunt eis esse oblectamento quod nos predicamus: quandoquidem nil nostra ab eorum dissentiat predicatio.

❡ Vt pauperum memores essemus: q̃ etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.) Partiti inquit inter nos sumus quosnam predicando instrueremus pauperes tamen quorum & curam suscepimus nihil secreuimus: sed una & illis curamus Erant enim hierosolimis complures credentium: quorum bona direpta a perfidis iudeis fuissent: ita ut necessariis ipsis ad uitam carerent: non enim acerbe adeo suos qui fidez susceperant insectabantur gentiles: ut in christianos deseruiebant iudei: qui eorum ex genere christum essent sectati: Iccirco paulus suos omnes enixe intendit neruos: ut illis prospiceret: quod sane & ipse fatetur cum inquit: diligentior fuit id ipsum facere: nam collecta undiq; & ab his cõquisita quos ad fidem instrueret: ad pauperes hos deferebat:

❡ Cum autem uenisset petrus antiochiam in faciem eius restiti.) Putant hoc loco nonnulli paulum ypocrisis petrum insimulasse: quod tamen est longe secus: nam quecunq; in petrum uidetur uel dixisse uel egisse: apostolus dispensatione quadam per eum et dicta sunt & peracta: petrus siquidem cum hierosolimis esset circũcidi qui credidissent iudeos permiserat: existimans haudquaq̃ fas esse repente illos a lege diuellere: ne acrius exacerbaret. Antiochiam uero cum se contulisset cum ethnicis & cibum sumebat: commigrantibus itaq; ex hierosolimis uiris: quibusdam in antiochiam: subtrahebat se petrus ab ethnicis: ne ierosolomitanos offenderet simul & ne iustam paulo occasionem preberet se increpandi eoq; & castigantem hunc sustinet: erat enim futurum ut magistro increpito & obticente ad meliora se conferrent discipuli: q̃ autem ille in faciem restitit: arguit utiq; contentionem inter hos aliquam fuisse obortam: non enim de discipulis inter se contendebant: q̃d hauddubie illos plurimũ offendisset: sed constat quidem altercationẽ huiusmodi discipulis emendationi fuisse: cum enim nihil contradiceret petrus: perspicuum erat pergrata illa fuisse: que a paulo obiicerentur. ❡ Quia irreprehensibilis erat.) Non solum erat a

me ille redarguendus: sed ab aliis etiam qui huiusmodi dispensationis causam
ignorarent: existimantibus forsitan per ypocrisim potius illud & simulationē
effectum: ut hierosolimitanis absentibus cum ethnicis uesceretur: presentib9
uero ab eorum conuiuio destitisset. Nōnulli uero sic sentiunt: quod petrus ui-
delicet ea esset decausa iure coarguendus: quia cum cornelio cibum sumsisset:
a cuius uescendi commertio se ne rursum argueretur subtraxerit: subtractoq;
indignabundus obstiterit paulus. ❡ Prius enim q̄ uenissēt quidam a Iacobo
cum gentibus edebat: cum autem uenissent, subtrahebat: & segregabat se: ti-
mens eos qui ex circumcisione erant.) Explicat & reprehensionis causam: Ia
cobus is domini frater erat: qui et hierosolimis predicabat: utpote qui in his
epi officio fungeret̃. Ab hoc igit̃ nōnulli qui ex iudeis credidetant: & si a le
ge penderent: dimissi sunt: ut Antiochiā peterent: hos postq̄ eo puenere petr9
mox cōspicatus ueritus non sibi periculum: sed ne illi offensi a fide descisce-
rent se ab ethnicorum conuersatione subduxit: huius cause cum essent pleriq;
ignari petrum criminabantur. ❡ Et simulationi eius consenserunt ceteri iudei
ita ut & barnabas duceret̃ ab eis in illam simulationem.) Rem ipsaȝ que gesta
sit hipocresin dicit: neq; enim uoluit petri mentem retegere: quinetiam super
uacaneam illorum legis obseruationem: hipocresin nuncupat: ut radicitus tol
lat hunc animi in legem affectum. Ceteros autem iudeos: eos appellat: qui ex
iudeis in antiochia credidissent: defugerētq; incircūcisoꝝ comertia. ❡ Sed cū
uidessem qd̄ non recte ambularent ad ueritatem euangelii: dixi Cephe coram
omnibus.) Nec te id dictū obturbet: non enim petrū condemnandi id gratia
dixit: sed ob futurum mox iudeis profectū: cum petrū quia legi inheserat au-
dissent increpitum: subinde dicat: si ille legis decausa obiurgatur: qd demum
estis uos ꝑpessuri! Iccirco nanq; omniū hunc in cōspectu redarguit: ut id au
dientes: legem sectari acrius reformidarent: cum petrus qui tam solidum esset
ecclesie substentaculum pauli increpatione affectus: nil habeat qd̄ contra pos
sit afferre uel excusare. Quidam uero nequaq̄ petrum eximiū illum & prestan
tem christi sectatorē a paulo fuisse increpitū asseuerat: sed aliū quendā ex duo
bus illis & septuaginta cefam nomine ad qd̄ cōfirmandū id in argumentū ꝓ
ducit dicens: neq; enī dicebat ut qui initio causam explicauerit facti qua cum
cornelio sit epulatus: excusassetq; quia offensum aliquos iret: si minus circum
cisioni assentiretur ut castigatiōe iterum indigeret: sed audi uir prudentissime
neq; enī uel ipi petrū asserim9 q̄si nesciuum qd ea in re fieri oportuisset: fuisse a
paulo castigatū: sed ultro dicim9 subiisse cōuitia ut exēplo ceteris ad tolleran
tiam esset. ❡ Si tu cum iudeus sis gentiliter uiuis & non iudaice: quō gentes
cogis iudaizare!) Vniuersis fere istiusmodi inclamat aplus: uestrum inquiens
imitamini preceptorem: ecce nanq; & is cum esset natione iudeus cum gentili
bus uescebatur. Aduerte autem quemadmodum nil petrum incuset: ob legis
uetuste obsuatiōȝ: sed discipl'oꝝ respectu q ēēnt gentiles sit illi iurgatus: ut q
hos fuerit ad circucisiōȝ hortat9: & iudaicos sectari ritus impulerit: erat.n. hoc
pacto futurum ut eius uideretur acceptior predicatio.
❡ hos nā iudei & nō ex gētib9 peccatores.) nā: hoc est: prosilite nō sumus

sed progenitoribꝰ orti iudeis & simul cum lege educati : obmissa pristina in qua coaluimus uita: ad christi fidem confugimus.

¶ Scientes autem q̄ non iustificatur homo ex operibus legis: nisi per fidem iesu christi: & nos in christo iesu credamꝰ: ut iustificemur ex fide christi: & nō ex opibꝰ legis: propter qđ ex operibꝰ legis non iustificabitur omnis caro.) Vide q̄ libere & nihil hesitans omnia proloquatur. Non enim inquit legem reliquimus: quia iniquior: sed quia infirmior esset & impotens iustificationem largiri: nam exequi illius opera poterat nemo: quia grauia erant: nec factu facilia: non operum magnitudine: sed uilitate potius: uel aliter: quia nihil animaꝫ sanctificaret lex illa: sed copis sordes dilueret: ĝ supuacanea esse: cōuincit circumcisio: & in progressu orationis sic inquiet: periculosa est lex: & a christo nos alienans. ¶ Quod si querentes iustitificari in christo inuenti sumus & ipsi peccatores: nunquid christus peccati minister est.) Quesiuimꝰ inquit relicta lege in christo iustificari: sicuti & uos affirmatis: legem relinquere delicti loco haberi. Ob id igitur in peccatum nos christus coniecit: quandoquidem eius decausa que legis sunt reliquimus omnia. Fit itaq̄ ut non solum nihil nos deus: ut ipsi fatemini: iustificarit: sed ex eiusmodi eius obmittende legis persuasione: maiorem nobis condempnationem subministrarit. ¶ Absit:.) In re sane absurda dicendo progressus: nulla opus habuit probatione: sed contentus procul hęc a se reiecisse: quod facere semper in his que minus optanda sunt consueuit. Absit: dixit. ¶ Si enim quę destruxi iteruꝫ hec reędifico: preuaricatorem me constituo.) Attende Pauli prudentiam. Ferebant nanq̄ illi qui legem solueret legis esse preuaricatorem Is uero longe contra rem se habere demonstrat. Nam qui legem inquit seruarit: legis est preuaricationi obnoxius: quippe quia non fidem solum: sed legem ipsam transgreditur. Lex eniꝫ ait me ad fidem duxit: suasitq̄ ut sese obmitterem: quemadmodum paulopost dicturus est. Interea uero legem ipsam cessasse affirmat: & inanē esse iam redditā: & iccirco hisce ex rebus illam adstruimus: quibus deleuimus: ab ea deficientes: Si itaq̄ statuere eandem contendimus: preuaricatores efficiemur: utpote qui ea statuamus: qué sunt a deo abolita:

¶ Ego enim per legem legi mortuus sum.) Confirmat quibus sustulerit legem modis. Ait nanq̄ per gratie & euangelii legem: legi Moysi demortuus sum. Vel quia mortuus legi per legem inquit: hoc est: Lex ipsa que mihi fuit ad christum pręuia: ne amplius legi uacarem: cum Moysi: tum prophtarum uerbis suasit. Si itaq̄ rursum illi intenderim: eius hauddubie transgressor fuerim. Vel interpretari hoc ipsum in hanc sententiam potest: iubebat lex ipsa: eum qui legis scripta minus exequeretur: & supplitius: & nece affici. Cuꝫ itaq̄ perfici ea non possent: quantum in lege est: morte afficior: nolim igitur quicpiam mihi lex ipsa iniungat: ut quantum interest sua: mortuus sim: & anime morti astringar: quando quidem crimini detur: cum nequeam eius iussi peragere: proinde & corporis subieriꝫ mortē quoad uel morti sim a lege adiudicatus quo igitur pacto legi intenderim animum que mihi interitum sit allatura

¶ Vt deo uiuam: christo crucifixus sum cruci.) Ne quis dixerit: quo pacto ui uis cum mortuus sis: lex quidem inquit uel uiuentem me sustulit: christus ue ro & si mortuum me exceperit uite reddidit spiritali: quia cum eo sum baptis mi gratia cruci affixus. Vnde duplici modo debet id mirum uideri: tum quia & mortuum uiuificarit: tum quia per mortem uitam restituit. ¶ Viuo autem iam non ego uiuit autem in me christus.) Cum inquit cruci sum christo confixus: baptismum pretendit: cum uero uiuo ego que in posterum post baptismum uiuitur uitam demonstrat: uiuit autem in me christus: hoc est nihil in me geritur quod non sit pro illius arbitrio gestum quinimmo tanquam dominus ille & prepotens in me omnia peragit: uel quinetiam uel nostra est uoluntas demortua: uiuit uero illius & uitam hanc nostram moderatur: si ergo uixerim ego in christo: aliam quan dam quam que legi insit dego uitam: & legi sum ipse demortuus ita ut nihil quod legis sit queam seruare. ¶ Quod autem nunc uiuo in carne: in fide uiuo filii dei.) Que retulit inquit de spiritali dicta sunt uita: nec minus uel sensibilem mihi comperies a christo messe. Lex enim ipsa si nequaquam seruetur omnes red dit peccato obnoxios: & tormentis supponit: nec prohibet minus quin omnes ut preuari catores perdantur: quemadmodum in diluuio contigit. Christus uero adueni ens eius morte iustificatos a damnatione exemit: quo fit ut insensibili hac quam in carne ducimus uita: ob nostram in christo fidem nos potiamur: que & nos iustos effecit: & a legis damnatione eripuit. ¶ Qui dilexit me & tradidit se ipsum pro me.) Atqui & si pro omnibus seipsum tradidit christus: eque ue omnes prosecutus est caritate. Paulus tamen aduertens quantis nos ille exemerit malis: & qualibus donis affecerit caritate ipsa accensus: quod cunctis erat commune: proprium facit quemadmodum & prophete cum dicerent: deus deus meus: simul etiam patefacit: haudsecus debere singulos deo gratias agere: ac pro priuata dumtaxat eorum salute mortem obierit pretendit insuper & illud: chri stum uidelicet pro omnibus mortem subisse: solos tamen qui in eum crediderit illius fuisse beneficiis usos: quo fit: ut qui legem attenderit: necessario arguat christum pro se minime obisse. Quo ergo pacto non id ipse horrescis qui legem repetens inanem fuisse & tantidem christi mortem ostendis. Nota autem id di ctum qui tradidit se ipsum: aduersus arrianos facere plurimum: qui contra sentiunt. ¶ Non abiicio gratiam dei.) Concludit tandem & inquit: haudquaquam abiecerim: nec repudiarim: quam mihi deus largitus est gratiam: qui me eius morte nullis legis operibus iustificauit: eoque nec legi animum sum adiecturus ¶ Si enim per legem iusticia: ergo gratis christus mortuus est.) Si enim lex inquit & salutem parare & iustificationem poterit: gratis ergo & frustra mor tem obiit: christus qui ideo mortuus est: ut eius morte saluos nos redderet: quos saluare lex ipsa nequibat: Quod si facere legi id licuisset: profecto sup uacanea christi mors extitisset. Quod si ipse asseuerateris: uides quo impieta tis progressura esset blasphemia.

¶ O insensati Galathe: quis uos fascinauit non obedire ueritati.) Vos equidem dixe rim insensatos quandoquidem fide: non lege sanctitas constat. Ex superioribus autem cum ostendisset: non ab hominibus se accepisse munus illud apostolatus: hominum intercessu

fidem sibi uendicasset:haberetq; hos persuasos:licentius differit: collaturusq; cum fide & legem:dementes illos primo appellat:nec tanq̃ sit ipse legem pre/uaricatus:sed perinde ac illam enixius obseruasset:id dixit:neq; enim qui simpliciter fratrem stulticię arguit:reus futurus est:sed quia frustra & sine causa Galathe uero iure optimo insensati sunt dicti:quia tot bona animo & cogitatione haudquaq̃ cõplecterent᷑:inanemq; & supuacaneã reddiderint christi mortem. Aduerte autem quemadmodum post multa inditia & argumẽta illis cõuitietur:moxq; & offensos forsitan mitiget:neq; enim dixit:quis uos seduxit sed quis fascinauit:hoc est quis inuidit:arguens ob inuidiam potius & liuorẽ non cura & prouidentia:nõnullos illis persuasisse:legi esse obtemperandũ persuasisse:neq; id egisse tanq̃ qđ deesset mox suffecturi:sed ea que sunt uel certiora imminuant:sic enim facere cõsueuit inuidia:neq; ut eiusmõi uim per se habeat liuor:id dixit: sed quia magistroꝝ impulsu qui hac pfecti inuidia sunt: ad ea illi peruenerint:& legem sectentur. ¶ Ante quoꝝ oculos iesus xp̃s proscriptus est & in uobis crucifixus.) Constat sane hierosolimis fuisse iesum cruci affixum: cur ergo ãnte hoꝝ oculos ait & in uobis in patibulũ hunc fuisse sublatũ:quia fidei oculis: longe acrius hi conspexere:q̃ qui pñtes fuere & conspicati sunt:Illoꝝ nanq; pleriq; ex eo corporali aspectu:nihil retulere utilitatis hi uero qui nequaq̃ oculis crucem ꝓspexerint:per fidem longemelius sunt contemplati. Proscriptus itaq; christus est:predicatione depictus est & designat9 ut uero predicationi fidem prebentes:perinde ac presentem uidistis:enimuero Galathis hec & in laudem:& in uituparatonẽ concedunt:in laudem quidem: quia tanta cum certitudine quę de christo sunt dicta exceperint in uituperationem:quia ab eo quem nudum per fidem uiderunt ligno suffixum & mortuum deficientes ad legem profugerint. Vide:ut paulus cęteris obmissis crucẽ in medium deferat:ut hanc attendant & sectentur fideles:non legẽ. ¶ Hoc solum a uobis uolo discere:ex operibus legis spiritum accepistis:an ex auditu fidei.) Cũ longiorẽ orationem audire uos pigeat:nec diuine dispensationis cõtemplari libeat magnitudinem:breuibus utar:& ad breuia hec uelim respondeatis. Vnde sanctum hunc spiritum accepistis: tot ue estis & uirtutes: & signa operati:num ex legis operibus:an fide? Id sane liquet:quia ex fide:nam q̃diu legi uos adhesistis:spiritu carebatis:& uirtutũ eiusmodi eratis expertes: quo ergo pacto fidem pretereuntes:legi nunc adheretis. ¶ Sic stulti estis:ut cum spiritu ceperitis:nunc carne consumamini.) Oportune rursum in hos conuitia congerit:nam cum in dies sit aliquid semper uirtuti addendum: non modo nil quidpiam adiecistis:sed defecisse potius q̃ ꝓfecisse uidemini. Est enim spiritus signa edere:nec antea ędebatis. Carnis aũt circumcidi:qđ demũ nũc maluistis neq; cõsũmatis inqt:sed cõsummamini:arguẽs eos in gregis mortẽ irrationabiliũ aĩantiũ ab instructorib9 his qui circũcisionẽ edoceant:cõprehẽsos esse & circũcisos. ¶ Tãta ꝑpessi estis sine cã:si tam sine cã.) Multis tentatiõibꝰ xp̃i ob gratiam hi uexabantur quod datur intelligi: cum tanta inquit tolerastis: perinde dicat:si fueritis circumcisi superuacanea nobis futura sũt suscepta certamina & tot emeritis premiis fraudarunt uos seductores:moxq; ut illis ad

nitentiã ſpem reditus prebeat: & ſi ſine cauſa infert; tanq̃ id dicat: & ſi libuerit
reſipiſcere: haudquaq̃ inanes erunt ueſtri antehac ſuſcepti labores. Pudeat g̃
hereticos qui penitentiam tollunt: quandoquidem hi & ſi confeſſores eſſent:
& martires: non tamen lapſos reſpuet paulus: ſed pellicet leuiter & admittit.
¶ Qui ergo tribuit nobis ſpiritum: & operatur uirtutes in nobis: ex operibꝰ
legis: an ex auditu fidei.) Deꝰ inqt qui nobis ſpũm prebet: ut & futura predi-
cere & linguis loqui poſſitis: uel ſignorum in nobis & prodigioꝝ exercet uir-
tutes: num propter legis opera hęc mira inducit: pinde per uos ſit opera hęc
factitantes propitius reditus: an per fidem quam ipſi in chriſtum iam pretu-
liſtis? liquet ſane: quia ob fidem: cur ergo hac derelicta que uos glorioſos effe
cerat: ad legem obolitam iam & obſoletam nunc diuertiſtis. ¶ Sicut ſcriptum
eſt Abraam credidit deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.) oportuit inquit
uel maxime ex his per uos editis ſignis: fidei uirtutem pernoſcere: at ſaltem ad
ueſtrum conuertere oculos progenitorem. Abraam dico; cuius magna apud
uos ratio conſtat: comperietis ex fide illum iuſtificatum. Si itaq; qui ante gra
tię tempora fuit ex fide iuſtificatus: longe magis qui gratia ſũt hac ipſa dig-
nati: uacare fidei debent non legi. ¶ Cognoſcite ergo quia qui ex fide ſunt:
hi ſunt filii abrae.) Cum uererentur illi ne legi ommiſſã: a patriarcę exciderent
propinquitate: quippe q̃ mirum in modum; glorie ducerent: longe contra rem
fore nunc patefacit: fidẽ uidelicet abrae potius filios reddere: qui ſe conſequũ
tur. ¶ Prouidens autem ſcriptura quia ex fide iuſtificat gentes deus pronũ
tiauit abrae quia benedicentur in te omnes gentes.) oſtendit eos eſſe abrae fi
lios qui ſint fidem ſortiti: ꝓducit item ad eam rem confirmandã ex ſacris litte
ris teſtimoniũ illud uidelicet ꝙ per gentes in te ſunt benedicende: hoc eſt que
fidem tuã immutabunt: arguitq; fidem lege uetuſtiorem: utpote quã abraã
ipſe anteq̃ eſſet lex condita: iuſtificaſſet: & ꝓphetarũ uaticinio geri que finẽ iaꝫ
nacta ſunt & conſũmata prouidens enim inquit ſcriptura: id eſt deus ipſe qui
legem tulit: non ex lege ſed ex fide predeſtinauit: iri hoĩeꝫ iuſtificatum: neq;
reuelauit dixit: ſed pronuntiauit: ut intelligas & abrae iocunditati fuiſſe iuſtifi
candi hunc modum & ꝙ res hunc exitum habitura eſſet optaſſe. ¶ Igit̃ qui
ex fide ſunt benedicent̃ cum fideli abraam.) Cũ obturbarent̃ illi & formidarent
ne maledictione obſtringerent̃; ſi in lege nõ ꝑmanſiſſent: erat qꝓpe ſacris lit-
teris id demandatũ: maledictus qui nõ in legis ꝑſtiterit ſcriptis: longe aliter
ſe rem habere oſtendit benedictos. ſ. fore qui lege relicta ad fidẽ ſe cõtuliſſent
ſicuti & fidelis abraã ex fide hac bñdictionẽ accepit. ¶ Quicũq; enim ex ope-
ribꝰ legis ſunt, ſub maledicto ſunt. ſcriptũ eſt enĩ: maledictꝰ oĩs qui nõ ꝑman
ſerit in oĩbus que ſcripta ſunt: in libro legis: ut faciat ea.) nequis forte occur-
rat dicens: merito abraaꝫ & iuſtior redditus eſt & bñdicto affectus: qa nõduꝫ
eſſet illa lex tradita. nũc uero uelim oñdas queadmodũ poſt traditaꝫ legem fi
des ipſa & iuſtos efficiat & benedicat: aperit itaq; in pñaꝝ apl̃s queadmodũ
cõſtat dicãdi & iuſtificãdi de ſe munꝰ ꝑſtare: ſic legẽ peccati cãꝫ eſſe & maledi
cti nemo. n. inqt facere põt q̃ ſint hac lege cõſcripta: q uero ea nõ fecerit execra
tõi erit obnoxiꝰ fidei ergo erit officiũ bñdictiõꝫ hãc ĩpartiri: cũ igit̃ nulla ſit
ꝓpoſita noxa: fruſtra uos formido ſubibit: ſi a lege deficitis: execratiõꝫ hãc ꝓ-

mereri: quinpotius maledictioni succumbitis: si lege utimini: ut qui eā neque atis implere. ¶ Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum manifestum est quia iustus ex fide uiuit: lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea uiuet in illis.) Ostendit igitur lege execrabiles reddi homines & maledicto nos subesse: fide uero benedictis accumulari: nūc plane demonstrat fidem ipsā uel solam iustificandi in se habere uirtutem: & abacuch dicentem inducit, quia ex fide non a lege uicturus est iustus: lex nanq non solam exigit fidem: sed opera recte autem apud deum dixit. Nam apud homines iusti forte credentur qui legi inheserint: quales pharisei fuere: qui se in hominum conspectu iustiores pretenderent. Lex itaq cum ob eius difficultatem haudquaq iustificaret & nos execratione obstringeret: accessit gratia facile ad iusticiam iter ostendens: qua & iustificati benedictionem assequimur: patet ergo non solum ante traditam legem: fidem ipsam benedicendi & iustificandi uim habuisse: sed post cōditam magis ac magis eandem suasse. ¶ xp̄s nos redemit de maledicto legis; factus pronobis maledictum: quia scriptum est maledictus omnis qui pendet in ligno.) Nequis forte hunc in modum occurrat: assentior equidē id uerum esse: ut execrandus sit qui legem non exequatur: & fidem iustificandi habere facultatem: uerū unde id liquet maledictionem esse sublatam? uereor nanq ne cum semel legis subierimus iugum: & ipsi simus maledictioni obnoxii: ostendit itaq paulus maledictionem hanc per christum pretio dependso: fuisse solutam: & ut in se eiusmodi execratiōē consisceret a legis maledicto nos redimisse quod ipse defugerat: utpote qui legem implesset: & nos idipsū subiuimus: quia legem exequi nequiuerimus: nec secus christus nobiscum egit q̄ alius quispiam: qui morti damnatum insons ipse & innoxius eximat ne capite ille plectatur: malens ipse pro eo mortem obire. In se itaq christus maledictionē asciuit: qa in ligno pepēdit: & soluit eandē que haud dubie nobis impēdebat pro lege non adimpleta: cum ipse nil esset illi subiectus ut qui legē impleuerit & peccati sit expers.

¶ Vt in gentibus benedictio Abrae fieret in christo iesu.) Propterea inquit Christus e maledictū effectus: ut in gentibus hoc est his qui lege non uterentur: notesceret Abrahe benedicto & ea uidelicet que fieret ex fide & in christo iesu: hoc est in semine Abrae: quemadmodum scriptum est: quoniam in semine tuo benedicentur id est in Christo qui ex te secundum carnem est ortus: in Christum scilicet credente.

¶ Vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.) Eo inquit collata est gentibus benedictio: ut spiritum per fidem accipiant: & quoniam nequirent qui adhuc maledicto essent obnoxii: huiusmodi excipere spiritum per Christū maledictis abolitis: benedictis donantur. Deinceps per fidem iustificati spiritus promissa accipiunt: nam ea que Abrae sit pollicitus deus spiritalia eē intelligit paulus: & eadem nobis esse nunc tradita: benedictionem scilicet & reliqua bona. ¶ Fratres secundum hominem dico.) Quos superius dixerat insensatos nunc fratres appellat: illud enim austerioris & duri: hoc mitigantis & placidi: humanum inquit sum uobis exemplar aliquod allaturus.

¶ Tñ hoīs cõfirmatũ testamẽtũ nemo spreuit aut supordinat: Abrae dicte
sunt ꝓmissiones & semini tuo: non dicit & seminibus quasi in multis: sed q̃si
in uno & semini tuo qui est christus: hoc autem dico testamentũ confirmatũ
a deo: que post quadrĩgẽtos & .xxx. annos facta est lex: nõ irritũfacit ad euacu
andum ꝓmissionem.) Fidem nititur patefacere ueluti testamentum aliquod
esse & lege uetustiorem nec iure huic legẽ preponi: unde & exemplum inducit.
Si homo inquiens fecerit testamentũ: nullus certe hoīm uel euertere id aude-
bit: uel ultra aliq̃d disponit: hoc est: aliq̃d addit. Longe ergo a deo id magis
erit seruãdũ: Is nãq; Abrae testamtũ instituit: ut eius ex semine ꝓdiret genti
bus bñdici: abrae aũt semẽ est xp̃s: nec seminibus dixit: ut abrae future ꝓlis
intelligi deꝫ posteritas: q̃les iudei fuere: israhelite: sed semini singulari numero
ꝓtulit: qḋ est xp̃s. Quo ergo pacto id testamtũ cõuentioꝫ dico: & ꝓmissa po
terit lex irrita facere: ne in xp̃o gẽtes bñdicanꝫ: Sed potius in legis mandatis
id nanq; nil aliud esset: q̃ supuacaneã dei redderꝫ ꝓmissionẽ: qḋ plane absurdũ
est. ¶ Nam si ex lege hereditas: iam nõ ex ꝓmissione: abrae aũt ꝑ repromis-
sionẽ donauit deus:) Si lex inq̄t bñdictionẽ largitur: uiteq; & iustitie facit he
redes: pollicitatio ergo ad abraã illa infirmior erit: & nullius momenti: qḋ tñ
lõge est secꝰ: nã q̊ pacto lex ipsa q̃ fuit posterior: qḋ añ se fuerit: irritũ fecerit
& inane testamẽtũ. Secundũ aũt hoīem dico: hoc est: hũanis nitor exemplis: q̃
si inqueant cũ diuinis cõparari: nil mirũ. ¶ Qḋ igiꝫ lex: ꝓpter transgressionẽ
posita est.) Cũ fidẽ laudibꝰ extulisset oñdissetq; hãc uetustate ꝓcedere oboriꝫ
tñ ea ex re obiectio quedã huiusmõi: cur igiꝫ lex tradita est: si fides erat antiq
or: & bñdictiõe donabat: Rñdet itaq;. nõ frustra id: sed ꝓuaricationũ gr̃a fuis
se effectũ: ut ꝓ frenis eẽt lex illa iudeis: que hos uel a mãdatoꝝ quorũdã trãs
gressu: & si nõ oīm ꝓhiberet: recte aũt dixit adiecta est: ut legẽ arguat haudq̃
q̃ ut ꝓncipalẽ fuisse indictã: sicuti ꝓmissiones fuere: sed tanq̃ interiectã multa
rũ ꝓuaricationũ de causa: ut iudeos saltẽ: uel a paucis coerceret transgressibus
¶ Donec ueniret semen cui ꝓmiserat:) Nec tñ data est inꝑpetuũ lex: sed ad
xp̃i usq; aduentũ: cui ꝓmissũ est fore: ut in se gentibꝰ bñdiceꝫ: si igiꝫ quoad
xp̃s aduenerit lex tradita est: q̄d ultra illam sectaris. ¶ Ordinata ꝑ angelos ĩ
manu mediatoris.) Data inq̄t lex est: & angeloꝝ interuẽtu administrata: id est
sacerdotũ: siue ip̃oꝝ & angeloꝝ: nã & tubas illas: et tonitrua & reliqua signa
angeli mĩstrabãt in manu mediatoris hoc est xp̃i: oñdit preterea & legẽ fuisse
a xp̃o latã: quo fit ut habeat eiusdẽ abrogandi quã & condiderit facultatem.
¶ Mediator aũt unus non est: deus aũt unus est.) Christus itaq; inter duo
quedã est mediator: deũ uidelicet & hoīes: intercessit enĩ utrinq; pace cõposita
& bello soluto: qḋ hoīes aduersus deum susceperant: nam eo ex tẽpore quo hu
manam sibi uniuit naturã: pacẽ confecit inimicitia que ex carne peccati oborta
est: mirum in modũ temparata: quocirca cũ & mediator hic sit & dissidentium
conciliator perspicuũ est non legẽ hunc attulisse sed salutem. ¶ Lex ergo
contra promissa dei: absit.) Si promissionibus benedicitur inquit: lex uero ma
ledictionẽ inducit: & hanc ut ratam admittimus: liquet profecto ut eadẽ hec
dei ꝓmissiones dissoluat: que bñdictionẽ attulerunt qḋ uelim eq̄dẽ ꝓcul abeẽ
¶ Si.n. data est lex q̃ possit uiuificare: uere ex lege eẽt iustitia.) Tũc.n. lex eẽt

fide ualidior: hominẽq; & iustificaret & benedictiõe impartiret: si uite ac salu
tis conferende ptãte; haberet: nũc uero morte potius afficiat: qa nequeat quem
piã a peccatis eximere: quo ergo pacto hęc fidem poterit superare: cũ fides ipsa
baptismi ob grãm uiuificandi uim habeat: bñdicẽdiq; & iustitiã impartiendi.
¶ Sed cõclusit scriptura uniuersa sub peccato ut ꝓmissio ex fide iesu xpi dare
tur credentib9.) nequit lex inqt adelictis hoiem liberare: qñ potiꝰ ad declinã
dũ coopabat: ut hoies sub peccato cõcluderent: hoc est: ut eos deliquisse argue
ret: cõpelleretq; ad peccati ueniã deposcẽdã: & ad xpm cõfugere: qui hãc possit
pstare: siquidẽ iudeis: qa peccata minꝰ pernoscerẽt: neq; cõsequende remissiõis
desiderio tenerent: legẽ dedit: que illos & intercluderet: urgeretq;: & angeret
magis redarguẽdo & peccatis oñderet eẽ obnoxios: impelleretq; modũ aliquẽ
inuestigare: quo fieri posset ut ueniã assequerent quã fides ipa in xpm suppe
ditat qua ue & ipsi iustificamur: & bñdictis afficimur. ¶ Prius aũt q̃ uenitet
fides sub lege custodiebamur cõclusi in eã fidẽ que reuelanda erat.) Lex inqt
securitatis pluimũ his afferebat: qui sibi subiicerent & sub eius essent tutela: nã
& a prauis hos facinorib9 coercebat: & erat his in parietis loco: utpote que ho
mines q̃si uallo includeret: & ad ipã impingeret fidẽ: quo pacto id fiet dicet
aliqs! nempe qa lex hęc cũ his aperiret delicta: & si neqret ab his quenq̃ eruere
necessario fidẽ significabat hoies iustificare: que & si erat occultior: reuelata ẽ
tandẽ: cum in carne manifestat9 est de9. ¶ Itaq; lex pedagog9 noster fuit in
xpo ut ex fide iustificemur.) nã quẽadmodũ adolescẽtẽ a q̃uis neqtia pedago
gus tutat & liberat: instituitq; ut pceptoris doctrinã attẽtus excipiat: sic lex
ipa: qui sub se eẽnt ad uirtutẽ formabat: & ad xpm q pceptor est & magister:
delicta coarguẽdo deducebat: reddebatq; ꝓntiores ut eũ cõqrerẽt: q peccatis
ueniã daret: & iustificaret ex fide. Pudeat ergo qui legẽ obtrectant: qñ nec pe
dagogus pceptori obsistat: nec lex sit uetus: noue contraria. ¶ At ubi uenit fi
des: iã nõ sum9 sub pedagogo: oñs enĩ filii dei estis p fidẽ que est in xpo ie
su.) Postq̃ inq̃t fides aduenit que hoiem reddit pfectiorẽ nil ultra pedagogo
subiicimur: qui sum9 p fidẽ pfectiõ; adepti & infantiã ipam excessim9: q; aũt
simus ex fide pfectiores: patet ex eo: qa ob nr̃am in xpo fidem dei efficimur fi
lii: qui aũt fuerit ut in dei filiũ susciperet dignat9: nil prorsus ul' impfect9 uel
infans putãdus est: eo fit ut ridiculũ uideat: q iã in uirũ euaserit pedagogi sit
legi obnoxios: neq;.n. secus id uideret: q̃ sibi ubi dies illuxit lucernã q intuere
tur nõ solẽ. Attẽde aũt quẽadmodũ supius patefecit abrae filios fidẽ efficere
nũc uero dei adeo illa ualet uirtute. ¶ Quicũq; enĩ ĩ xpo baptizati estis chri
stũ induistis.) Cõfirmat quẽadmodũ dei filii simus et baptismi ob grãm: neq;
enĩ dixit, quotquot estis baptismo abluti filii estis dei effecti: sicuti subsequens
ordo poscebat: sed qd magis tremendũ: xp̃; induistis: nã si xpm induimus dei
filiũ: eiq; sum9 assimiles redditi: in unã hauddubie sumus & cõsanguinitatẽ de
uecti & spẽm: grã id assecuti. qd illũ cõstat esse natura. ¶ Nõ est iudeus neq;
grecus: nõ est seruus neq; liber: nõ est masculus neq; femĩa: oñs enĩ uos unum
estis in xpo iesu.) Eoꝝ inqt uel singuli: q baptismi sũt aq̃ pfusi puatã abiecer
nãz: & mãu ẽcs & figurã acceper & formã: nec ãgeli cui9piã: s; dñi: xpm ĩ se p
feretes: fit itaq; ut unũ sum9 oẽs ĩ xpo iesu: hoc ẽ ĩ quãtũ unũ sortiti sum9 xpi

nobis iniectam figuram: uel quia cum omnes unuȝ simus corpus effecti: xp̄m & unicum in caput habemus ac ducem. ❡ Si autem uos christi ergo Abrae semen estis secundū promissionē heredes.) quoniā dixit superius abrae semen in quo uniuerse gentiū nationes bn̄dictioȝ assequerent̄. xp̄m esse: cui & ꝓmissiones sint facte: ōndit q̄ & nos xp̄i formā sortitos ↄ̄cludens inq̄t. estis ergo & uos abrahe semē: vī̄ et futuri hr̄des bn̄dictionis ꝓmisse: cur ergo legē attēditis q estis bn̄dictioȝ huiusmōi: q̄a xp̄m induistis iam assecuti: propterea q̄ & abrae semen effecti. ❡ Dico aūt quāto tēpore heres paruulus est nihil differt a seruo cū sit dn̄s oīum: sed sub tutorib9 & actorib9 est usq̄ ad p̄finitū tēpus a p̄re.) Testam̄to nāq̄ mādauit hūc pater uti a bonoꝝ administratōe ad ętatē usq̄ legitimā abstineret: huic uolūtati parendū oino est: ❡ Ita & nos cū eēm9 paruuli sub elem̄tis mūdi hui9 eramus seruiētes.) Paruuli nō ętate sed diuina sc̄ia: elementa aūt mūdi neomenias & sabbata dicit: a solis nāq̄ & lune decursu dies nobis hic ↄ̄stat: fit itaq̄ ut qui nos hoc tp̄e & his elementis sub lege ducunt: paruulos reddāt: cū uero in uiros euasim9 p̄fectos q̄dē & dei filios sūt facturi: & dn̄i p̄sidētes & dn̄os. Sciēdū aūt ab initio deū adoptionē hāc: id enī designat cū hereditas dicit: noluisse largiri: sed n̄ra paruitas & ętas teneri or: quomin9 id faceret impediuit. Cū uero legem abolere penitus paul9 cuperȝ haudquāq̄ dieb9 dixit sum9 subiecti sed sub mūdi elementis ↄ̄stituti ut maiori afficiat uerecūdia q legi adhuc inherēdū censerēt: nōnulli antē elem̄ta scriptam & inductitiā legē dixere. ❡ At ubi uenit plenitudo tēporis misit de9 filiū suū factū ex muliere: factū sub lege: ut eos q sub lege erāt redimeret: ut adoptionē filioꝝ reciperem9.) Cū interea inquit parui essēm9 sub neomenia erā9 & sabbatis: at cum p̄finitū incarnatiōis xp̄i tēpus aduenit & q̄uis maloꝝ oīm sp̄em delinquēdo excessit humana natura: erat tn̄ ↄ̄ciliatore opus: misit itaq̄ deus filiū suū: hoc est placitum illi est ut filius aduentaret: factū nō p mulierē dixit ne occasionē inueniāt qui per uirgineȝ asserunt tanq̄ per canale aliquod dominum processisse in mundū: id falso oino existimantes: sed ex muliere hoc est ex ipsius mulieris substantia: corpus accipientē uirginalis uteri fructū ꝓdisse: factus est autem sub lege qua & circūcisus est & omnia adimpleuit: est p̄terea maledictionis immunis ut nos a maledictione erueret & adoptioȝ offerret: recipemus aūt dixit ut ōnderet celit9 hāc nobis esse adiudicatā: & debitā tametsi minus ob infantiā n̄ram et paruitatē nobis hęc traderet̄: ꝓmissa naq̄ habrae hereditas illa: adoptio erat: fili9 nimirū in hereditatē succedit. ❡ Q̄m aūt estis filii dei: misit deus spiritū filii sui in corda uestra clamantē Abba p̄r itaq̄ iam nō est seruus sed filius: q̄ si filius & heres p deū.) Vnde dicet aliq̄s p̄spicuū est deū nos in filios adoptasse: tūc sane & primum hoc ipsū significauit cū xp̄m dicit nos induisse: qui dei sit filius: itideȝ & nūc patefacit: q̄a sp̄m accepimus qui in cordib9 n̄ris diuinitus attrectatis nos deū: p̄rem appellare edocuit: q̄d fieri nō poterat nisi essemus adoptōe dignati: quocirca cum filii sum9 nos & heredes nō rei alicuius inanis & friuole: sed dei ipsius: & partienda nobiscū unigenito hereditas sit: cur s̄ui efficimur & plane repudiam9 quę nos in adoptionem deduxerat fidē. & legi uacamus. ❡ Sed tūc quidem ignorātes deum his qui natura non sunt dii seruiebatis.)

Hęc in eos intendit: qui ex gentibus credidissent: arguens dierũ obseruatiõꝫ idolatriam esse: & hos quidem longemagis q̃ olim peccato obstringi: nã quõdam inquit deum ignorabatis: utpote qui mentis caligantibus oculis in errorem deducebamini: quo ducti soli inseruistis ac lune qui procul absunt a diuinitate natura: nunc uero post cognitam ueritatam dies & tempora obseruando nihil per uos aliud agitur: nisi ꝙ elementis cultus prestatur: quod sane deterior erit quedã impietas. ¶ Nunc aũt cum cognoueritis deũ immo cogniti sitis a deo: quomodo conuertimini iterũ ad infirma & egena elementa: quibꝰ denuo seruire uultis.) nunc inquit & deum nostis: quinpotius haudquaq̃ hũc uestro labore uel cõpertuꝫ habetis uel cognouistis: quippe qui nil prorsus a uobis sit conquisitus: sed uos ille profundioribus degẽtes in tenebris: & quesiuit enixius et suscepit: cognitos autem dicit a deo hoc est susceptos: cur ergo ad egena & infirmiora hęc elementa uos ipsi rursum conuertis: hoc est que nihil uirium habent ad bona illa eterna uobis proposita conferenda: neq; spiritaliter queunt ullo pacto prodesse: accedit preterea quia uita sunt & sensu carentia & iccirco hęc egena appellat et infirma: tãetsi greci philosophi egre id dictũ ferant: qui elementis tribuunt uitam. Enim uero apostoli illi fallaces legem perinde uindicaturi: dierum obseruationes induxerant: paulus uero & prudenter quidem idolatriam eam rem dicit: quam uel lex ipsa prohibeat: fit itaq; ut legi apertissime aduersentur. qui eiusmodi edocent. ¶ Dies obseruatis & menses & tempora & annos.) Hęc sane sunt argumento non modo apostolos hosce circumcisionem hanc predicasse: sed festos & celebres dies & neomenias insuper indixisse. ¶ Timeo neforte sine causa laborauerim in uobis.) Aduerte pauli caritatem salientibus illis & nutabundis ipse timore afficitur: ne forte antem cum ait illos pretendit undis adhuc superlabi & fluctibus: nec penitus e naufragio emersisse. Quod si emergere tandem libuerit: spem affert: haudq̃q̃ labores inanes fore: quos in eis instituendis suscepit: subinde dicas: recordamini quantum ipse in uobis formandis insudauerim: & ita uos gerite: ne frustra uidear insudasse. ¶ Estote sicut ego: quia et ego sicut uos.) Iudeis hęc loquitur: qui in christum crediderant: me inquiens imitamini: qui olim fui a uobis nil alienus: utpote: qui in lege tutanda eram feruentior. Nunc uero illa obmissa pro fide: proq; christo ipso decerto: uelim igitur & tales uos esse: qualis sum ipse. ¶ Fratres obsecro uos: nihil me lesistis.) Cum acrius hos incessisset: nititur eorum animos mitigare: nil enim uel uehementior increpatio: uel nimia indulgentia conferunt utilitatis: & ideo hos fratres appellat: ut baptismi simul acceptam gratiam recordetur: qua omnes fraternum sumus nomen adepti: ut qui ex deo simus unico patre progeniti: Excusat prętera non odii gratia se intulisse quę dixit: nihil enim me inquit lesistis: quinpotius honoribus estis & gratis operibus prosecuti. qui igitur credi potest: ut inimicitię & maliuolentię causa hęc uobis obiecerim: de quibus & benemeritis esse uiderer: tantum curę susceperim. ¶ Scitis autem quia ob infirmitatem carnis euangelizaui uobis iampridem: & temtationeꝫ uestram in carne mea nõ spreuistis: neq; respuistis.) Hostis inquit quemadmodum per carnis infirmitatem: hoc est: per discrimĩa & seditiones: uobis euangelium predicauerim: nec uos me periculis diuexatum

contempseritis: nec temtatio mee carnis: hoc est persecutionis & plage: & alia pleraqꝫ istiusmodi, uos aut offendit: aut induxit: ut me contemptui haberetis: Tacite etiam ad uerecundiam eos impellit: cum aperit quanta sit ipse illorum gratia ab aduersariis mala perpessus. ¶ Sed sicut angelum dei excepistis me: sicut christum ihesum.) Tantopere inquit me honorastis: ut potior quidam q̃ homo sit: & prestantior apparerem: quo ergo pacto non absurdũ uideri debꝫ si persecutionibus me tunc temporis: & malis plurimis afflictatum: haud secꝰ ut exceperitis mihi offensi: q̃ angelum quempiam: uel iesum ipsum excepissetis. Nunc uero necessaria consulentem & longe decentia: hostis ducitis loco: nec ultra admittitis. ¶ Vbi est ergo beatitudo uestra.) Heret hoc loco & obstupescit: ubi uestra est inquiens beatitudo: hoc est quo illa omnia abscessere: quibus ob uestram in preceptorem beniuolentiam predicabant cuncti beatos: at qualis nunc illa est: & quo tandem redacta beatitudo: quandoquidem animaduerto uos longe contra hoc tempore erga me esse affectos. ¶ Testimoniũ enĩ perhibeo uobis: quia si fieri posset: oculos uestros eruissetis & dedissetis mihi.) Potiorem me inquit uestris oculis ducebatis: apud uos predicantem: unde igitur eo res recidit: ut haud secus q̃ hostem me suspicemini: esset itaqꝫ id plane absurdius: ut is cui tãtus fuisset per uos honor delatus: hęc uobis infenso animo diceret. ¶ Ergo inimicus uobis factus sum uerum dicens uobis.) Aliam nullam inquit inimicitie uideo & maliuolentie causam: nisi quia uobis uera prędixerim, coarguerimqꝫ tanq̃ corruptos: nec recte de dogmate sentientes: & uix maiorem a uobis beniuolentiam fuissem promeritus: quia sum apud uos curatoris officio functus odium peperi. ¶ Emulantur uos non bene sed excludere uos uolunt ut illos emulemini.) Est sane recta emulatio quedam cum quis alterius sectatur uirtutem: est & iniquior alia: cum studet quispiam proficientem a uirtute & bonis actionibus propulsare: uestri itaqꝫ seductores omni studio excludere uos connituntur: hoc est e perfection christi statu atqꝫ scientia deturbare atqꝫ eiicere: & in imperfectã conuicere legis conditionem ut ipsis honores tanq̃ preceptoribus deferatis: & se imitemini more discipulorũ: at ipse longe aliter sentiebam: quippe qui uellem uos illis potius esse ad perfectiora instructores qḋ utiqꝫ est cum apud uos essem: effectum id ipm̃ & in subsequẽtibus patefacit. ¶ Bonum autem emulamini: in bono semper & non tantũ cuꝫ presens sum apud uos.) Vides quemadmodum etiam aperit fuisse hos quidẽ omnium ad perfectionem assequendã imitatores: cum apud eos presens esset apostolus: post eius uero discessum hos esse in hęc mala prolapsos. Sunt itaqꝫ inquit illi beatiores: q uel presente uel absente doctore: que recta sunt sentiũt. ¶ Filioli mei quos iterũ parturio: donec formetur christus in uobis: Matrẽ imitatur pro filiis trepidantem. Corrupistis inquiens christi formam: quaꝫ in uobis ipsis baptismi ob gratiam exceperatis: unde & iterato generandi estis & reformandi quousqꝫ in uobis christus formetur: hoc est christi in uobis immoretur & forma & ex eo formemini: parturio autem iterum: id est rursum instruendo uos pario: quod e quadam parturientium desumpsit metaphora: que cũ labore ingenti & summo discrimine pariunt liberos: filios autem eo appellat: ne uel hoc pacto de sua desperent salute: q̄ aũt galathas apostolus parturiat

rursus & lapsos de integro formet facere contra nouatianos uidetur: qui nullam admitunt ex penitentia correctionem. ¶ Vellem autem esse apud uos modo & mutare uocem meam: quoniam confundor in uobis.) Hoc est in luctum & eiulatus hanc uerterem uocem hereo nanque & in ambiguo sum quidnam sim de uobis dicturus: nam cum per deum essetis eo iam celsitudinis prouecti: ut uel pericula militum strenuorum more: pro fide adiretis impauidi: ob idque uel miracula ederetis & signa: nunc tandẽ sitis in hanc legis uilitatem abducti: uellem itaque eam ob causam uel presens: uicem uestram deflere: solemus enim ad lacrimas declinare: cum nil admitendo molimur.

¶ Dicit mihi qui sub lege uultis esse.) Postquã hos satis mitioribus uerbis demulsit: leniuitque: ad contentiores regreditur: palam facturus; nec legem ipsam exigere hanc sui a nobis obseruationem: unde dicite mihi inquit: recte autem uultis dixit: neque enim id res deposcebat sed quia essent hi in lege astruenda & obseruanda nimium pertinaces legem uero dixit genesis librum: solet enim apostolus uetus omne testamentum legem dicere. ¶ Scriptum est enim quoniam Abraam duos habuit filios unum de ancilla & unum de libera.) Dixerat supra Abrae filii estis & quoniam haudquaquã pari erant Abrae filii dignitate siquidem ex serua alter: alter esset ex libera genitus; ostendit hoc loco non solũ filios dei galathas esse: sed tales etiã qualis Abrae ille fuit ex libera ortus & generosus: adeo uos inquit fides excepta nobilitauit.

¶ Sed is qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per repromissionem.) Cum hos Abrae filios nuncupasset: & que minus credibilia sunt: uisus sit dicere; quippe qui nec ex Abraa sunt secundum carnem progeniti: nec eius sunt filii: nunc subdit nec Isaac ille Abrae propinquior filius secundum carnem est ortus: qui enim fieri id poterat: cum Abrae esset natura demortua & Sare uulua conclusa: sed dei uerba atque promissa hunc procrearũt Ismael uero nature sequella & Abraa nondum tanta etate prouecto & nullis dei pollicitationibus est ex ancilla susceptus: id utique secundum carnem designat: uerumtamen qui est secundum carnem profectus: & seruitute obstrictus est: & ab hereditate mox alienus: is uero qui haudquaquã duxit a carne originẽ: dominus est & heres: quid igitur impedit quin & uos ipsi & si minus estis secundum carnem ex Abraa procreati: dici Abrae filii iure possitis: quippe qui ex baptismi uerbis dum sacrosancta illa ablutio fit enuntiatis formati estis & orti. ¶ Que sunt per allegoriam dicta.) Hoc est ex Abrae non modo historia hec huiusmodi preferuntur: sed et alia quedam designantur: & ideo per allegoriam sunt dicta: & alium quendam in sensum: hunc preter interpretantur. Erant nanque prisca illa in presentium figuram edicta.

¶ Hec enim sunt duo testamenta: unum quidem in monte Syna in seruitutem generans que est agar: Syna enim mons est in Arabia: qui coniunctus est ei qui nunc est hierusalem & seruit cum filiis suis.) Quas duas has dicis: eas quidem que ad noui & ueteris testamenti interpretationem inducuntur: Quo pacto: per Agar nimirum: uetus illud interpretatur: lex nanque e monte Syna tradita est: qui mons & in Arabia est: & Agar arabum lingua nuncupatur: Con

iunctus autem eſt hieruſalem:hoc eſt uicinus eſt & contiguus. Vel quia inferi
ori hieruſalem comparatur:& ſimilis eſt:& proportione quadam illi par:& ꝑ
ea accipitur: proinde una utriſq; ſit facies : Quemadmodum igitur Agar &
ſerua erat:& ad ſeruitutem illos generabat:ſic & lex ipſa: que ex monte Syna
alias Agar uocitato:& nunc hieruſalem ipſi perſimili produt:in ſeruitutem gi/
gnit:qui ſibi obtemperat. Erat nanq; lex hęc ſeruilis admodū & illiberalis:
quandoquidem uirtutem corruptibili compenſabat mercede:hoc eſt: recta o-
pera terrenis bonis donabat:& eius imperio a nequitia & improbitate cruci/
atus et pęne formidine declinabatur.

❡Illa autem que ſurſum eſt hieruſalem:libera eſt.) Agar quidē in huiuſmo/
di continetur figura:unde autem quid Sara illa pretendat: hęc enim ſuperio-
rem hieruſalem prefigurat. Eſt nanq; Ciuitas illa fidelium: unde & lex nobis
delata eſt:e cęlo quippe euangelium produit:eo autem libera eſt:quia legis ue-
tuſte obſeruationi non ſit obnoxia: & omnia libere & ingenue mandet. Non
enim a nobis quidpiam geritur:uel ſpe: uel cupiditate uiſibilis pręmii:neq; ꝓ
inde cruciatus nobis corporales impendant:ſed & promiſſa diuina profecto
ſunt:& tormenta ingenuos uiros decentia: Nam grauiter delinquentibus mi/
ſtica interdicitur menſa:& conuitio caſtigantur.

❡Scriptum eſt enim letare ſterilis que non paris: erumpe & clama: que non
parturis:quia multi filii deſerte magis q̄ eius que habet uirum.) Nequaq̄ fi/
guris contentus:quin & Iſayam teſtem inducit:ſterilem appellantem ex gen/
tibus eccleſiam:hęc namq; fuerat a diuina ſcientia deſtituta:quippe que deum
neſciret:nec filios procrearet:quia neminem dei prophetam pretuliſſet:uel pre
ceptorem:in uirum autem habens iudeorum ſynagogam : uel uia legem ha/
beret ſua moderantem:uel deum ipſum:erumpe itaq;:hoc eſt hylaritatis & le/
ticię uocem effundito: quoniam multos iam adepta es filios:quinetiam quia
prophetę & doctores & dei filii ex te prodierunt: & orbem terrarum uniuer/
ſum non nationem aliquam unam: ut iudeorum ſynagoga:genueris .

❡Hos autem fratres ſecundum Iſaac promiſſionis filii ſumus: Sed quomo
do tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum qui ſecundū
ſpiritum:ita & nunc.) Eccleſia inquit ad Sarę inſtar cum ſterilis eſſet:non ſo/
lum in poſterum filiis abundauit :ſed pari nobilitate & filios genuit: utq; &
illam non natura matrem effecit ſed dei promiſſio : ipſe enim ubi dixit ad id
temporis ſum ad te rediturus:in ſare utero infantem plaſmauit: ſic & nos ut
dictū eſt ſupra:diuina uerba baptiſmi lauacro inclamata formarūt: ꝓinde neqs
forſitan dixerit:at qualis hęc uideri poteſt libertas cum credentes ipſc s iucei
plagis affligant:& agitentur perſecutionibus:qui liberi uideantur: reipondet:
tunc temporis ſic contigiſſe ut cum iſmael iſaac ipſum perſequeretur:uel pror
ſus perſecutio hęc impediret quo minus legitimus eſſet hic Abrahę filius & in
ſectantis ſe:dominus:ita & nos Iſaac illi arguit ſimiles & Abrahę facit conuin
ctiores. ❡Sed quid dicit ſcriptura eiice ancillam & filium eius non enim hereſ
erit filius ancille cum filio libere.) Ne quis fortaſſe querat:que ergo futura eſt
ex his conſolatio qui a iudeis uexantur fidelibus q; q; & Iſaac ſit afflictatus:

ſubdit itaq̧ audi narrantem ſcripturam & tunc conſolabere: nam pro breui il la perſecutione qua Iſaac ille diuexabatur prorſus eicitur Iſmael: neq̧ eiect-um fuiſſe ſat illi ad ſupplicium fuit: quin quod magis urgebat: neq̧ eorum bonorum effectus eſt particeps que erant Iſaac puero parata: & eo erat acrior cruciatus: quia a dei ſententia & iudicio deſumpſiſſet: non a perſecutione principium. Vides ut ancille dixerit non Habrae filium: qui hereditate indignus ſit iudicatus: tanq̃ a teterrimo genere ortum appellans. animaduerte preterea quemadmodum oſtenderit Paulus legem deſtructionem ſibiipſi inducere: ſi quidem que dicta ſunt omnia eorum pre ſe ferant figuram: que iam ſint in lege peracta: uel in ueteri ſunt teſtamento perſcripta.

¶ Itaq̧ fratres non ſumus ancille filii: ſed libere.) Hec omnia eo producit apoſtolus: ut arguat que nobiſcum aguntur hoc tempore: multis ante ſeculis fuiſſe figuris expreſſa. Cur ergo non fuerit abſurdum: ut qui libertatem nobis tot ante temporibus partam habemus: ultro ſeruitutem poſtliminio ſubeamus. ¶ Qua libertate chriſtus nos liberauit ſtate.) Neq̧ enim inquit ipſi uos liberaſtis: ſed qui pronobis dependit precium chriſtus. Quo ergo pacto uos ipſi legis ſubiicitis ꝑtãti domino inconſulto: qui uos libertate donauerit: Cum autem ſtate dixit: oſtendit illos inſtabiles eſſe & mutabundos.

¶ Et nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.) Cum iugum inquit: grauem legis ſeruitutem deſignat: Cum uero iterum dementie illos accuſat: Quandoquidẽ & intolerabile illud legis onus experti: uolentes rurſuз ad eam ſe cõferunt. ¶ Ecce ego paulus dico uobis: quoniam ſi circumdamini: chriſtus uobis nihil proderit.) Proprie perſone dignitatem ac fidem quibuſuis argumentis & demonſtrationibus anteponit: nihil inquiens circumciſio profuturus eſt chriſtus: quia is & gratiam reſpuat: & ad legem confugiat: perinde beneficam: chriſto uero tanq̃ de ſe haudquaquã benemerẽti nil credat: Qui itaq̧ minus credens a chriſto deſciuerit: nil prorſus ex eius perfidia conſequit̃ lucri.

¶ Teſtificor autem omni homini circumcidenti ſe: quoniam debitor eſt uniuerſe legis faciende.) Ne forte exiſtimes hec me maliuolentie gratia intuliſſe: non uobis ſolum: Sed circumciſo cuiq̧ dixeri ingentẽ molem eſſe iniectam: Conſtat nanq̧ que legis ſunt adinuicem connexa eſſe: & catenata: Cunq̧ uel tenue quid ex lege exceperis: & eius iugo te ipſum ſubmiſeris: profecto omnem eius in te dominatum traxiſti. Nam circumciſio: & ſacrificia depoſcit: neomenias: & ſublata obſeruat. Sacrificium uero & locum exigit & modum & purgationes: nam qui immundus eſt: nequaq̃ uiciatur: & purgationes item huiuſmodi obſeruationes alias habent: uides quemadmodum qui a chriſto defecerit: non ſolum conuincitur nil profeciſſe: quinetiam infinitis ſe ſubiicit oneribus. Nam ſi lex: ut exiſtimas: prepotens eſt & dominator erit hec omnis per te hauddubie exequenda: Si minus: neq̧ in partem admittenda eſt.

¶ Euacuati eſtis a chriſto: qui in lege iuſtificamini a gracia excidiſtis.)
Hoc eſt nullum habetis cum chriſto commertium: quicunq̧ in lege iuſticiam aſſequi ſuſpicamini: & ex gratia excidiſtis: que uere iuſtificat: magni eſt itaq̧

naufragii loco habendum: quandoquidem nec lege fruemini: & gratiam si/
mul a amittitis. ¶ Nos enim spiritu ex fide spem iusticie expectamus.) Nos
inquit fideles non lege sed spiritu sancto consequi speramus iusticiam: dein/
ceps & spiritus eiusdem aduentu commissorum ueniam accepturos & in bap/
tismo iri iustificatum. ¶ Nam in christo iesu neque circũcisio aliquid ualet neque
preputium: sed fides que per caritatem operatur.) Dicet aliquis si ob futuram
docet apostolos circumcisionem: Cur ergo hanc indifferentem nunc ponit: ad
hec respondemus, de circumcisione ea hunc dicere que fidem precessent: subin
deinquiat qui in nouo sunt testamento perscripti neque si uel circumcisi iam fu
erint utilitatis aliquid assequuntur: neque si in preputio sint & incircumcisi: de/
trimenti quippiam ceperint aut iacture: quandoquidem in fide cunctarum re/
rum uertitur cardo que caritatem operetur hoc est que omnino uegetior de/
bet ob eam qua in christum afficimur caritatem preferri: ostendit autem hos
& si crederent & fidem exceperint: nil tamen esse in christi amore fundatos.
Et ideo ad legem ultro se contulisse: quamuis ad habendam in proximos di
rigat caritatem: demonstrat preterea seductores illos qui hos circumuenerint
si se uelint caritate complecti: nequaquã id amplius ausuros perdisce itaque quem
admodum operatur fides per caritatem: hoc est ut actuosa & exercita sit: cari/
tate uero si caret ociosa & turpida sit futura, simile illud est, fides sine oper/
bus mortua est. ¶ Currebatis bene, quis uos impediuit ueritati nõ obedire.)
Nequaquã id rogantis est: sed deplorantis dicentisque: ecce iam id perfectionis
culmen euaseratis: quis hoc effecit: quis adeo ualuit deprauati ingenii uiribus:
ut uos prorsus interpellaret: ne euangelice ueritati fidem adhiberetis: sed legi
obsequeremini: que adumbrata sit & superuacanea reddita.
¶ Nemini consenseritis: persuasio hec non est ex eo qui uocauit uos.)
Hoc est quod fueritis seductoribus his obsecuti, nequaquã est a christo perfectum
neque enim ideo uos ille uocauit, ut morem geratis consulentibus, esse ritus iu-
daicos imitandos
¶ Modicum fermentum totam massam corrumpit.) Ne illis hunc in modum
occurrendi offetatur occasio: quod nos adeo lacessis paule: unum tantũ semper ex/
cessemus legis mandatum: & tantopere id auges crimen: & magnificis, sic
respondet apostolus: quod tenue admodum est & pusillum uidetur: maximum
solet in modum obesse: nam quemadmodum fermentum & si perexiguum sit
massam uiciat omnem quippe quam sibi admixtum & ad se trahens immutat
sic & circumcisio ipsa: cum mandati unius obtineat locum: ad iudaicos ritus
uos consecrandos est conuersura ¶ Ego cõfido in uobis in domino quod nihil
aliud sapietis.) Confido inquit in uobis nec mirum: qui meorum calleam disci/
pulorum conditiones & eorum facilem fore in uiam reditum non ignorem:
cumque de uobis nil ipse desperem quia ad bonum conuerti posse intelligo: cõ
fido tamen & deo imprimis: pro cuius arbitrio: nec minima pereunt: horta/
tur preterea: ut & ipsi de se prestent que conferantur: & spem in domo habe/
ant obfirmatam: neque enim aliter possunt diuina bona parari nisi & ipsi ingt

pro uestra uirili proferre ex uobis que deceant adnitamini. ¶ Qui autem conturbat uos portabit iudicium quicunque ille est.) Spero equidem inquit in meas uos rediturosque facturosque: que deceant maxime: nil tamen crediderim qui uos seduxere: penas emeritas euasuros: sed luent hi quidem supplitia: tametsi magnitudine uideantur et auctoritate prestare id enim pretendit cum inquit: quicunque sit ille: quod eo dixit: ut absterreat ceteros ne in istiusmodi se ingerant facinus. ¶ Ego autem fratres si circumcisionem adhuc predico: quid adhuc persecutionem patior.) Cum ipocrisis paulum plerique insinuarent: asserentes circumcisionem predicasse nonnunquam: & item nonnunquam interdixisse: sic inquit: uelim equidem mihi testimonio sitis: quemadmodum a iudeis diuexor infectantibus. Si uero circumcisionem predicauerim quam aliam ob causam persecutionem hanc patior? Id sane perspicuum quia illorum auitos quosdam ritus substulerim: at si obseruandam edixerim circumcisionem: in suo illos errore stabilio: Cur ergo me persequuntur? uel quam sunt persecutionis huiusce & causam allaturi num dicturi sunt forte: timotheum Paulus circumcidit: ita quidem sed dispensationis cuiusdam id gratia fecit: at aliud est circumcidere: aliud circumcisionem predicare: non enim dixit: si circumcisionem fecerit: sed si predicauerit qui enim predicat sancit dogma: fierique id perpetuo oportere: iniungit: quia bonum est & precipuum: qui uero per dispensationem egerit quicpiam: non solum ut bene agat: sed pro rerum & temporis necessitate id facit

¶ Ergo euacuatum est scandalum crucis.) Si circumcisionem predico inquit cessabit haud dubie scandalum: quo crucis ratione offendebantur iudei: nam nullam ob causam aliam: crucis hi sunt predicatione perculsi: neque alia ratione eam repudiant: nisi quia circumcisionem simul tollit & legem: quo fit ut que a me predicatur circumcisio: crucem impugnandi iudeis occasionem attulerit resederitque & scandalum quo illi incessabantur.

¶ Vtinam & abscidantur qui uos conturbant.) Hos quidem qui fuerant a falsis apostolis circumuenti in sensatos iam dixit: neque alium eos in modum nisi ut pueros solemus: corripuit: seductoribus uero perinde ac insanabili morbo affectis: & mala imprecatur: & inquit: utinam non modo circumcidantur huiusmodi homines qui uos conturbant: sed eorum penitus precidantur pudenda uel abscidantur dicit: hoc est a uestro sint seiuncti consortio: grece autem quod conturbant latine traductum est anascunte habetur: hoc est e propriis sedibus moti & alio traducti: ut enim cum ui & armis aliqua capitur ciuitas: ex ea abacti homines alio traducuntur: Sic & galate libertate ammissa: & ad hierusalem inferiorem hanc a superna illa transuecti: ad legem sunt & iudaicam uilitatem compulsi: notandum preterea est quemadmodum qui se circumcidunt pauli in se execrationem conciscunt.

¶ Vos enim in libertatem uocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carni.) Non enim ut legi inquit deseruiamus a christo sumus uocati Sed ut a legalis seruitutis iugo liberi simus: deinde ne quis existimet: quia libertate utimur: licere nobis omnia ad nutum facere: castigat id dictum: Et inquit nequaquam sumus huiusmodi libertatem adepti perinde: occasionem nacti

ad carnis concupiscentias: quippe qui non eam ob causam sumus a legis iugo soluti ut in preceps feramur: sed ut libere & seruitute summota: recti & gradu composito tanq̃ beneformati: & instructi nos incedamus. Non enim ut legem preuaricemus licenter: iam & libere agimus: Sed ut ultra q̃ lege cautum sit: ponebamur. ¶ Sed per caritatem spiritus seruire inuicem.) Legis iam iugo sublato aliud quoddam quod caritatis est iugum inducit: ut illo leuius ita & longe ualidius: arguit preterea seductores illos talia his principatus cupiditate persuasisse: que profecto omnium mater est heresum: Cumq; ita inquit uos inter dissidium fecerit dominandi libido prestate alternis mutua caritate obsequia: Seruire autem inuicem dixit: ut intensiorem pretenderet animi affectũ quo seruiendum sit. Ad moralitatem demum conuersus: & modũ aperit: quo fieri possit ne carnis cupiditatibus seruiatur.

¶ Omnis enim in uno sermone impletur: diliges proximum tuum sicut teipsum. Si prorsus inquit legem exequi cupido incesserit: nequaq̃ hanc circumcidendo: Sed caritatem seruando explete: hęc enim legis est adimpletio. Aduerte autem quemadmodum: & si de moralitate sit sermonem aggressus: nil tam̃ fuerit de dogmate ipso ut dissereret demum oblitus: Adeo ille dolebat: erroribus galathas sic patuisse. ¶ Quod si inuicem mordetis & comeditis: videte & ab inuicem consummamini.) Quod gestuz te ipsa fuisse compertum habebat. perinde subdubitans ponit: Id ipsuzq; & in sequentibus facit: Cum enim ne consumamini inquit: formidantis iuditium prefert: rem ita fore procerto asserentis: non condempnantis: non enim solum mordetis dixit: quod iracundię est: Sed comeditis uel uoratis ut grece habetur quod feritatis est ultimuz: hęc autem & de corruptis dogmatibus differit: quinetiam potest & de mutuis illorum insidiis rapacitatibusq;: & inexplebili habẽdi cupiditate intelligi & quoniam qui aliis iniurias faciunt: uel insidias parant exitium enim uidentur & ñ afferre. Videte inquit: idest cauete ne id rei in uos relabãtur.

¶ Dico autem in christo spiritu ambulate: & desideria carnis non pficietis.) Cum morsus & uorationes dixisset: consumationem allaturos & finem: exprimit & horum medelam que & caritatem conseruat: & ipsa a caritate seruatur: dico auetm id fore cum spiritales nos prestiterimus. Nam sic spiritum ipsi sectabimur: & alios amore peosequemur non mediocri: quo demum effecti: ut spiritales efficiamur: necesse est: sic profecto futurum est: ut carnis concupiscentias non exequamur. ¶ Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicem aduersantur: ut non quecũq; uultis: illa faciatis.) His Pauli dictis innituntur Manichei: & cęteri eius sectę heretici: dicuntq; ex duabus: & diuersis substantiis hominem omnino constare: vnde idipsum apostoli dictum huic rei argumento esse, & testimonio asserunt quod tamen est longe secus: neq; enim de hominis substantia hęc Paulus disputat: sed carnem appellat humanas cogitationes & mentis affectus: qui terrenis in rebus uersentur: perinde desides & torpentes: non corpus & spiritum & spiritalem aliquem cogitatum: non animam: terrestris igitur contemplatio

spiritali penitus aduersatur: & spiritalis terrestri: prauarum itaq; & optimarum intulit cogitationum discrepantiam: non corporis & anime impugnationem: velle namq; uel minus uelle: meditantis est animi: adiecit preterea ne ea faciatis quę uultis: nam animę corpus opitulatur: nec secus inherens anima corpus tutatur: & omnia subest: ne illud deserat: quo ergo pacto contraria fuerint: & inuicem aduersabuntur: quę tanta & mutua sunt affectione connexa.

¶ q; si spiritu ducemini non estis sub lege.) Qui spiritum inquit est nactus uel prauas restinguit cupiditates: a quibus qui liber euaserit: nec legis indigebit consilio: nec illi erit subiectus: nam qui nec ira incenditur, quid habet monitore opus, ne quem occidat: quod & alibi dixit apostolus: nulla est iusto lex posita: uidetur etiam & legis laudes explicare: Si enim spiritus loco lex erat: p eius uiribus & suo tempore in pedagogi morem alios instruebat: Cur ergo pedagogi iugum de integro subistis: spiritu qui perfectos uos redderet derelicto; nec sane res hęc secus se habet: q̃ si philosophus quispiam pedagogo indigeat. ¶ Manifesta autem sunt opera carnis que sunt fornicatio adulterium.) Currupte inquit & carnalis uoluntatis hęc opera sunt: e quibus eminent & notiora uidentur: adulterium & fornicatio.

¶ Immunditia impudicitia.) Modos hoc loco nonnullos fedi pretendit concubitus: quos nec explicare pre scelerum magnitudine tulit.

¶ Idolorum seruitus, ueneficia, inimicitie: contentiones, emulationes, ire, rixe: dissensiones, secte, inuidie: homicidia, hebrietates: commessationes: & his similia: que predico uobis sicut predixi quoniam qui talia agunt regnum dei non hereditabunt.) Dicant uobis qui carnem incusant & criminantur: Concedamus fornicationes & adulteria corporis esse delicta: inimicitie uero & contentiones & id generis cętera: quo pacto inesse corpori poterunt: atqui liquet sane corrupte & inquinatę mētis: hęc esse facinora. q; si nobis essent natura hęc insita: quo pacto nos a celesti imperio eiecissent: non enim natura: sed uoluntate & supplitia parantur & premia: alioquin si natura hęc obuenirent, nequaq̃ qui faciunt hęc intulisset. Sed qui patiuntur: nam facere animi promptitudinē prefert. Inimicicias uero non aquas intellige: Sunt enim & iuste nonnunq̃: ut pote: que fidei gratia oboriuntur: & que omnibus inferuntur: qui a recto decesserint: Dicit autem emulationem que & praua sit: & iniquior: quandoquidem est alia quedam recta ęmulatio, cum bona quis factitantem, nititur imitari: optime autem post contentiones & rixas ponit & sectas: Idest: hęreses: que a contentione ducunt originem: cum quisq; cōtendit confirmare quod sentit. Homicidium preterea ab inuidia nascitur: & comesationum scurilitas omnis: a temulentia: Comi enim grece: quos comesationes hic dixit: ębriantium sunt cantiones cum iurgio & contumelus decantae: vnde prius gignentia posuit mox et progenita.

¶ Fructus autem spiritus est caritas: gaudium pax.) Quia a nobis ortum ducunt praua facinora: propterea & carnis opera appellauit: perinde operosa sint: & grauia factu: bona uero nō modo nostro indigent studio: sed ope etiam diuina. Ob idq; spiritus dixit: perinde ac nostra intersit semen subministrare:

& uoluntatem offerre: diuini uero arbitrii sit ut fructus emergat. Omnium
autem bonorum radicem priorem statuit caritatem: deinceps gaudium. Qui
enim afficitur caritate semper est letior: uel si mala perpetiatur: & ut benefi-
cum erga se spectat qui mala ingesserit: Gaudet etiam: Sed in deo: cuius gra
& peragat cuncta: & toleret: eoq; et optime adgaudet conscientie: ex caritate
autem & suscepta letitia côquiescat: nec ullis animo cogitatibus obturbatur:
Quinetiam uel si quos odio habere uidebitur non eos odit: Sed illorum fas-
tidit nequitiam: Quandoquidem hos ipsos ut fratres colat: & odium prefe-
rat: ut corrigantur: & correctis conducat
¶ Patientia: benignitas: longanimitas: mansuetudo: fides: modestia: conti-
nentia.) A benignitate longanimitas ita uidetur sacris in litteris discrepare: · longanimitas.
Ut qui animi sit magnitudine preditus. Is certe sapientia polleat: neq; acce- · benignitas.
lerate & precipitanter: sed sensim: & lento gradu decentes ingerat penas: qui
uero benignior fuerit uel sontes & noxios dimittit impunes: Quemadmo-
dum Moyses: quia marie & aaron ipsi pepercerat clementior est appellatus a · beneficentia.
cunctis: qui eas terras incolerent: & bonitas quidem est q̃ beneficentia lon- · bonitas.
ge uulgatior: bonus est enim dominus inquit uniuersis: beneficentia uero dig-
nis dumtaxat benefacit: ut illud est: benefac domine bonis: fidem autem dicit
non simplicem quandam & tenuem: sed que montes pre ardore transiliat: cre-
datq; nihil ambiguusque impossibilia hominibus sunt: apud deum fore factu
facillima: postremo & continentiam posuit: qua non solum ab escis: sed ab om
ni sit nequitia abstinendum.
¶ Aduersus huiusmodi non est lex.) Hoc est anima que ista spiritu sugge-
rente peregerit: nihil indiget legis instructione: cum prestantior ipsa sit & le-
ge sublimior: sicuti nec calcaribus indigent equi natura ueslociores: Paulus
itaq; non legem reiecit qua iniquior sit: sed quia spiritu est liberalitate inferior
¶ Qui autem sunt christi: carnem suam crucifixerunt cum uitiis & concupis-
centiis.) Haud secus ac quispiã roget. quis hominum est qui agat que diseris?
respondet: qui christi sunt: hoc est qui ex christo sunt forte: carnem crucifixe-
runt. Idest opera que carnem sapiunt mortificarunt: non enim sibi ipsis mor-
tem hi consciuere: ut carnem intelligas ipsius carnis substantiam: sed cogitati-
ones terrenas: quo fit ut neq; iracundie uitium in his: neq; concupiscentie ui-
geat: sed utraq; hec & cruci affixa sint & morte affecta: uel simpliciter uitia
affecta & inquinata opera dicit: siue ab ira sint illa producta: siue a cupiditate
nec solum istiusmodi actiones restringunt: sed earum tollunt principia siue
concupiscentias: dixeris.
¶ Spiritu uiuimus: spiritu & ambulemus.) Cum itaq; spiritus tanta sit uis:
& illi uiuendum est & eo contenti esse debemus. Id enim ambulemus preten
dit: hoc est sat sit nobis spiritus uirtus: neq; per legem adiici quidpiam depos
camus. ¶ Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes: inuicem
inuidẽtes.) Arguit hoc loco qui hos seduxerãt: glorie cupiditate id scelus fuisse
agressos: que hauddubie cunctorum est malorum origo: tunc autem se inuicẽ

prouocant: cum se concitant altercando iurgandoq́: ut fieri solet: cū quis hosti inclamat huiusmodi: heus tu: huc concedito: si quid robore uales & uiribus: Ineamus certamen: proinde & inuidiam interdicit quandoquidem ab inani hęc gloria defluat. ¶ Fratres & si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.) Cum & seductoribus his uiderentur nonnulli eo delinquentibus conuitiari & increpare delicta: propria uicia patefacerent: utpote qui glorie & principatus cupidine ad id deuenissent: sic inquit: si preoccupatus quis fuerit: atq́ deprehensus aliquid commisisse: non statim sunt admouenda supplicia Sed ad correctionem adhibenda medella & in spiritu sancto id agite dicit: arguens spiritui id placitum esse: & eius gratia fieri: ut leniter castigemus peccantes. ¶ Considerans te ipsum ne & tu tempteris.) Ne forsan qui alios in uiam reduxerit: efferatur postmodum & insolescat: confirmat hunc & hortatur his uerbis: considera te ipsum: hoc est & te hominem esse: ac labilem contemplare: & caue nec & ipse tempteris: quod sane humanum est: At illud teterrimum cum ex temptatione in prauum facinus labimur: tu uero adiecit ut mortalis commonefaceret fragilitatis.

¶ Alter alterius onera portate.) Quoniam nemo est hominum qui peccati sit expers: ne acrius proximi peccata detractent commonefacit: quin eo maxime ferat: ut & sua ab aliis tolerentur.

¶ Et sic adimplebitis legem christi.) Non enim implebitis dixit: sed adimplebitis: hoc est communi consensu omnes christi legem perficietis: uos ipsos inuicem tolerantes: uidelicet ut iracundus ad iram tardum sustineat: & tardior iracundi impetum ferat: Sic fiet: ut neq́ ille delinquat: si ab hoc toleretur: neq́ is: si ab illo feratur: nec illud dico: ut inuicem porrectis inter uos manibus christi legem alternis mox exequamini: sed quod proximo deerit unusquisq́ sufficiat tolerando: karitas autem christi est adimpletio mandatororum. ¶ Nam si quis existimat se aliquid esse: cum nihil sit: ipse se seducit.) Arguit hoc loco nullius esse momenti: qui aliciuius seduxerit: Prefert enim maximum suę uilitatis argumentum qui esse se aliquid credat: quo fit: ut preter seipsum fallat neminem.

¶ Opus autem suum probet unusquisq́: & sic in semetipso tantum gloriam habebit: & non in altero.) Examinet inq̄ & diligenter suas quisq́ res gestas disquirat: Id nanq́ cum probet inquit designat: ne has forsitan siue inanis glorię, siue simulationis: siue alterius cuiusuis humane occasionis gratia gesserit: tunc fiet ut non in altero: sed in seipso gloriam quis assequatur ¶ Communicet autem qui catherizatur uerbo ei qui se catherizat in omnibus bonis.) De preceptoribus differit ut qui sub eius cathecuminis fuerint effecti & instituti: illos faciant non unis in rebus: sed in omnibus eorum fortune bonis participes: uictum scilicet: uestem: honores & beniuolentiam & bona reliqua is illi impartiantur: vtpote qui longe maiora accipiant q̄ ipsi contulerint: Quandoquidem demetant pro carnalib9 spiritalia

eoq; & communicationem appellat ut quam retributio consequatur & premium. Queret aliquis: cur a discipulis christus alimoniam iussit preceptoribus ipsis deferri: id nimirum ea de causa fecit: ne insolescerent preceptores: sed humiles se prestarent quando eorum ad uitam presidio indigerent: quos ipsi ad fidem instruerent: & ut nulla presentium rerum cura distracti predicationi solum uacarent: essentq; & discipuli non in preceptorem ingrati & consuescerent bene instituti in omnes tales se exhibere: Simul etiam ne inopes suam erubescerent sortem: Quandoquidem pari essent cum preceptoribus conditione.

¶ Nolite errare: deus non irridetur: que enim seminauerit homo, hec & metet: quoniam qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet uitam eternam.)

Cum preceptores ipsos nonnulli praue uite insimularent: & ob id aspernantes nil alerent egestate oppressos. Ideo & in subsequentibus dicturus huiusmodi est: bonum facientes non deficiamus: & nunc inquit decere admodum eos: ut liberaliter erga hos instructores segerant: tanq̃ id omne quod ipsi impenderint: in ea que spiritus sint conferatur: proinde doctrinam conferens cum impensis: que cum carnalibus, tum spiritalibus sint in rebus effecte: Sic ait: si in his que carnis sunt mensas consumpseris: instructoribus paratas ad gulam irritandam epulis: temulentiam, luxum, & crapulam seminans: profecto corruptionem demetes. Hec nanq; & facile corrumpuntur & corpus inficiunt: At si spiritalia seueris: hoc est, spiritus opera: in omnesq; ut beneficus contuleris elemosynam: & continentem te gesseris: uitam sempiternã inuenies. Neq; enim irridetur: hoc est: nil fallitur deus: sed propriam cuiq; mercedem persoluet. Satius itaq; nobis erit spiritalibus, in rebus bona hec terrena dependere. Quibus in rebus & preceptorum computatur impensa: q̃ in carnis affectibus his suauissimis: qui & per se corrumpuntur & corpus afficiunt: Nam & ex gratissimis uoluptatibus & nimio luxu morbi oboriuntur. ¶ Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non dificientes.) Hoc loco clarius aperit: quemadmodũ & si improbi sint: qui nostra indigeant ope: nil tamen ipsi deficiamus: bene de his promereri: abundantem preterea & continuam largitionem pretendit cum inquit: nihil deficiamus. Et quia magnum quiddam uidetur exigere: confestim & premium ponit: cum inquit: metemus: quippe qui quietiores sumus futuri: cum aliis bona hec impartimus.

¶ Ergo dum tempus habemus: operemur bonum ad omnes: maxime aũt ad domesticos fidei.) Quemadmodum non semper est serendi tempus: ita nec metendi occasio semper offertur: quod sane & uirginum illarum: & lazari exemplo profertur. q̃diu autẽ nobis hac in uita suppetit etas nõ solũ in preceptores: sed in gentiles ipsos & iudeos: que bona sunt operemur: hoc est: bñficẽtia utam̃ & elemosina: nec tñ pari mensura utenda in hos erit largitio ut i fidei ꝓximos: sed maior erga fideles ꝓstãda ẽ & effusior: id. n. cũ maxi

me ad domesticos fidei dicit: pretendit. Aduerte autem quemadmodum: vel in his a iudaica illos usitate repellat. Siquidem lex ipsa ad unius nationis homines: hoc est iudeos eius clementiam aperiret: gratia uero terras simul ac maria ad elemosinę conuocat mensam: tametsi ut dictum est: non ęqua mensura. ¶ Videte qualibus litteris scripsi uobis mea manu.) Paucis de moralitate iam explicatis quę dicere ceperat & animum eius moderent repetit: ostendit, qꝫ se propriis manibus epistolam exarasse: quod eo inquit ut non modo suam erga galatas aperiret beniuolentiam: Sed etiam tolleret siquid illi de se male existimarent. Incusabatur nanqꝫ ab his leuitatis & inconstantię Paulus: perinde eius dicta predicando iam uariaret: eoqꝫ & scriptis cogitur que predicasset testificando probare. Enimuero quas mittebat apostolus litteras alii conscribebant: Salutem dumtaxat ipse: in epistole calce: cuiqꝫ impartitam notabat: qualibus autem cum inquit non litterarum exprimit prolixitatem: sed deformitatem pretendit: Subinde dicat, & si minime sim apprime scribendi peritus: Compulsus sum tamen uel mea manu hanc ad uos epistolam scribere.

¶ Quicunqꝫ enim uolunt placere in carne: hi cogunt uos circumcidi.) Quicunqꝫ inquit placere in carne uolunt: hoc est morem iudeis hominibus: cupiunt gerere: nam & conuitiis ab his incessabuntur fideles: tanq̃ a patriis ritibus defecissent: hi uos ad circumcisionem compellunt: vt sese uestre carnis scissura: apud iudeos excusent: Cum autem cogunt infert: arguit eos uel inuitos id fuisse perpessos: simul ut his ab eiusmodi seductoribus secedendi prebeat occasionem: ut qui nihil ultro deliquerint.

¶ Tantum ut crucis christi persecutionem non patiantur.) Quinetiam inqt id alia quedam decausa moliuntur: ne christi crucis persecutionem perpetiantur: hoc est neꝫ crucis & fidei causa quam hauddubie circumcidendo preuaricantur: hi diuexentur: uel ea tollerent: que tulerit christus: alios uolunt circuꝫcisionis huinsce habere participes.

¶ Neqꝫ enim qui circumciduntur legem custodiunt: sed uolunt uos circumcidi ut in carne uestra glorientur.) Nec solum inquit gratificandi hominibꝰ gratia: sed glorie etiam cupiditate id agunt: neqꝫ legis tutande: aut religionis id faciunt causa: quin magis & laudem assequantur: & glorientur uestra in carne: hoc est: in hac precidenda iactantur: pręceptores se & magistros: habere uos in discipulos: & sibi morigeros. ¶ Mihi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri Iesu christi.) Illi inquit circumcisionem hanc glorie ducunt: rem sane superuacaneam: perinde absoletaꝫ iam & desitam. A me uero procul sit cęterarum rerum iactantia: Liceat tamen in una christi Iesu cruce & morte: admodum gloriari: qui inanem reddidit circumcidendi consuetudinem: cũ autem absit dicit: tacite circumcisionem ut uetitam detestatur: quam ut effugeret: dei opem adsciuit. Queret aliquis quo pacto gloriaris in domini cruce: nempe: quia mei ob gratiam: qui nulli rei sum usui: ille sit cruci affixus: & me tanta sit caritate complexus ut morti seipsum obtulerit: Crux itaqꝫ in Pauli gloriam & fidelis cuiusqꝫ concessit: quia domini sit erga nos caritas patefacta. Quis enim qui seruus cum sit: non glorie duxerit: heri in se beniuo,

lentiam. ¶ Per quem mundus mihi crucifixus est: & ego mundo.)
Mundum presentis uitę bona appellat: gloriam scilicet opes & delicias cęte-
ras: hęc inquit mihi demortua sunt: & his ego sum morte affectus Quo fit
ut duplici hac mortificatione: neq; bona illa me comprehendere possit : neq;
ipse ad ea confugere : quippe qui mortuus sim : hoc est ; his rebus omni
no nil deditus.

¶ In christo enim iesu neq; circumcisio aliquid ualet : neq; preputium. Sed
noua creatura: Et quicunq; hanc regulam secuti fuerint: pax super illos: & mi-
sericordia: & super Israel dei.) Nequaquam inquit circumcisionem mihi com-
memores: quę ut nihil potest officere sic plane & inutilis & superuacanea est:
cuiusmodi & preputium fuerit: Quandoquidem cuncta innouauerit chri-
stus : & aliam a nobis hoc tempore uitam : & alios mores deposcat. Est enim
noua quę nuper secundum christum creata est uita: Siquidem nostra hęc q ę
delinquendo consenuerat anima : baptismo est renouata : & futuro in seculo:
in corruptione & gloria: uel ipsa hęc corpora decorabuntur cum ipsi noui eri-
mus omnes & incorruptibiles redditi: Quicunq; igitur huic secundum christ
um uiuendi modo & regule seipsos addixerint : auersati tandem obsoletam
hanc & inualidam circumcisionem: pace conciliata: in gratiam cum deo redi-
bunt: & erunt a prauis liberi facinoribus: quę nobis deum proculdubio red-
dunt infensorem : misericordiamq; & ueniam consequentur: Hęc tamen ultra
ut deo aduersantes existimabuntur: uel odiosi. Sed ut miseratione dignati ut-
pote: quibus per crucem & gratiam pax sit cum deo conciliata : Hi autem Is
rahelite sunt certo utpote qui deum intuerentur: eoq; & Israel dicitur dei:
atqui uos isti seducunt: & circumueniunt : & si genere sint israelite : falso ta-
men israelite dicuntur: hoc autem a Dauid dicente: pax super Israel desumpsit
apostolus. ¶ Decętero nemo mihi molestus sit.) Nec pertesus : neq; indig-
nans: hec Paulus profert: qui enim id faceret: qui ita hortatur: Instate opor-
tune & importune: sed uolens: impositas ab se leges immotas fore: & nil spei
reliquum illis esse: ut has quoq; pacto immutet: sed sperare in modo quod sem
per statuerit assidue se predicaturum.

¶ Ego enim stigmata domini nostri iesu christi in corpore meo porto.)
Excusationis inquit habeo loco apud eos qui me ypocrisis criminantur: & di
cunt: alibi me circumcisionem hanc predicasse & astruxisse, stigmata ipsa &
discrimina: que christi ob gratiam obiui intrepidus: hęc namq; uel uoce qua-
uis clarius testificantur : quemadmodum nequaq; pro lege sed pro eo quod se
cundum christum est dogmate: periculis antehac me ipsuz obiecerim: neq; ha
beo dixit sed gesto: perinde scilicet tropheum aliquod & insigne reguz altis
& cunctis uisendum attollo: & in istiusmodi glorior. ¶ Gratia domini nostri
iesu christi cum spiritu uestro fratres amē.) Cum bona illis precetur cptetq;
ostendit non ira uel odio dixisse que dixit: neq; comprecationis id obtinet lo-
cum: sed instructionis & doctrine que dicta omnia: concludat ac terminet: cō-
memorat pterea & grām q; nō lege: sed xpi munere sint: cui credidissēt potiu
neq; uobiscū dixit sed cū spiritu uro abigens eos a rebus hisce arguensq; non

a lege hos ſpiritum ſed a gratia accepiſſe: & ut non legem illis aut circumciſi-
onem: ſed gratiam ut ſpiritum contulit: ita & poſſe collata ſeruare: uerumtam̄
cum fratres appellat baptiſmi admonuit: quo fratres ſumus omnes effecti: a
patre uno non a lege progeniti: ſit itaq; & uobiſcum ſpiritaliter uitam degen-
tibus gratia nec diuinam illam ſanctificationem parachti: a uobis peccatorum
uolutabro abigatis: ſed auctam ſemper magis ac magis accumuletis in chriſto
ieſu domino noſtro: qui nouam & ſpiritalem uitam ueteri & corporali ſublata
monſtrauit cui gloria in ſecula ſeculorum .:. AMEN ... :. :.

In Epiſtolam ad Epheſios Athanaſii prologus :.

e Pheſus Aſię metropolis erat huius incole dianam cole-
bant; cui & templum dicauerant ornatiſſimum ſane &
per magnificum quod in ſumma erat: cum apud grecos
omnes tum apud epheſios ipſos ueneratione & cultu
ita ut dianę neocoron diceretur quemadmodum in actis
apoſtolorų litteris eſt demandatum: ea in urbe & Iohā-
nes euangeliſta relegatus diu uerſatus eſt & uitam demum multo ſenio exact-
am finiuit: ibidem & paulus thimotheum reliquit predicantem: quinetiam qui
ea tempeſtate philoſophi maxime claruerunt: epheſi uitam egere: Cum ita q;
tanta eſſet urbs illa felicitate donata: & ſapientibus a deo uiris polleret: accu-
ratius ad hos ſcribit apoſtolus: & ſenſa quedam profundiora & altiora archa-
na his credidit: ut qui nuper eſſent ad fidem inſtructi: Scribit autem epiſtolaʒ
hanc ſenſibus altiſſimis plenam: refertamq; diuinis myſteriis: quocirca nobis
& animus eſt enixe admodum intendendus: ea ut pernoſcamus que hac in epi-
ſtola conduntur myſteria. (¶ Paulus apoſtolus chriſti ieſu per uoluntatē dei.)
Ecce quemadmodum per prepoſitionem hanc & particulam: arianoruʒ decau-
ſa qui aliter ſentiunt patri attribuit: perinde deo & patre uolente chriſti ſit ie-
ſu apoſtolus inſtitutus. (¶ Sanctis qui ſunt epheſi & fidelib9 in chriſto ieſu.)
Aduerte q̄ homines hi ea tempeſtate uirtute pollerent: ut eos & fideles appel-
let & ſanctos: uiroȝ preſertim uitę huius temporarie deditos: qui uxores ha-
berent & liberos: iſtiuſmodi neq; in montibus forſan hoc tempore neq; in ſpe-
luncis inueneris. (¶ Gratia uobis & pax a deo pr̄e noſtro & dn̄o ieſu chriſto.)
Cum gratiam dixit & a deo patre noſtro adiecit, ut oſtendat eiuſmodi gratię
opera fuiſſe effectum: ut pater hic nobis & dn̄s fieret & deus dn̄s quideʒ: hoc
eſt filius ob eam quā nobis cōtulit grām factus eſt; & chriſtus ieſus carne pro
nobis aſſumpta: & ieſus nomīe dictus: humanitatē diuinitate obliniuit & unxit
(¶ Benedictus deus & pater domini noſtri ieſu chriſti.) Ecce & deus & pater
eſt eiuſdem & unius chriſti: deus quidem ut incarnati pater & dei uerbi.
(¶ Qui benedixit uobis in omni benedictione. ſpiritali.)
Ad benedictionis iudaice differentiaʒ ſpiritali appoſuit: illa nanq; magis erat
corporea: benedicat enī inqt deus filios uteri tui & benedicat introitum & exi-
tum tuū: hic uero oīs in nos ſpiritalis benedictio eſt: ita ut nihil ex ea deſit :

quandoquidem & immortalitati simus donati: & dei filii & christi coheredes effecti & nobis qui primitie sumus onus a supernis potestatibus deferatur: merito ergo in omni benedictione dixit nam cuncta nobis dono sunt tradita tam diuina q̃ spiritalia

¶ In celestibus tanq̃ spiritalis benedictio nostra et celestis interpretet̃:) In celestibus inquit: nam iudeorum in terris erat benedictio; & ideo corporalis est dicta: bona enim terre comedite ait: & terram fluentem lac & mel: & benedixit dominus terram tuam: in nostra autem nihil huiusmodi: sed sunt cuncta celestia: vnde & spiritalis hęc nostra dicitur benedictio: nam ex promisso celeste imperium est pauperibus destinatum: & iustificatis multa in cęlis est merces. ¶ In christo iesu.) Hoc est per christum nobis; non ut mel eis per moysem benedictio ista obuenit: sic itaq; ut non modo qualitate bonorum cũ iudeis: sed mediatore etiam differamus.

¶ Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.) Nobis inquit benedixit per christum: quemadmodum & per eundem elegit: hoc est per fidem in christo habitam: Elegit autem ante mundi constitutionem: siquidem erant: que nobiscum aguntur hoc tempore ex alto predestinata: non nuper tradita: sed a principio preparata: recte autem catabolem intulit quod grece fundationem interpretamur & latine constitutionem dixit interpres. Vt ostendat e q̃dam diuine potentię sullimitate demissum & fundatum fuisse hunc mundum cum uero elegit inquit & dei designat clementiam & illorum uirtutem: quippe quos deus secreuerit ut probos futuros.

¶ Vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius:) Ne forte illud subeat mentem: elegisse iam deum saluos fore quos uelit: & sic torpeat animus existimanti: nil ultra esse uirtuti studendum ut uitam quis assequatur: quandoquidem electi iam sint pro dei arbitrio: & nil ceteris esse spei iam reliquum ad id inquit: Elegit nos deus ut sancti simus & sine labe: & in ea scilicet sanctitate uiuamus: quam baptismo ablutis largitus est dominus perstemus itaq; & uitam seruemus uirtute preditam: sanctus est eniʒ quisq; qui est fidei particeps · Sanctus ·
immaculatus uero qui nullis uiuendo sordibus irretitur: nec hanc sanctimoni · Immaculatus
am modo & uitam culpa uacantem a nobis exigit deus: sed ut in eius conspectu hanc ipsam seruemus: sũt nanq; plerięq; qui hominum presentia ueriti potiꝰ q̃ dei maiestatem: pre se sanctimoniam ferunt: quales pharisei fuere: idipsuʒ & dauid assserit: inquiens: secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Item et isaias auferte iniquitates ab oculis meis.

¶ In caritate qui nos predestinauit in adoptionem filiorum per iesuʒ christũ in ipsum.) Cum elegit dixisset dedit intelligi quemadmodũ ut probos nos deus: & nostre uirtutis elegerit gratia: & quia non in nostra dumtaxat uirtute constaret hęc salus: qui in caritate nos predestinauit adiecit: alioquin & fideʒ excipere & deo apropinquare in nostra est potestate situm tametsi uocãtis dei sit munus: accedentes uero adoptione dignari: diuine caritatis est atq; clementię eosq; q ꝑdestinauit in adoptionem adiunxit: at quotam si queras adoptioʒ certe que ad humanum ad se attrahat genus: & sibi conciliet: & id quidem g

iesum christum efficitur: pater enim predestinauit: ad hunc uero filius duxit: per filium quidem non serui cuiuspiam intercessu: nobis bona hęc obuenere: & preclarior est liberalitas uisa.

¶ Secundum propositum uoluntatis sue in laudem glorię.) Propterea inqt ita futurum ut nos adoptaret predestinauit: quia id uellet maxime: ut gratie eius & munificentię gloria patefieret: Dicet aliquis: est ergo glorie cupidus deus: nequaq̄: nam nullius indiga est rei diuinitas: sed uult sane a nobis gloriam consequi: hoc est a nostris rectis operibus: ut se maiori caritate sectemur nam qui diuina in se collata beneficia demiratur: pro suo uirili: omni est studio adnisurus: ne deum de se q̄ optime meritum quoq̄ pacto offendat: & quociēs bona accepta memoria repetet: magis ac magis largitorem hunc colet: atqui id uult maxime deus: ut pereat nemo, & qui fuerint deteriores effecti perdantur: nec sane necessitate coactus: sceleratos hic cruciat: sed ultro & uolens.

¶ In qua gratificauit nos in dilecto filio suo.) Hoc est plenos gratia fecit: quod tamen grece significantius dicitur: echaritose: nam quemadmodum senem aliquem scabie multa affectum corruptumq̧ inędia longiori luridumq̧ & informem: ubi curandum quis ceperit: confestim & decorum reddat & iuuenili & pristine ętati restituat; gratumq̧ cunctis faciat & acceptum: Sic deus omni nos deformitate oppletos: & iocundos est redditurus & hilares, ac forma prestantes: nam rex inquit tuum decorem desiderabat: gratiosus autem in dilecto filio fecit: hoc est per dilectum filium.

¶ In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum.) In dilecto inquit & unigenito redemptionem habemus. At qualem illam si quęrat quispiam delictorum remissionem, uel quo pacto impetratam hanc dicis? Per sanguinem inquit: Et quod horribilius est, eius per sanguinem: quem tunc diligebat, nos ille redemit: quos prius odisset: in redemptionis precium persoluens filii sanguinem. Aduerte autem quemadmodum id adoptionem ipsam: magnitudine antecedat: Quandoquidem nostri ob gratiaꝫ nec filio patet pepercerit.

¶ Secundum diuicias gratię eius que superabundauit in nobis.) Hęc inquit in gratie sue copia fecit; Vide quanta sit huiusce excellentia: quando & opes nobis collate sunt: opes inq̄ dei: & gratię opes: nec simplicioris cuiuspiam gratię: Sed que abundauit in nobis: hoc est: quam affatim in nos ille effudit.

¶ In omni sapientia & prudentia ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis sue.) hoc est, eo in nos gratiam fudit: ut postq̄ sapientia preditos & sapientia reddidisset, aperiret nobis sue uoluntatis archanum: perinde dicat: que cordi recondita haberet: nobis pernoscenda exposuit: uel potest hoc modo intelligi: ut notum faceret nobis misterium: quod omni sapientia & prudētia constaret: hoc est quod omni esset prudentia & sapientia refectum: Nam quo pacto non summe sapientię ea res fuerit: cum eos quos antea infensos haberet: & ꝑ ꝑditis reliqsset: tantoꝝ misterioꝝ dignos & seculoꝝ p̄sertī in fine p̄cipueq̧ ꝑ crucē effecerit. ¶ Scd̄m bn̄placitū qd̄ ꝓposuit ī eo.) Id inqt ꝑ eiꝰ arbitrio & uolūtate fecit: & q̄madmodū ꝓposuit & p̄destinauit in eo: hoc est:

in christo. ¶ In dispensatione plenitudinis temporum.) Huiusmodi beneplacitum & uoluntatem proposuit ille & predestinauit in dispensationem: hoc est: in gubernationem temporum & stabilitatem. Nam temporum finis: hoc est. postrema tempora tormenta deposcebant & cruciatus: quando in his hominum nequitia increuisset: filii tamen: seu christi aduentus maximum certe in modum postremis his seculis salutem mortalibus attulit: quod sane incomprehensibilis est sapientię.

¶ Instaurare omnia in christo que in celis & que in terra sunt in ipso.) Erant inquit celestia a terrenis istis discissa: ita ut nõ unum caput haberent: nametsi pro mundi huius creationis ratione: unus esset omnibus deus: nondum tamẽ qui caritate uobis coniungeretur dignoscebatur: quocirca proposuit deus instaurare celestia simul & terrena: hoc est unum caput cunctis imponere: christum & angelis quidem quo ad incorpoream eorum naturam: hominibus uero pro carnis conditione. anacefaleosaste uero quod instaurare dixit interpres: grece: uel hanc habet significantiam: breuiter scilicet summatimque que longiori sunt tempore gesta: uel que pluribus sunt explicata: paucis demum complecti. In christo igitur anacefaleosato pater. Hoc est precisit pater & terminauit: que lõgioribus fuerant seculis dispensata: uerbum autem erat in iustificatione perficiens & concidens.

¶ In quo etiam nos sorte uocati sumus: predestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis sue.) Dixerat superius quemadmodum nos elegerit deus: nunc uero ut in christo sorte uocati sumus hoc est per christum: & quoniam ne uirtutis sors est nec uoluntatis: sed fortune id dictum castigans: sic inquit: predestinati secundum propositum eius: neque enim predestinasset nisi & dignos prescisset. Prius enim preuidit quam condidit: exciuitque nos sorte deus ac sibi secreuit: qui cuncta gerit. Quo fit ut de nobis hec per se facta electio & per sortem uocatio: nil eum fefellerint: sorte autem exciri beatitudinis est: quippe que nullis laboribus paratur: sed gratia. Et si ad indignos usque peruenerit: atque secundum uoluntatis sue consiliũ dicit: ut ostendat non iudeorum contumatia & in deum perfidia uel leui de causa accitos esse gentiles: sed fuisse celitus & a principio ad fidem predestinatos. Id namque erat dei consilium iampridem conceptum: & ei sic placitum: nam & si christus dixit: in uiã gentium ne abieritis: & non sum missus nisi ad oues perditas Israel: ad consolandos tamen iudeos dicta hęc sunt: ut uel uerbis saltem hii mitioribus puerorum more pellicerentur. Id tamen in uero est: gentium uocationem superne fuisse predestinatam.

¶ Vt simus in laudem glorie eius nos qui ante sperauimus in christo.) Hoc est credentes: uel antequam futurum immineat seculum speramus in christo que tunc nobis obuentura sunt bona: gloria autem & laus: dei sunt bonitatis: qui nos etsi abse alienos saluos effecerit.

¶ In quo & uos cum audissetis uerbum ueritatis: Euangelium salutis uestre.) In quo: hoc est p xp̃m: sic & ad hebreos iã scripserat: locutus ẽ uobis

in filio: uerbum autem ueritatis dicit: ad legis figurate quidem & adumbrate
pernitiem afferentis & interitum: differentiam: & futuri supplitii: iam prioris
aduentus preconium est hauddubie salutare: secunda uero tuba penas denun-
tiat. ¶ In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto.) In quo
euangelio scilicet siue in christo uos credidistis: hoc est per christi gratiam fi-
de suscepto: obsignati iam estis ita ut perspicuum sit de christi sorte uos esse:
iudei tamen ex circumcisione sunt: beluarum more carnis singnaculo excepto:
notis iniusti: sed uobis ut dei filiis: supra q̃ carnis patiatur conditio: spiritus
impressum est signum: quem utiq; spiritum promissionem appellat: uel quia ex
promisso nobis traditus sit: quemadmodum & Ioel testatur sic inquiens: pol-
licitus est deus effundam de spiritu meo in omnem carnem: et christus: accipie-
tis inquit uirtutem superne mentis spiritus sancti: uel quia futurorum bono-
rum promissionem spiritus ipse confirmat: Is nanq; nobiscum traditur certio-
ra facit futura: eo q̃ symbolo & pignore dicitur: ut in sequentibus patet.
¶ Qui est primogenitus hereditatis nostre.) Emit utiq; a nobis nostram sa-
lutem deus: spiritum nobis in pignus dedit: certior quidem q̃ ineffabilium
hereditatem sit largiturus: hi uero qui hauddubie spiritum sunt hunc ipsum
sortiti: intelligunt eundem & pignus esse perfecte hereditatis: quemadmoduз
& paulus certe id sentiens: perfectionem hanc ut acciperet conquirebat: & cũ
christo uersari: nos uero neq; pignus saltem ut decet adepti sumus: neq; finẽ
desideramus: ut qui nec spiritum hunc degustarimus.
¶ In redemptionem acquisitionis.) Acquisitionem curam dicit & studium:
quod circa nos deus impendit: infert itaq; ad perfectaз id pignoris redempti-
onem & nostrimet uendicationem deducit: cuius ob gratiam & spiritus est ꝓ
pignore traditus: tunc enim futura est absoluta libertas: cum penitus cessabit
peccatum: & cum delinquentium erũt sanctiores singuli consortio liberi: & pa-
tebunt: qui deo parti sunt & quesiti: ita ut ipsi sint futuri in populum: nonnul-
li uero acquisitionem perinde uos ipsos intelligendum existimarunt: tanq̃ id
ita interpretetur: in redemptionem acquisitionis: hoc est nostri: quos acquisi-
uit deus & condidit.
¶ In laudem glorie ipsius.) Frequenter hoc iterat: certiores nos faciens om-
nino futura: que sunt a deo promissa: que si nostri ob gratiam esset facturus:
possit quis forsitan iure subdubitare: utrum promissa eiusmodi sint exequen-
da an minime. Nunc uero cum hec ut eius bonitas & gloria innotescant: sit ꝑ
acturos: quis contradixerit quin pergat iam terminare quod olim statuerat.
sic & scriptura, fac nobis propter nomen tuum & non nobis sed nomini tuo da
gloriam. ¶ Propterea & ego audiens fidem uestram: que est in christo iesu: &
dilectionem in omnes sanctos.) Propterea inquit: at quam ob rem dixerit
quispiam? id quidem quia credentes obsignati spiritu estis & pignus futuro-
rum accepisti bonoruз: & postreme redemptionis: futurumq; ut ipsi iam potia-
mini: que nõ iniuria credentibus sunt & recte degentibus: conseruata.
¶ Non cesso gratias agens pro uobis.) Attende pauli caritatẽ
ꝓ oĩbus nanq; haud secꝰ ac ꝓ acceptis in se bñficiis grãs agit & ꝓ ceteris itez

& donis: quibus sumus omnes dignati: gratia preterea uel ob credentiũ sunt fidem agende: q tam maximum sint in modũ illuminati: ut saluatoris sese cetui applicauerint: id proculdubio ingens est caritatis inditiũ: audiẽs inqt fidẽ uestram que per christum iesum hauddubie constat: nec fidem modo sed caritatem: hoc est clementiorem & piam erga oẽs animi affectiõẽ: non soluz in sanctos hoc est fideles & inopes: qui his in locis uitam nunc degunt: atqui ubiq paulus cum fide caritatẽ coniungit: que uitam pariat uirtute ornatam horũ quidem altero dempto fiet profecto superuacaneum alterum & inane: fidem dico uitam carentem superuacuam fore: uti e contra sine fide & uitã. ¶ Memoriam uestri faciens in orationibus meis.) Cogita quot hominum paulus mente & animo agitaret: quot inq̃ orando cõmemoraret: cũ ipsi uix nobis precãdo sufficim9. ¶ Vt deus domini nostri iesu christi pater glorie.) Dicet aliquis qd ipse precaris: quid pro nobis & preces fundis? quid uotis deposcis & precibus nempe ut deus sapientes uos reddat: deus autem domini iesu hoc est hominis nobis secundum carnem assimilis: glorie pater hoc est qui magna nobis & preclara contulerit bona: semper quidem ut materia exigit dominum nuncupat: ut illud pater misericordiarum & deus totius consolationis: & propheta: dominus fortitudo maneat cornu salutis mee: uel hoc etiam loco nobis tam summis & insignibus affectis per eum muneribus: glorie patrem & causam dicit neq enim habet quo eum nomine alio nuncupet nisi eo: quod apud nos preclarum habet & nobile. basilius aũt gl'am pro unigeniti diuinitate accepit: itant eiusdem sit et unius christi & deus & pater: christi quidem id est humanitatis deus: glorie autem hoc est diuinitatis pater. ¶ Det uobis spiritum sapientie & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis uestri.) Hoc est gratiam uobis largiatur ut sitis per spiritum sapientes: neq enim aliter imbui doctrina et sapientia possumus: nisi recondita spiritus reuelet misteria. His nanq & solus: non angelus siue archangelus cuncta scrutatur: uel dei profunda. Animalis autem homo inquit nequaq̃ capit que spiritus sunt. Cum nobis itaq archana illa per spiritum reteguntur: tunc uere in dei cognitione uersamur & oculi nobis illuminantur: nec ultra prorsus ambigimus hoc illud ue fieri non posse: sed omnia uti se habent perspicimus. ¶ Vt sciatis que sit spes uocationis eius.) Hoc est quam sumus ipsi ad spem uocati: id satie liquet q in adoptionem & ad bona celestia perfruenda: & christum nobis pro capite excipienduz eximur. Ideq cum esset ut percipi posset futurũ: spiritus erat reuelatione op9. ¶ Et que diuitie glorię hereditatis eius in sanctis.) Vel id quod erat quia obscurum & incompertum a spiritu reuelandum: qualium uidelicet sancti sint bonorum heredes futuri: & quia permagna hec sunt: ei & glorie diuitias dicit: p inde filii debita sint & tradenda.

¶ Et que sit supereminentis magnitudo uirtutis eius in nos qui credimus secundum operationem potentie uirtutis quam operatus est in christo suscitans illũ a mortuis.) Que dicta supius sunt ad futura hauddubie ptinebãt: nũc uero narrat qd factũ iã sit: ut p id: ea cõfirmet & faciat certiora: qd illd sit qm̃ fides inqt tantũ uꝰ nr̃a hec spũs indiget reuelatõe: ut hãc ipaz clari9 pdiscat

quid ergo? num quod crederent norant: ephesii? norant quidem: haud tamen ea quam nūc paulus tractat conditione: neq enim id est facile cognitu: quia magne illud potentie est & uirtutis: animū a pristina consuetudine immutare: & ab erroribus presertim eruere a quibus hominem iamprid̄e his inherentē ut subtrahas: uis tāta requirit: ut haudquaq̄ par exigi in mortuis suscitandis appareat: mortuos nanq ut unicos uerbo dn̄s uite restituebat: iudeos uero nec copiosa quidem orōne & mirabilibus factis ad se cōuertit psuadendo. Inquit itaq uel ad id nobis spiritus est reuelatio necessaria: ut perdiscamus hanc ipsam quā nos excepimus fidem ex maxima dei uirtute & opera fuisse acceptā: nam quemadmodū & xp̄m a mortuis excitauit uita defunctū: sic & nos cū mortui essemus: ab infidelitate subtractos: ad lucem traduxit: & ideo supereminentis uirtutis magnitudinem dixit id factū: & uirtutis potentiā: cum uero quam in christo operatus est inquit christi expressit humanitatē: surrexit nanq ut homo: tametsi erat diuinitati unitus. ¶ Et constituens seipsum ad dexterā suam in celestibus: supra omnē principatum et potestatem & uirtutem & dominationem. Supra autem dixit ut summā ostenderet sublimitatem: ab infimo nanq ad celsissimū gradum humanā que xp̄o inerat naturam subuexit: de hac quippe nunc disserit: que et mortē perpessa sit & post mortem sit suscitata; siquidem diuina illa nec mortua fuerit nec suscitata; neq in sublime euecta: q̄ppe que omnē semp excedat altitudinē; neq alterius indigeat adiumento. Vniuerse itaq angelice potestati humana presedit natura: que fuisset tantopere pauloante despecta. ¶ Et omne nomen qd̄ nominat̄ nō solū in hoc seculo: sed etiā in futuro. Quicqd est igit̄ inquit in celo eo est longe inferius qd̄ est in altum subuectū hoc est christo: is quippe cunctis est celsior: quod nominat̄ aūt cum inquit arguit plane uel alias esse ptātes nōnullas: que & si in presentiarum incelebres sunt & obscure; tunc tamen reuelabuntur & innotescent. ¶ Et omnia subiecit sub pedibus eius. Ne forsan cum audis cunctis hunc altius conscendisse existimes honoris dūtaxat gratia uniuersis illū fuisse predatum: explicat etiā eundem in dn̄m prefecisse: nec cuncta solum ditioni illius subiecisse sed ad infime seruitutis inditium: uel pedibus supposuisse affirmat. ¶ Et ipsū dedit caput supra omnem ecclesiam. Subinde dicat in eodem throno ecclesiam & ipsi constituistis: ubi et caput est constitutum est enim consequens: ut ubi uis capud ipsum adfuerit: & corpus quod uos ipsi prefertis: presto sit: supra omnem autem illud pretendit uidelicet: q caput ipsum qui cristus est: adeo celsissimū fecerit ut omnia superat magnitudine: quin & angelos ipsos atq archangelos longo interuallo excedat. ¶ Que est corpus ipsius & plenitudo eius q omnia in omnibus adimpletur. Ne forte cum capud intelligis principatum pretendi & potestatem existimes: infert; quemadmodū corpori congruit caput: ita et ecclesie christus dicitur primatum habere: & illi sanguine iunctus & est unitus & ecclesiam idem absoluit & complet corpus; preterea christus ut propriis membris absolutum efficit & capud integrum reddit sic contra & ecclesia ipsa christi perfectio est. qui omnia terminat & finem cunctis rebus imponit: christus nanq perficitur & tanq̄ ex uniuersis fidelibus eius complet & membra: nam manus uidelicet in uiro misericordie & opē egris ferente absoluit ac pficit

Itemq3 & in eo pede qui p̄dicandi munus suscepit: & pagrando fr̄es reuisit & curat: sic demū & in fidelib9 ceteris: vel mēbra reliq̄ sibi ipi suppeditat xp̄us: cū hi uarus mōis mortaliū succurrūt necessitatib9. Tūc etiā pficit̄ xp̄i corpus cū oēs unanimes sum9 & caritate cōiuncti. ❡ Et uos cū essetis mortui delictis & peccatis v̄ris in qbus aliqn̄ ambulastis s̄m seculū mundi hui9, s̄m p̄ncipem potestatis aeris huius sp̄us.) Dixit supius eandē in nos uirtutē & operā pre se deū tulisse: quā & xp̄s p̄tulerit: nā & hunc dixit a mortuis suscitasse & uoluisse ut oībus p̄sideret: De nobis uero sic loq̄t̄: nos sane cū essemus morte effecti: nec corporea qdē que ex Adā sumpsit initiū: sed spiritalē: que a nobis ipis p̄cipue cōstat: & a peccatis defluxit: extulit ille & suscitauit: quo fit ut pari uirtute & dn̄m a morte corporea excitarit, & nos ab aīali: que prauoꝝ dicit̄ facinoꝝ mors: quinpotius maioris est faciendū: indeuias aīas & peccatis ad, dictas: in uiā reducere: q̄ mortuos suscitare ut dixim9. Cū hos itaq3 mortuos appellasset, & aperuisset quēadmodū ob admissa delicta mors eos inuaserit: duplici mō nūc cōsolat̄: & qa olim inqt, uos deliquistis: & neq̄q̄ id uobis est: sed dyabolo ascribendū: cui9 opa & instigatione peccastis: qūquidē tantā h̄ret in uos ptātem: & qa peccatis eratis obstricti s̄m m̄ i di buius secl'm ambulātes hoc est mūdana hec sapiētes & tpana: & abusi estis hoc seculo. Nō enī qppiam hz hoc seculū p̄uitatis: sed eius abusus neq̄: & improb9 est: hoc nanq3 & si corruptibile z labile sit pro duce tn̄ nobis est datū: q ad incorruptibilia illa & firmiora ppellerz: nos uero secti b9 corruptōi & fluxui allegati: n̄ ducē hoc fecimus s̄ p.n̄ interpellatorē & occursantē: p̄ncipē aūt ptātis & aeris diabolū dicit: nō mundi fabricatorē, ut astruūt Manichei: & p̄ncipē qdē: qa ultro hoīes diabolo subdidere: pluresq3 illi q̄ deo obsequiū c̄seruiūt: alioqui hoc ī seculo h9 est p̄ncipatus: nec in aerē se ille insinuat: ut ullū habeat in celo locū: sed inferiora hec terrz & celo subiecta: & iō Paulus p̄ncipē ptātis aeris dicit: nō q3 ullaz hēat in aere ditionē: ut illū scilicet uel tēperet uel moderet̄: id qdē sit, pcul: sed qa se in illo insinuet: ex spiritu enī cū cōstet diabolus in aere tanq̄ in uento & spiritu diuersatur: & eo tenus hui9 ptās & uis oīs, puehit̄: est aūt & eoꝝ hic p̄nceps q sese illi addicunt & subdūt: nōnulli aūt p̄ncipē aeris: ethereaꝝ: intelligūt ptātem dn̄m: & iō inquot sp̄ūs intulit paulus: hoc est p̄ncipē ac dn̄m spiritus oīs aerei: nā cū sei' sit p̄nceps, effectus: nequaq̄ uidet̄ a p̄ncipatu uel post q̄ p̄uaricatus est: excidisse. ❡ Qui nunc opat̄ in filiis diffidētie.) Nō enī qui cogit dixit: sed q opat̄: vnde pspicuū est uolūtariis hūc dominari, nā si nobis inuitis imperitaret: & cogeret qdē: ut ex sequētibus patet: operat̄ enī inqt in filiis diffidētie: hoc ē q deo min9 obtēperāt: & diabolo nihil coacti obsequūt̄ ❡ In qbus & nos oēs aliqn̄ cōuersati sumus in desideriis carnis n̄re faciētes uolūtatē carnis & cogitationū.) Neq3 enī in eo solū ephesios cōsolat̄: cū eoꝝ inqt peccata fore diabolo imputāda, sed etiā cū seipsū asserit & ceteros hoīes eadē q̄ illi arte obstringi: tanq̄ id dicat neminem esse peccati expertē: carnis aūt desideria: nō eos dicat qui carnalia sapiūt: neq3 enī carnē hic criminat̄: id ita eē ex eo liquet, qd̄ inqt faciētes uolūtatē carnis: & cogitationū adiecit: hoc est: nihil spiritu sapiētes: quo fit ut neq̄q̄ culpanda sit caro, sed mens ipsa z cogitatō que ad uoluptatis uitia trahat: potest & in hunc modū intelligi uidelicet que

ꝓraua cogitando mentē sorde inficimus: & carnem simul cōmaculamus cū ma-
la ꝑficim9: possunt etiā carnis opera fornicatio adulteriū & cetera id genus:
intelligi: cogitationū uero: inuidia: odiū & hmōi. ¶ Et eramus natura filii ire
ut ceteri.) Hoc est deū & ipsi exasperauimus ad irāq; cōcitauim9: Et nil aliud
ꝓrsus q̄ irā ꝓferebam9: queādmodū & hoīs filius natura est homo, & nos itē
irā natura ꝓferimus: utq; & geenne & ꝑditionis filii: digni his asserunt᷑: sic &
ira ꝓgeniti q ea faciūt que irā merent᷑: natura aūt: hoc est uere & ꝓprie & con
gruenter: cū uero ceteri dicit neminē excipit. ¶ Deus aūt q diues est in miseri
cordia.) Nos qdē ira & si nōnunq̄ cōsiliāda ꝑegim9 nō indigna: deus tñ non
mō clemēs est & misericors: qn etiā ad cōmiserandū est opulentior. ¶ Propter
nimiā caritatē suā q̄ dilexit nos.) Vel caritas ipa a sūma q̄dā clementia orit᷑:
nam si secus esset quo pacto irę cū filii simus: tanto essemus amore dignati.
¶ Et cum essem9 mortui peccatis: cōuiuificauit nos xp̄o.) Rursū in mediū
xp̄m producit: ut res fiat testatior: nā si xp̄us q ꝓmitias prefert: uita potit᷑: &
nos item illi cōuiuim9: & quo cū nos simul uiuificauit: hunc actione & opere:
nos uirtute hoc tp̄e, & paulopost re ipsa & factis: ecce qđ dixerat illius supe-
minentē uirtutis magnitudinē: qñ demortuos iam & irę filios uita donauit:
hęc sane uocationis est spes. ¶ Cuius gratia estis saluati.) Id qdem ueluti stu
pore quodā ꝑculsus interiecit: admirās dei ineffabile donū: nō enī inqt ur̄o la-
bore uel ope ullo salutē estis adepti: sed sola grā. Nā quātū ad uestra opa at-
tinet: eratis certe ira & supplicio digni. ¶ Et cor resuscitauit & cōsedere fecit
in celestibus in xp̄o iesu.) Vt enim xp̄s q nr̄as pre se ꝓmitias tulit: & nostruʒ
erat insuper caput: a mortuis est suscitatus: ꝑ se q; & nos ab īferis extulit: ita
ꝛ ipso hoc cōsidente considebit & reliquū corpus: qđ utiq; nosipsi sumus fide-
les: uel forte suscitauit cū inqt: neq̄q̄ erit ad resurrectiōʒ id referendū: sed uiuifi
catōʒ ip̄aʒ q̄ uobis ex redēptione obuēit. Cōsedit aūt ut eius exēplo pacienter
illata feramus: & celeste hoc pacto cum eo regnum nos assequem̄. Q inetiā &
xp̄s sic inqt: Sedebitis uos sup sedes duodeci: & rursum: sedere autē a dextris
& a sinistris nō est meuʒ dare uobis: sed qbus paratuʒ est a pr̄e meo Fit itaq;
ut in ꝓmtu hęc sic uobis sedēdi facultas: & hoc loco paulus asserit esse et nos
cōcessurus. ¶ Vt oñderet in seculis supuenientibus abundantes diuitias gr̄e
sue in bonitate sup nos in xp̄o iesu.) Ne quis forte his dictis diffidat: ꝑsuasi-
bilibus utit᷑ uerbis: et fidē his facit sic dicens. Et si nequaq̄ ꝓ eius in uos ca
ritate id ageret: at ut eius aperiat bonitatē: facturus id erat oīno: q; si in pñ ri
pleriq; fidem his derogāt: cuncti sunt tñ futuro in seculo cogituri: quemad
modum et sedem sit ille et uitam largitus: cum in gloria illa incorruptibili et
diuino consensu sanctos spectabunt in xp̄o iesu: hoc est nō xp̄o tenus: et solo
ista consistent sed per eum sunt ad nos deuentura. sicuti ab eadem qui nostri
ut diximus prefert ꝓmitias in nos q certo sum9 eius reliquum corpus: sunt ꝓ
lapsura. Sic itaq; & considebimus illi & cōuiuem9. Idipsum sentit hoc loco ba
silius hoc mō in mathei euangelio differēs. Nemo tunc assidebit: hauddubie
igit᷑ spiritus reuelatiōe est opus ut tantoꝝ posset misteriorum ꝓfunditas per-
cipi: nisi enī sapientissimus ille tam aperte ꝓfiteretur: nos xp̄o minime cōcessu-
rus: posset forsitan iure id dicere q̄spiā: fore xp̄o nos assessores: ſ queādmodū

& in xpo a pcūbentib9 angelis honoratū: nō qa honorē pñtibus nobis hunc deferāt: sed qa naturā hanc nr̄am hūanā hī uenerent̄: que deo q̄ ꝟbū est unit̄ & iūgit̄: vñ ad nos & gloria trāſmeat. ❡ Gr̄a. n. eſtis ſaluati p fidē.) Cū expli caſſet que dei ſūt, ut gr̄a ſimus ſalutē adepti: adiecit, & que nr̄a interſit fide uidelʒ ſaluos nos fuiſſe effectos: ne liberū tollat̄ arbitriū. ❡ Et hoc ñ ex uo bis: dei. n. donū ē.) Neq̄. n. iq̄t, fides ē p nos cōpata: nā niſi ad nos xp̄s cōmi graſſet: niſi ad nos habuiſſet ſmonē uocaſſetq̄: nūq̄ ipi paruiſſem9: qui eniʒ ſunt credituri: niſi & audiant: q̄ ſit, ut fides e. 9mōi diuino ſit munere nobis collata: uel aliter, nō eni fidē dicit dei hāc eē donū ſed p fidē ſaluari: eſto: ſit ſi des ipſa nr̄o labore queſita: quo pacto potent ſola ſalutē afferre, niſi & deo ſu iſſet hoc placitū: ut nos p fidē exciperet: ne prorſ9 uideremur ignaui: & aliqd ad nr̄am ſalutē ipſimet cōferrem9. ❡ Nō ex opib9 nequis glorieī.) Nō enim qa opa haberem9 reiecit nos deus: ſed ab opibus pditos p gr̄am ſoluos effe cit. ❡ Ipſius eni ſum9 factura creati in xp̄o Ieſu: in opib9 bonis: que ꝑpara uit deus ut in illis ambulemus.) Ne forte ſi ex opibus nos haudq̄q̄ fuiſſe in ſtciā aſſecutos: intelligas ſegnior ad recte aliqd pagēdū reddaris: poſt fidem inqt ſuſceptā factis eſt opus: es nāq̄ in xp̄o Ieſu creatus: & in nouuʒ es opus ſublato a te p baptiſmū ueteri hōie: iā morte affectus: in nouāq̄ es imutatus facturā: & quēadmodū ex nihilo ad eſſe aliqd creauit te deus: ſic nūc ad bene eſſe pduxit: cōditus: ꝑterea es & creatus: nō ut ocio uaces & torpeas: ſ ut ali qd ages & in bonis opibus ambules: hoc eſt ut omēʒ uite huius ſemitā in bo nis huiuſmōi trāſigas: nec ad ſcōm tertiū ue ānū id agas uelī: ſed q̄diu hec ti bi ſuppetet uita: Id eni ꝑtendit cū dicit: āmbularem9. Deus aūt hec ꝑparauit: q̄ differri nō poſſunt: nec intermitti qn pagant̄: tanq̄ diuinitus ſūt ꝑfinita, quo uſq̄ ſit pcedendū: ſed uberrim hec ſūt ꝑparata: ut cūctis in rebus recte agat̄: & ita ut ſi uel una in re delinquat̄: neceſſe ſit mutilata appareat uirtus & man ca uirtus. Baſilius uero nō eā interꝑtat̄ creationē hoc loco: que p baptiſmi la uacrū fit: ſed q̄ fuimus a mūdi ꝑmordiis cōditi. ❡ Propter qd̄ memores eſto te q aliqñ uos eratis gentes in carne, qui dicebamini.) Cū deū dixiſſet hoſ ſal uos feciſſe: cū mortui eſſent: nūc qdē dicturus eſt qbus eoſdē & pares feciſſet & cohr̄des: & quēadmodū iſrl̄itis ꝯquent: q̄ ꝗ maxima eēt tūc dignitas: ꝑpter qd̄ inqt memores eſtote: cuius rei mēores: qa ad recta ſumus. ſ. opa pagenda creati: qd̄ ſane uobis ſatis pōt pſuadere ut uirtutibus ſtudeatis: Eſtote auteʒ memores, eo dixit: qa cōſueuere q e gradu tenuiori & infimo pueḃunt̄ ad alti oris ſtatus facile obliuiſci: qd igit̄ uelī reminiſcamini: id nempe: q cum a xp̄o eſſetis lōgo interuallo ſupiori t pe alieni: nūc ipſi ſitis ppinqores effecti: nec ſecus q̄ iſrl̄ erat: apte qdē & egregie circūciſionē reuincit: arguēs illaʒ ſolo uerbo a preputio diſcrepare nō ope: nā uos inqt gētes in carne eratis. nō i ſpū ritu: & ſi dicebamini cū nō eſſetis ꝑputiū: tanq̄ id inqat: eratis pfecto minores partes in carne: nō in ſpū nacti: rurſūq̄ cū dicit: ſub ea que dr̄ carnis circūciſi one: oñdit illā in ſolis uerbis preſtare atqui preputiū neq̄ graue qd erat: neq̄ abominandū: tametſi iſthuiſmōi ab his q in circūciſione ſuperbiunt dicerentur: at xp̄o carere & pcul ab eo eſſe moleſtū eſt: & intolerabile. Queret aliqs cur ḡ cum oſtenſurus ſit Paulus iſrl̄itarū gr̄e epheſios fore participes: iſrahelitarum

dignitatē imminuit euertitq;. Aduerte itaq; qb9 in reb9 hoȝ uel īminuat uel
substulerit dignitatē: In his inq̄ hanc substulit: que min9 necessaria uidebant̄
nō eiū necessaria erat: sed indifferēs circūcisio: In his uero que res ipa uideret̄
exigere: miȝ in moduȝ isrl̄itas extollit: nā & sanctiores appellat & deo familia,
res. ¶ Abalienati a cōuersatione israel.) Nō eni seiuncti dixit: sed alieni effec,
ti: qñqdē hi erāt extra omnē ſm legē & deuȝ uiuēdi moduȝ abstracti: nō ut a
deo & lege alieni: ſ ut inertes & pigri. ¶ Et hospites testamētoȝ ꝓmissiōis
) Vel hęc qdē p magna seiunctio est: ñ eni dixit testamētis nihil intenti: ſ hos,
pites prorſ9 & alienos si eni isrl̄ite ex dei ꝓmissis exciderit: neq̄q̄ tñ ut alieni
sunt ab illis delapsi: veȝ que sūt ꝓmissionū testamēta: hec qdē: tibi dabo & se
mini tuo hāc terrā: uel alia quecūq; deus ꝓmiserat: spiritaliter interpretata.
¶ Spem nō hñtes.) Futuroȝ videlȝ resurrectiōis & p̄mii. ¶ Et sine deo in
hoc mūdo.) Hi nanq; deos colebāt: qui tñ dei nō erāt: In mūdo aūt addidit:
ut ostēderet nō solū illos in celestib9: sed in his etiā que clara in terris hñtur.
& gloria abūdāt: imminutos fuisse: israelite nāq; dei ob cultū & gloria uidebāt̄
& nobilitate p̄stare. ¶ Nūc aūt i xp̄o iesu uos q aliqñ eratis lōge: facti estis
ꝓpe in sanguine xp̄i.) Lōgius ipsi aberam9 a xp̄o: nō loco: sed uolūtate & uita
nunc uero illi redditi sum9 ꝓpinqores: nō recta aliq̄ uitę actōne: qppe q nihil
ex operib9 ipsis intulim9: sed in xp̄o Iesu & sanguīe ei9: Ille eni sanguie suo
effuso & seipm nr̄i grā tradens: nos ex seruitute exemit: quę ab se lōge distra,
heret: & ꝓpius se trāsduxit: vel aliter id potest intelligi: uidelȝ & lōgius ab is,
raelitis cōcesseram9: nūc certe illis a ꝓpinquimus. ¶ Ipse eni est pax nr̄a q fe,
cit utraq; unū.) Ante assumptā xp̄i hūanitatē: maxīa intercesserat inter circū,
cisionē & p̄putiuȝ inimmicitia: nūc uero pacatis iam animis sum9: & mutuo i
grām redituȝ est: qñqdē unuȝ sum9 fide effecti: neq; eni uel circumcisione uel
preputio obsignamur: sed insigne singulare q̄ddā habem9 & unionē, fidē esto:
sint duo qdā, quoȝ alter sit seruitute obstrictus: alter in adoptionē ascit9: sint
utriq; dissimiles moribus: faciat alter que sint laudis: digna p̄conio: fugitiuus
sit alter & infidus: alterutri: deinceps coheredes instituāt̄: hereditatis uni9 par,
ticipes: adstipulent̄ q; ꝓ legitimis filiis: vides ut ad pares honores ꝓuecti ābo
sint unū effecti: haudsecus gentes & israelite se hñt: gnetes ut serui: israhelite
ut filii deliquerunt: qd ergo dicet aliqs: tam magni hāc facis cum israelitis cō
suetudine & cū his participes fieri? mō ad celuȝ nos sustulisti: mō hos laudas:
ita inqt uos nāq; ex fide laudē uēdicat̄: hi opib9 ipis nitunt̄: neq; illō assent
prorsus quod ad israhelitaȝ ingenuitatē nos ille: sed ad maiora queqȝ ꝓuexe,
rit: Alioqn p̄stantiori uos esse bñficio affectos: qñquidē his ꝓmiserat de9 da,
turū se regiones & bona alia pleraq;: nobis uero nil erat pollicitus: & ab eo lō,
gius aberamus: ut exēplo superioris iā patuit. ¶ Et mediū parietem macerie
soluens inimicitias in carne sua.) Exponit qd sit intermedius mācerię paries
dicitq; inimicitiā eē: cū gentiliū: tū iudeoȝ: que cū deo humanis flagitiis erat
oborta. Sicuti & ꝓpheta testat̄: nōne peccata nr̄a inimititias ponūt inter me:
& nos: hunc itaq; parietē mediū: inimicitiā dico: dissoluit, in ꝓpria carne xp̄s:
Quo pacto dicis? quia in sua carne ne eiusmōi inimicitia ultra ꝓgrederet̄: effe,
cit. q; enim hanc carnē diuinitati uniuerit: pspicuum est & clare patet: quia &

hominē deo cōciliauit nexu quodā inseparabili diuinitatis ad carnē: Potest & hoc modo intelligi quia insons apparuit xp̄s & legē omnē impleuit: eo & inimicitias soluit: Lex nāq; tanq̄ circūiecto pariete: uidebat̄ uallata: ut pote: que ad securitatem erat tributa: ut suos circūuallaret & tutaretur: qui se obseruarēt: transgressoribus uero intermedium murum: hoc est peccatū monstraret quo illi ex eo trāsgressu obstringerent̄. Nō enī delinquēdo in tuto sumus: quin potius a deo lōge disiūgimur ¶ Legē mādatoꝝ decretis euacuās.) Ne qs hūc in modū occurrat; qd ergo: si sumus a ꝑore illa legis ꝑuaricatione iā liberi: nū cogimur eā iterato seruare Dicit itaq; paulus hāc q̄dē legē xp̄s dissoluit: & euacuauit: quā curādi nos grā tolerat: quia pro hui9 ꝑuaricatiōe potius erat nos affecturos: & īpunes dimitteret; legē euacuauit & sustulit: ne ultra illi essemus obnoxii: nec sec9 nobiscū egit: q̄ solet q̄spiā qui filiū pedagogo demandat erudiendū: quē ut cōtumacē dep̄hendit: & min9 obtēperantem: pedagogi hūc eximit cura: Legē aūt dicit: que dat uiuendi p̄cepta: decreta uero; que ad fidem instituūt: que decretis & dogmatib9 cōstat: perinde dicat; pro uite īstitutione fidē induxit. Nō eni ex p̄ceptis sum9 & institutis iustificati: hoc illud ne fieri p̄mittētibus: sed unū illud si corde credidens: & uerbis qn credulitatē hanc fatearis: saluus fiet. vel dogmata dicit: decretas diu & sancitas ꝓmissiones: ut illud ego dico uobis: ne iusiurandum feceritis: nec irascamini. ¶ Vt duos cōdat in semetipsū in unū nouū hoiem.) Neq; enī ex gētili iudeū fecit: s utrosq; ad potiorē statū traduxit; neq; īmutat inq̄t sed condit: ut qd̄ differt clarius patefaciat: cōditq; tanq̄ ab his que nature sunt ordine instituta: minus esse dirigēdū: in semetipso hoc est ꝑ se ipm̄: nā alteri nemini id ꝑagēdū iniūxit; sed ipse ꝑ se nullo cuiuspiā amminiculo: cū iudeum gentilem q; segregasset: in unū cōdidit nouū & mirū hominem uel ipse dicit̄ nou9 homo qa ꝑor ipse formā attulit & exemplū: & talis sit ipse p̄mū uisus: q̄les illo effecit: & duob9 intermedius factus: iudeū hic ꝑhensans. hinc gentilem: utrosq; cōiunxit: & que obsistere inuicē uidebant̄ sublatis: ꝑ ignem & aquā denuo cōdidit & plasmauit. i humana igit̄ hac ipsa natura: gētili sane & iudeo cōmuni: quā utriusq; grā ip̄e assumpserat; a q̄uis corruptione & uetustate aliena affecta: creauit hoī duos in nouū hominem unum: a uetustate peccati & turpitudine liberū: non enim ultra gentilis iudeusue uetusto & patrio more imp̄mit̄: sed unius hoīs qui sit secūdum xp̄m formatus ritu & cōsuetudine: utriq; hi formabūtur. Et in lapide angulari de quo paulopost facturus est mentionem gentiles sunt & iudei ędificati. ¶ Faciens pacem.) Hos inter uidelicet: tunc nanq; gentili iudeus conciliatur cū fidelis efficitur: quin maxime deo adheret: quod est sane propinquius: ut patebit inferius. ¶ Vt recōciliet ambos in uno corpore per crucem.) Non enim conciliabit inq̄t: sed reconciliet arguens fuisse quondam deo humanam naturam per legem conciliatā: preuaricatā postmodū inimicā & od osam effectā. Vnde iterato hęc erat concilianda: in uno autem corpore: hoc est in suo: quo modo: quia pęnas nobis ob praua facinora debitas: ille per crucem luit: uti dictum est supra: cum dixit in carne: & rursum cum in seipso intulit duos condet: nonnulli autem in uno corpore ita intellexere: subinde dicant iudeum gentilemq; fuisse in unum corpus redactos: cuius caput xp̄us

esset: qui patri illos conciliarit. ¶ Interficiēs inimicitias in semetipso.) Haud quāq̄ soluit dixit: sed quod clarius est & expressius: interemit: hoc est sustulit: quo fit ut non amplius illa assurgat uel innouetur: uerum qui fieri potest: ut se rursum attollat inimicitia: enimuero prior illa nunq̄ assurgit: sed aliam quandam nos iterum delinquendo peperimus. In ipso autem uel in cruce dicit: in qua fuerat sublatus: uel in proprio corpore: in cruce nanq̄ inimicitias substulit: & in proprio corpore in quo & crucem excepit.

¶ Et ueniens euangelizauit pacē uobis q̄ lōge fuistis.) Aliū quidē trāsmisit neminē: sed ipsemet uenit: ministri & dispensatoris desumpta conditione: & euangelizauit pacem: cum deo scilꝫ ineundā: & uobis qui longe fuistis: hoc est gentilibus & his qui ꝓpe hoc est iudeis: hi enim magis sunt uisi deo fuisse familiares: dicebat enī pacē relinquo uobis: & cōfidite: ego nanq̄ deuici mūdū & pater uos amat: & quecūq̄ petieritis accepturi estis. que oīa pacis ꝓferunt argumentū. ¶ Quoniā per ipsum habemus accessum ambo: in uno spiritu ad patrem.) Iram quidē propria morte dissoluit: demū nos ambos fideles patri ꝑ spiritum reddidit: uel unica grā illi nos fecit acceptos: neq̄ enim illos maiori spiritu: quia propinquiores donauit: nos uero minori: quia longius aberamus: sed uno & unicā utrisq̄ largitus est grām: & hunc in modū patri admouit. ¶ Ergo iam non estis hospites & aduene sed estis ciues sanctoꝝ.) Quia in eternum filius perstat: ergo qui haudquāq̄ sunt supnam illā ciuitatē assecuturi: aduene haud dubie & hospites sunt: nos uero nequāq̄ eiusmodi hoc tempore sumus sed sanctoꝝ cōciues: nec iudeoꝝ mō sed ꝓphetaꝝ illoꝝ & patriarchaꝝ & ceterorum: qui sanctimonia claruere: & ciuitate eadem illa celestia donati & ascripti iam sumus: que ꝑmansura ꝑpetuo est: & his animo erat plurimū concupita.

¶ Et domestici dei.) Quod prisci illi uix multis laboribus cōsequebant̄ per grām nos sumus adepti. Vides ne quanti sit uocationis spes ipsa: ea nanq̄ spe ipsi uocamur ut bonis potiamur perpetuis. ¶ Superedificati super fundamentum apostoloꝝ & ꝓphetaꝝ.) Sūmam gentiū cū ꝓphetis & apostolis significaturus coniunctionē: supedificati dixit: tanq̄ id inquiat: ꝓphetas & apostolos ipsos pro fundamentis subesse: hos uero ueluti impositā molem: structurā reliquā absoluisse: quo fit: ut omnes unum sitis dei templum effecti: cuiusmodi illud futurum est: quod super apostolos struitur & prophetas: quod alibi inferiorem appellat: prius itaq̄ apostolos posuit & si fuere pro tempore posteriores. ¶ Ipso summo angulari lapide Christo Iesu.) Qui cuncta complectitur: Christus est: angularis nanq̄ hic lapis utrinq̄ parietes prehensat & fundamēta. Aduerte autem quemadmodū nonnunq̄ superiori in parte constringere Christum uniuersam edificii molem fatetur: cum eundem caput appellat: nonnunquam inferiori: cum angularem dicit: alibi preterea & fundamentum hunc nuncupat. ¶ In quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino.) In angulari hoc lapide Christo inq̄: omnis edificatio: hoc est fideles uniuersi constructi & in unum coacti: tanq̄ simul progeniti & inseparabili nexu detenti augentur & coaluntur: & ita ut dei templum efficiantur: inhabitabo enim in eis inquit & inambulabo: est nanq̄ ecclesia & cōmunis fidelium in unum conuentio: dei templum: quod profecto prefert pre se uel quisq̄

priuatim in domino autem hoc est ob domini gratiam :non nostro labore: dei templum preferimus: Cum uero constructa inquit: ostendit non aliter posse in templum nos dei componi: nisi & uitam geramus: que lapidi sit angulari accomoda. ¶ In quo & uos edificamini in habitaculu dei in spiritu sancto.) Cum ceteris estis fidelibus & uos Ephesii hoc desuper lapide constructi: & ita ut habitaculum dei sitis in spiritu: hoc est per spiritus cooperationem: uel forte a terreni huius edificii differentia: in spiritu protulit: perinde dicat : ut habitaculum dei spiritale sitis. Nequaq igitur ob fidelium increscentem quotidie & auctam fidem: adusq id temporis: quo secundo uenturus est christus: huiusmodi scriptura cessabit. ¶ Huius rei gratia ego Paulus uinctus christi iesu pro uobis gentibus .) Explicata dei circa nos prouidentia: ad suam transgreditur: Cum enim inquit dominus meus talem se uobis exhibuit: necessarium est: & ipse que pro mea uirili sunt: conferam. Sum itaq uestri gratia uinculis prepeditus: gentibus uero cum dixisset: pretendit huiusmodi: Non enim solum uos ipsi nequaq respuimus: sed uestri ob gratiam: & compedes toleramus & carcerem: & illud glorie ducimus: cum christi nos dicimus uinctos. ¶ Si tamen audistis dispensationem gratie dei: que data est mihi in uobis.) Aperit hoc loco qualia sit deus ananiam affatus: uidelicet uas mihi electionis est iste ut portet nomen meum coram gentibus: & mysterii reuelationem :& quemadmodu ipse non ab homine illud perdidicisset: gratie autem dei dispensationem intulit: subinde dicat; Sic enim diuina est gratia dispensatum: ut & superne uocatus sim: & splendore oppletus qui contumax fueram: ut saltem hoc pacto crederem: & illi obsequerer: in uobis autem inquit: ab eo data est mihi gratia: Ipse nanq mihi sic dixit: In gentes longinquas ego te mittam: quo fit ut gratie id sit adscribendum: non mihi qui de meo nihil contulerim:
¶ Quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum.) Ecce quemadmodum gratie opus: sacramenti sit reuelatio: est enim id sacramenti uel maximi argumentum: quod gentes cum essent abiectiores: quippe que deos colerent manufactos: ad maiores sint honores prouecti: q iudei: qui deum antea coluissent. ¶ Sicut supra scripsi in breui.) Facit item hoc loco de quibus fecerat mentionem: gentiles uidelicet : fuisse ad fidem uocatos: qui longe a deo essent antea diuagati: & patriarchis desuper edificatos: & huiusmodi reliqua. ¶ Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in misterio: christi.) Scripseram inquit uobis: non quantu res exigebat: sed quantu satis esse uiris uiribus uidebatur. et quanta capere uobis liceret: Ex quo intelligere potestis prudentiam meam in misterio christi: hoc est quo pacto cognouerim christi misterium: quod ad dexteram patris assideat: & uos item in consessum receperit & quia in se utrosq condiderit in unum hominem nouum :& quot sunt misterii reliqua :pernoscite ergo ex hisce misteriis mee prudentie dignitatem: & que mihi aperuit deus: Quod autem id honoris loco uel maximi sit habendum: ausculta quod inquit: Non fecit taliter omni nationi: quia iustificationes & iudicia eius nota fecit israel.

¶ Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum: sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis in spiritu.)

Dicet aliquis: quid ergo? nonne & id presciuerunt prophete? alioquī quo pacto Christus hec diceret: Moyses & ꝓphete de me scripserunt: & scrutamini scripturas. Ille enim sunt que de me testificantur: primum quidem id paulus sentit: non cunctis fuisse hominibus reuelatum misteriū: deinde neq̄ alienigenis: illud innotuisse filiis hominum: demum haud ęque prophetis fuisse hoc cognitum sacramentum: ut in presenti apostolis apertum est. Et qui in nouo sunt testamento prophetis per spiritum sanctum notiora sunt facta: Nam si petrum spiritus minime instruxisset: nec cornelium ipse: nec qui cum cornelio erant una excepisset. Attende etiā quemadmodū nihil de circumcisis: sed de gentilibus spiritus cuncta reuelet: Erat sane permagnum ut gentiles genus hominum abominandum: & idolis deditum: ad fidem susciperentur: Accedit etiam ꝙ cum petrus qui tanti erat: a spiritu is esset instituendus: Nec ueteribus illis credi possit: nequaq̃ tam acriter dei misteria innotuisse.

¶ Esse gentes coheredes & concorporales & comparticipes: promissionis in Christo Iesu per euangelium.) Hoc illud mysterii est: ꝙ gentes israeli sint coheredes: promissionis & comparticipes: participabant nanq̄ promissionis diuine israellite: tanq̃ gens sancta. Erant tamen & his participes: qui interea essent immundi gentiles: At quo modo? in Christo Iesu: hoc est per eam quā erant in christo fidem adepti: que fides per euangelium illis obuenit: neq̄ sat habens participes illos dixisse. Quinetiam ut summam quandam propinquitatem exprimeret: & concorporales dixit. Erant nanq̄ cum israhelitis gentiles unum corpus sortiti: & sub capite uno quod Christus est: connexi & iuncti. ¶ Cuius factus sum ego minister secundum donum gratie dei: que data est mihi secundum operationem uirtutis eius.) Euangelii sum inquit minister effectus: ob idq̄ & coniectus in uincula: nec tamen id mea uirtute agitur: sed dei munere singulari: & eius gratie que mihi data est dono: nec parce: sed habunde: utpote: cuius deus sit prepotens operator. Vel quia id mihi ministerium gratis ille contulerit: Non enim satis esse hec dignitas uidebatur: nisi accessisset & uirtus: In huiusmodi autem ministerio tria sunt per nos conferenda: animus primo: quecunq̄ discrimina intrepide aditurus: sapientia & intellectus & uite integritas quinetiam ut deus ipse uires suppeditet: necesse est: in quibus uel maxime hec omnia fiunt.

¶ Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hec.) Cum sit diuine gratie magnitudinem explicaturus: vide q̃ modeste de se loquatur: Post tantas nanq̄ eius res optime gestas: minimum se appellat: non modo apostolorum: sed omnium etiam sanctorum: hoc est fidelium. Quod procul dubio ratione humilitatis maius est longe: q̃ illud quod inquit: Non sum dignus uocari apostolus.

¶ In gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias dei.) Quota mihi inquit concessa est gratia? ut euangelium nempe gentibus predicem: Cunq̄ alii esset

in circumcisionē ex discipulis deputati: is erat ad gentes dimissus: eoq; & gratia indigebat cum minori crederentur maiora: qui enim erat ut deteriores conuerteret, constitutus: siue magnitudine prestaret: siue esset inferior: ex gratia utrunq; susceperat. Quo fit: ut si inuestigabiles sunt dei opes: lōge magis nec eius inuestigari substantia possit: Quo ergo pacto Eunomius hereticus ille comprehendere se huiusmodi dei substantiam iactabatur.

¶ Et illuminare omnes: que sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo.) q; autem futurum esset ut gentes ipse uocarentur per spiritum forsitan: & prophete & angeli cognouerunt: q; autem consessuri essent in dei throno gentiles & alia huiusmodi habituri: Quis unq̄ sperando operiretur: propterea autem sacramentum hoc nuncupat: hoc est archanum: quia iampridem fit & a principio in deo reconditum: non enim nuper est hec dispensatio adinuenta: & deo soli est cognita: sed a seculo constituta: & gentibus iam diuulgata.

¶ Qui omnia creauit per Iesum christum.) Recte creationis hic meminit: qui enim cuncta per christum creauit: sine ipso nanq; factum est nihil: uel per christum id sacramentum reuelat. ¶ Ut innotescat nunc principibus & potestatibus in celestibus: per ecclesiam multiformis sapientia dei.) Neq; superiores inquit potestates & principatus mysterii huius quod gentibus est reuelatum: illam habent cognitionem: enimuero angelis & archangelis illud & solis constabat: q; israel esset pars domini pupulus eius: & allaturus esset dominus populo suo salutem: & eundem a prauis facinoribus exempturus. q; autem gentiles tantum essent honoris consecuturi, Latebat utiq; tam superiores q̄ inferiores illas potestates: per ecclesiam uero, hoc est, ob ea que nobis: qui ecclesiam ipsam presentamus, obuenerunt: Nam collata in nos beneficia: potestates & principatus diuinę sapientię monuerunt: ut intelligerent q̄ sit de ecclesia benemeritus deus: nec simpliciter quidē: uariam dicit sapientiam: sed difformem: illā arguens incomprehensibilem esse: Gregorius autem nisses ante incarnationē affirmit: simplicem quandā: potestates cęlestes: habuisse dei cognitionem uidelicet: q; sola uoluntate cuncta crearit: & eidem licere omnia peruidebant: moderetur q; uniuersa & sapienter curare omnia intelligebant. Incarnato autem dei uerbo: ex contrario contraria sunt affecta: nam per mortem uita successit: per infirmitatem potentia. per ignominiam gloria: per uiliora denuq; sunt consecuta que deum decerent: Sic igitur nunc multiformis cognita cęlestibus dei est sapientia, atq; potentia: que ubi nobis innotuere potestates ille per nos perspecta ecclesia: quantis esset dignata bonis: ad certiorem sunt diuinę sapientię cognitionem deducte.

¶ In quo habemus fidutiam & accessum in confidentia per fidem eius.)
Q̄ŏ autē per xp̄m affecta sint omnia: patet inquit ex eo: quia ille sit qui nos ad patrem deduxit. uerum tñ nequaq̄ sumus captiuoꝝ more: nec ut sontes & noxii ad p̄rem deducti: sed fidutiā hēmus nō simplicē quādam: sed ut cōfidere plurimum possim9 & audere: veꝝ vñ hmōi nobis bona ꝓuenīt: ꝑ fidē inqt: hec nanq; prauis deletis facinoribus fidutiam nobis adiecit: & confidentiam.

¶ Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis: que est gloria uestra.) Propter quod: quod illud: nimirum quia magnum est uestre uocationis misterium: & ingentia quedam mihi sunt demandata & credita: ut uobis id predicandi munus suscepi: Nam & necesse est: ut uincula ab his & mala alia preferam: qui huiusce sunt ignari misterii: & acerrime huic contradicunt: Qua propter uos obsecro ne deficiatis: hoc est ne obturbemini: Siquid iniuria uobis obtigent: uel graue aliquid: & molestum offertur: Id nanque uobis potius glorię cedit: quod tanta sit deus erga uos caritate affectus: ut non solum filium uestri ob gratiam morti obtulerit: sed nos etiam qui eius sumus seruitute deuincti: ut uobis conducat pater periculis fuerit: & uinclis astringi Sit itaque mee pressure uobis sunt glorię: quanto maiorem ex uestris laudem uendicabitis. ¶ Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu xp̄i: ex quo om̄is p̄nitas in celis & in terra nominat̃.) Cū itaque tāta erga uos dei sit caritas & incōprehensibilia sint que adepti estis iam bona: oro inquit: ut & gr̄a uobis inhabitantis xp̄i in uos conferat̃: eundēque possitis & mente cōplecti: pernoscereque eius uos esse caritate affectos: cū aūt flecto genua dicit: ostendit se ingenti animi ardore precari. ex patre uero supno: omnis denuat paternitas: in terris quidē generationes per p̄nitatē designans: quas grece patrias a patrum nomine dicunt. in celis aūt quia nulla ibi suscapit soboles: paternitatem angelorū cetus appellat: subinde dicat: & que in celo sunt & in terris: tribus creauit: & quia hac ratione est omniū pater: ab eo & patres ceteri nominant̃. ¶ Vt det uobis s. ōm diuitias glorie sue uirtutē corroborari per spiritū eius in interiori homine xp̄m habitare p fidē in cordibus uestris radicati & fundati.) Quid inquit uobis & opto & precor: certe ut ille tanq̃ opulentus & gloriā e nobis deposcens: constantiam uobis & fortitudinē largiat̃: temtationibus obsistēdi: ne his tanq̃ procellis & fluctibus inuoluti: precipites deferamini: nec sat habens hos in corroboratū: & uirtutem adiecit: cuius ex abundantia: bona his cōprecat̃: at quo pacto corroborari hos cupis: per eius spūm inquit: is nāque uires suppeditat: quēadmodū & ysaias spūm fortitudinis dicit: nec solū obfirmari hos petit: sed maiorē in modū & affluenti robore stabiliri: habitare xp̄m in interiorē hominē in cordibus uestris: hoc est nō leuiter & superficietenus: sed alte in uobis & profunde in ideat: quo mō per fidē: fidis nāque inhabitat xp̄s pectoribus: cum patre aduentitans: & in his cōmorantur: ut antea dixit: Id sane munus pulcerrimū cōsequemini: si eius in caritate fueritis radicati: hoc est: si incōcussi & stabiles p manebitis: nil fluitantes & iactabūdi: duo itaque quedā his cōprecat̃: ut spiritu roborent̃: & eorū in cordibus ut inhabitet xp̄s: uel ut roboremini inquit: ut interiorē hoīem ur̄m incolat christus. ¶ Vt possitis cōprehendere cū oībus sanctis: que sit lōgitudo latitudo & sublimitas et p̄fundū.) Quod prius fuerit exorsus et comprecatus: ut sp̄us his cum sapientię: tum reuelationis concederetur: ut intelligerent: qualis eorum uocatōis spes eēt: et hmōi reliq̃. Idipsū ip̄tiarū p̄seqt̃: ut possitis ingēs mēte et cogitatione complecti: cū fidelibus ceteris: quale illud misteriū sit: qđ ur̄i est gr̄a dep̄ensatū: & eo est magnitudinis p̄uectū: ut sit ubique terrarum am-

¶ Quia mẽbrũ sum9 corpis ei9.) Est eni & ille ex nr̃a hac carnis mã genit9 ut Eua ex Adę cõpacta est corpore:& quẽadmodũ tãta est inter hos haud sal so ppinqtas:sic nobis cũ xp̃o sũma est unitas uł aliter:ex illius aũt carne con sam9 & ossib9:qa ut ille ex spiritu & nllo cõgressu pgenitus est:sic ipse in re genitõis lauacro ut cũq̧ sum9 misterioꝝ pticipes:p babtismũ nãq̧ cõfestĩ & iterato creamĩ:& ut paucis dicã:id inqt ap̃ł'us:sumã ipi cũ xp̃o habem9 ppĩ qtate:qppe q in ea forma q̃ & uisus & cognitus est:carnis nobis & sanguinis pticeps fuerit:& cãm p̃buit:ut spiritu rursũ pcrearemĩ:quẽadmodum Eue ex adam ut plasmareť. ¶ Propter hoc reliquet hõ p̃rem & m̃rem suã:& adheret uxori sue.& erũt duo in carne una.) Ecce alia quedã ęq̧tatis institutio: ut ge nitoribꝫ q̧spiã destitutis:uxori iũgat̃:neq̧ cohabitabit dixit:sed coherebit:in sep abile cõiunctiõꝫ & nexũ p̃tendens:in carne aũt una:& simpliciter p carne ipsa accipitur. Basilius tamen sic sentit. Erunt uidelicet caro una: Designat preterea & aliud quiddam. Erunt scilicet duo ut carnem unam conficiant hoc est ut filios pariant.

¶ Sacramentum hoc magnum est.ego autem dico in Christo & in ecclesia.) Vere nanq̧ debet hoc sacramentum dici:vt eos qui se genuerint de erat quis piam:qui labores sunt & erõpnas in generando & educando perpessi:& be neficia contulere innumera. Et illi inhereat: quam nec antea uiderit unquam: Nec boni aliquid prior ipsa attulerit. Alioquin quicquid est sacramenti hu iusce:uel de Christo prophetice dictum ipse acceperim. Ille nanq̧ patrem reli querat:non loci secessu:sed condescensu ad carnem & uenit ad sponsam: que prius se ignorasset: Et illi uno in spiritu unitus est:Q ui enim adheserit do mino spũ unũ cũ eo sortit̃: Cur igit̃ nuptie iprobãt̃:q̃nq̧dẽ has paul9 diuini

sacramenti in argumētum ꝓducit: easdemq; sacramēti nomine nuncupat.
¶ Verū tñ et uos singuli unusquisq; uxorē suā sicut seipm diligat.) Verū tñ
īqt: et si allegorice hęc ipe acceperī de uxor̄ tñ sūt dicta: neq; allegoria hmōi ui
ri ut scriptū est: tollit in uxorē affectū: debet. n. quisq; uxorē nō secus ac seipz
amare fouereq;: nec illud ipse obiecerīs: hoc illo ue esse uitio uxorē infectā: Es
enī et ipse tua in carne uitia cōsecutus ut manū incuruā: claudū pedē: uel ocu-
los ipsos ītortos: nihilomi9 haudq̄q̄ abste hęc mēbra p̄cidis: qnpotius illa ma
iori diligētia q̄dā ducis curāda. ¶ Vxor aūt timeat uirū suū.) qm̄ incōstātiā
parit honoꝝ equalitas: ꝓpterea timore urgeri uxorē iniūgit. ut uir dūtaxat te-
neat ꝑncipatū & moderet̄ uxorē: timorē uero hoc loco reuerētiā q̄ndā inferiorē
intellige. Amabit itaq; uxor uiꝝ ut mēbrū: ut caput: uerebit̄: qd ergo si nihil
uxor te uereatur: at ipse hāc amore ꝓsequere: qd tua interest facito: haudsec9
& uxor uel si minus amet̄ agat: uereat̄q; uirū. Aduerte aūt quēadmodū pl̄ib9
oñderit paulus: qd uirū oporteat cōiugis teneri beniuolētia: q̄ aūt ad formidi
nē attineret: multis nō ap̄plauerit: pn̄ uelit amorē ipsū & caritatē: cętera mu-
nia munera superare: vxor. n. ut dictū est dilectionis timore: non formidine
affici debet: neq; eo hęc dixerī: qa ncc̄e sit ut uxor uirū formidet: vñ poti9 odi
um: q̄ beniuolētia parit̄ Sed ut cogat̄: nec cōtradicere. nec insurgere uiro: nec
ꝑmatū appeter̄: nā si eandē sortita est cū uiro hęc carnē: nō erit cū in ꝑncipatu
tū in honoribus uiro inferior: post uiꝝ tñ cui plus lōge cōcedit̄: & uxor ha-
bitura imꝑiū est. ¶ Filii obedite parētibus uris in dño.) Quēadmodū eīz q
corpus aliqd effingit ac format: ꝑmū qdē caput cōponit: mox & ceruices: & re-
liqua fabricādo subseqt̄ membra: postremo & pedes apponit: Sic paulus dixit
uirū ꝑorē esse: Scdo cōiugē ꝑncipari: nūc differit: quēadmodū liberi sit tertio
loco eiusmōi dñandi honos adiudicatus: uxori solus uir dñatur: filiis uero &
cōniux: obedite igit̄ inqt parētibus in dño tñ: hoc est: cū scdm deū illoꝝ sunt
iussa: nā si id infidelitatē impegerit pr̄: uel ꝓstituere filiā uelit: uel inhonestis
artibus imbuer̄ liberos: neq̄q̄ in dño hmōi erit impiuz. Quo fit ut in istiusmōi
reb9 minus sit pr̄i obtēperādū. ¶ Hoc. n. iustū est; honora prēm tuū: & mrēm
tuā: qd est mādatū ꝑmū in ꝓmissione.) Et nā īqt hoc ęquuz est: & a lege in-
iunctū. Cur illud ꝑmū dicit eē mādatū: cū inferius sit & magis exiguū. Nā il-
lud: cū nō occides iniūgit: ꝑmū obtinet locū: At uide qd ille subiecerit: in pro-
missione inqt: ꝑora nāq; illa legis mādata nil habēt uel ꝓmissi uel meriti: nam
ad euitanda mala sūt edita nō bona operāda: nulla est. n. q a malis abstinēt faci
norib9 remuneratio: hoc uero qd honorē deferri parētib9 iubet: qa boni in se
operationē habet: ꝓmissionē ꝑus excepit. Est p̄terea ad imperandū ordo qdā
& series admirāda: nā tū ꝑmū cū cōditor legis a malis uos actionib9 abdicassz
& homines esset ad recta opera inducturus: in honore prius parentes haben-
dos instituit: quandoquidē post deū de nobis hi sint optie meriti: ut qui & ui-
te nobis causa fuerint aluerintq;: unde & nostris fructibus haud iniuria ꝑores
sūt potituri: uidelz ut honos ꝓ nos illis delat9 nr̄az ī hos p̄ferā ḡtitudinē. ¶
Vt bñ sit tibi: & sis lōgeu9 sup terrā.) Vide quēadmodū haud m̄ta hoc loco
edisserat: nec lōgiori utat̄ oratione: qa ad filios loqt̄: q cū ī teneris annis sint
& ingenio nōdū obfirmato: ferre sermonis ꝓlixitatez neqrēt: & ut parētibus

ipsis: fm eis ipositas leges optie institutis: nō magni laboris sit filios subiuga re: & ad bonū puehere. Accedit etiā q̄ nō de imperio diserit: uel de rei alteri9 cuiuspiā celsitudine: sed ea potius ac breuiter narrat: que ętate minores audire magnope cōcupiscūt. Eius nāq; ad pueros est sermo: qd enī his fuerit uitę di uturnitate suauius: q̄ paulus pollicet̃ cū inqt: ut lōgeuus sis sup terrā. Hęc. n. iudeis sancita sūt tāq̄ infantibus: qui nec cogitatōe percipere quippiam pos sent: nec auditu quę pfectiora sūt sustinere. ¶ Et patres nolite ad iracūdiam puocare filios uros.) nō dixit amate: id nāq; uel ab ipsis iuitis deposcit nā: s nolite ad iracūdiā cōcitare: hoc ē, nolite hos aut exhędare uel q̄piā relegare: uł alias grauius i seruoꝝ morē nō liberoꝝ & coercere: & moleste incessere. ¶ Sz educate illos in disciplina & correctiōe dñi.) Ad pris iperiū & cām adiecit ob tēpandi: oñditq; parētib9 ipsis quēadmod morigeros sibi faciāt liberos z dēo audiētes: si uis inqt tibi ut liberi obsequāt̃: diuinis hos ade & assuesce sermo nibus: nec dixeris monachoꝝ esse sacris lr̄is intēdere aīmū: qn potius xp̄iani cu iusuis hoīs id sane officiū est: z eius p̄cipue q huius seculi reb9 inuersat̃: & eo magis: qa & maiore indiget ope. vt q mūdi fluctib9 agitet̃. Facit igit̃ in rē tu am uel maxīe ut sacra scripta tui & audiāt & lectitēt liberi. Ex his nāq; illud pdiscēt, honora prēm & mrēm tuā: at ipse cōtra i gētiliū disciplinis liberos tu os enutris: ex qb9 pessima queri pdiscāt qđ utiq; nō euenit: cuz imbuūt̃ diui nis. ¶ Serui obedite dominis carnalib9.) Cū seruoꝝ ꝟtus ad dom9 cōfirmati onē cōducat: neq; hos negligit, sed postremo ad ipsos puenit: qñqdez inferiori sint gradu: neq; hos ut pueros & uiliores alloqt̃: sed ut ętate puectiores & no biles: sicut i pcessu orōnis patebit: carnalib9 aūt dñis hoc ē tēporariis & ad breue dñatu hoc potituris: porro & hos cōsolat̃ ad aliqđ tēpus p̄tendēs nō p petuā eoꝝ futurā hāc seruitutē: foreq; ut cū carne dñi cōputrescāt. ¶ Cum ti more & tremore i simplicitate cordis uri ut xp̄o.) Vxorē simpliciter ut uirum uereat̃ cōmonefacit: nūc uero & i seruis: timorē hūc auxit: cū dixit tremorē: tre mor nāq; timorē excedit formidinis magnitudine seruoꝝ hic: uxoꝝ ille, ut po te que uiris sūt honore nihil inferiores: sed pares & libertate utūt̃: at serui ne q̄q̄ ex sui sūt cōditiōe subiecti: tāetsi fr̄es in xp̄o sint: ueꝝ cū liberos alternis se subdere iubeat & uiro uxorē obtēperare: lōge magis & heris seruitia cogit ut obsequāt̃: neq; id qdē debet degeneri aīmo tribui q̄ pareāt dñis: sed ige, nui potius iudicari q̄ sciāt se mediocriter gerere & pximo cuiq; subesse. Nam & pleriq; dños suos uerent̃: nō q̄ his bene uelint: sed qa fugitiuis his & latē tib9 dñi ipsi insidiant̃: & ingerūt mala. Iccirco i simplicitate cordis adiecit: ut eoꝝ tollat neqtiā: neqd cū fraude factitēt. ¶ Nō ad oculū ꝟuientes q̄si hoīb9 placētes.) Hoc est nō mō dñis ipsis p̄ntib9 atq; spectātibus: qn etiaz cū absūt, hmōi ut dixi seruitutē p̄ state. ¶ Sed ut serui xp̄i faciētes uolūtatem dei.) Ne, q̄q̄ igit̃ xp̄o seruiet qui hoīum gr̄am pellicit: placereq; mortalibus studet: ut alibi inqt: .i hoīb9 placerē xp̄i ꝟuus nō eēm. ¶ Faciētes uolūtatē dei ex aīmo cū bōa uolūtate.) Cū liceat cordis simplicitate & sine dolo: n̄ tñ totis uiribus in seruire. Sed solum id operis exequi quod sit prestitutum. Propterea nunc ex aīmo addidit: hoc ē oñi nisu & pmptitudīe: qn et bōa cū uolūtate: hoc ē ultro et n̄ inuite: sic seruitutis tollet̃ ignobilitas oīs: si uolētes bōa q ꝟuiūt factitēt

nec uim ullã sibi inferri expectent uel flagra admoueri & uerbera. Est enĩ & dei uolũtas ut alus nos subdamus: id enĩ uult deus ut illis se subiiceãt homies qbus ipsi placitũ est: forte etiã qd̃ dictũ est supra de filiis: de seruis nũc dicit: ut ad turpia quedã & impia seruos cõpellãt dñi: ut ad infidelitatẽ & istiusmõi alia pleraq3: que deo minus sũt placita. ¶ Seruientes sicut dño & nõ hoĩbus.) Deus nãq3 acceptã habet seruoꝝ in dños gratitudinẽ: ut qui recte oĩa dispositerit: caueritq3: quo fit ut qui minus q̃ decet his inseruierit diuine legi obsistat. ¶ Sciẽtes qm̃ unusquisq3 qd̃cũq3 fuerit bonũ hoc recipiet a dño: siue seru9 siue liber.) Quoniã fieri poterat: ut dñoꝝ pleriq3 infideles cũ essent & impii: neq̃q̃ de ministrãtibus sibi familiaribus & domesticis possent bñmereri: sic inqt: etsi a carnalibus dñis pro tuis in eos bñficiis p̃mii nihil acceperis: operire ut ille hec reddat q p̃sidet cũctis: hoc loco arguit se ad perfectiores ephesios disseruisse huiusmõi nõ ad pueros qbus lõgeuã pollicitus erat etatẽ: qppe quos ad futura potius q̃ p̃ntia hec imitãda ppulerat. ¶ Et uos dñi eadẽ facite illis.) Que illa eadẽ inqt? nimiꝝ subiñ dicat aĩmo pmptiori & beniuolo aliis operã p̃state nõ ad hominũ grãm assequẽdã: sed deũ ueriti id agite: qd̃ sane & si nõ exp̃ssit apl̃s tñ id sentit. Seruit aũt & operã prestat mãcipiis dñs cũ curę habet: ut his necessaria sũministret. cũ eos tolerat & hisdẽ multis in rebus cõdescẽdit & assentit̃: & ut Solomon ait: hoꝝ grã circũfert̃. ¶ Remittẽtes minas.) Nõ flagra inqt & ũbera remittẽtes. sed minas insup: & lõge magis supplitia: hoc est interminãdũ nolite molesti & graues uideri. ¶ Sciẽtes qa & illoꝝ & uester dominus ẽ in cel̃.) Aduerte quẽadmodũ ephesios his dictis absterreat: quẽadmodũ & alibi scribit̃: q̃ enĩ mẽsura uos metiemini remetiet̃ & uobis: cauẽdũ p̃terea ne illud p uos audiat̃ serue neq̃: omne debitũ dimisi tibi: nõne oportuit & te misereri cõserui tui. ¶ Et psonaꝝ acceptio nõ est apud eũ.) Neq̃q̃ inqt existimes si acerbiorẽ te in seruũ p̃stiteris serui obuilitatẽ: haudq̃q̃ id scelus deũ inqsiturũ. Id forsan humane leges obseruãt: que a seruitute & ignobilitate nobilitatẽ discernũt: has enĩ homines cõdidere: In celo aũt lõge secus se habet: qn ipse eidẽ domino es seruitute obstrictus: & in cõseruũ deseuis. nullã enĩ a principio seruitutẽ instituit deus: sed habẽdi cupiditas hãc adinuenit: ut captiuos abducerẽt hi q bello uicissent: & frequẽtes iniurie maioribus nostris inferrẽt̃ hebreis & canaaꝫ q̃multa acciderent. Tãetsi hec sint a deo pmissa: hic tñ obedientiã hãc ipam instituit ut reꝝ series suaret̃: nec redundaret uita hec sanguine. ¶ Decetero fratres cõfortamini in dño: & in potẽtia ũtutis ei9.) Cuꝫ multa paulus iniũxissꝫ q̃ factu difficiliora sũt uisa: ut hos cõsolet̃: cõfortamini inqt in dño: nil ueriti q̃ min9 que eius sũt: exeq cũcta possitis: qn & in dei potẽtia cõfidite plurimũ: nõ. n. solũ uires hec pagẽdi suppetũt deo: sed & uirtutis potentia: hoc est uĩ habet & ineffabibilẽ que oĩa superat. ¶ Induite uos armaturã dei: ut possitis stare aduersus insidias diaboli.) Quale sit armorũ id genus paulopost edocebit. Aduerte autem quẽadmodũ nõ impugnatiões diaboli & belluꝫ dixerit sed insidias: utpote qui dolo & uariis machinationibus animas captet nõ uirtute: non enim in apertum profert hostis ille delicta: exempli gratia Idola colere haudquaquã clare hic suadet: sed arte quadam molitur insidias: ut ea colas & eã ad rẽ rationẽ prefert; fucatã quidẽ & subobscurã: ut auteꝫ

aduersariũ arguat pregrauem esse & uariũ: hortatᷣ eos & ad uigilãtiam parat. ¶ Quoniã nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ.) Neq enĩ id ut eos absterreat intulit: sed ut cautiores efficiat: nã q hostiũ explicat uires & patefacit: suos reddit securiores: nõ.n.nobis: cũ parui momẽti uiris & casu ob latis: bellãdũ ẽ: neq aduersus hoĩes passibiles: & nrĩ similes gerẽda res est: sed cũ pncipatibus ipsis & demonũ ptãtibus colluctandũ. ¶ Sed aduersus mũdi hui9 rectores.) Nõ enĩ hos mũdi dicit rectores qa habeãt machine huius im periũ: sed prauis asserit facinorib9 psidere: Cõsueuere nãq lr̃e sacre iniq opa & q hec factitarẽt mũdũ dicere: ut illud nõ estis de hoc mũdo: hoc est eoꝝ ex ordine q mũdana ptractãt. His igitᷣ demones iperant: q ultro se demonibus subdidere. ¶ Tenebraꝝ haꝝ.) Tenebras neqtiã dicit: que in hoc seculo ꝑ ua lida habetᷣ & clara: in altero ꝟo ꝑ tenebris. ¶ Cõtra spiritalia neqtie.) Sũt q dẽ demones neqtie spũs: qᷝ eo aũt nequitie illud adiecit: qa & lucis sũt spũs & bonitatis angeli: cũ ꝟo dixit: nõ esse nobis aduers9 carnẽ & sanguinẽ suscep tũ bellũ: cũ spiritib9 astruit nobis eẽ certamẽ: q & leuiores & agiles sint & cõ phẽdi nõ pñt. ¶ In celestib9.) Ex hoc etiã excitat auditorẽ: magnis.n. de re bus inqt piclitamĩ: nõ ꝑ terrenis his & corruptibilib9: sed ꝑ celestib9 initũ ẽ pliũ: in celestibus uero hoc est ꝑpter celestia depugnamus: eoq & uigilãdũ ẽ. ¶ Propterea accipite armaturã dei: ut possitis resistere in die malo.) Hoc est in hoc seculo: qᷝ ideo diẽ malũ appellat: qa in eo q̃multa mala geranᷣ: uᷝ ĩ die malo: hoc ẽ iudicii die: in quo cũ his male agetᷣ: q neqter uixerint Cõsolatᷣ pte rea eos cũ dicit: id belli & certamĩs tẽpus breue futuꝝ: qnã diẽ cũ dixit breui tatẽ expssit. ¶ Et in oĩb9 pfecti stare.) Vitia.s. uniuersa: absurdasq cupidita tes debellãdo euertite: & qm̃ pleriq post uictoriã cecidere: stãdum ẽ inqt: uel maxĩe cũ uictores euasimus: ne uictus ille nos rursũ oppugnet: hostis nãq uᷝ morte cõfect9 hic reuiuiscet: & uires recuperabit: si erim9 ipsi tardiores: & in turpitudinẽ relabemĩ. Aduerte aũt queãdmodũ & hostẽ liceat nobis cõficerᷣ & statũ fuare: haudquaq̃ igitᷣ debemus sub hostilis potẽtie ptextu: segniores ipi nos redderᷣ. Qñquidẽ & uiribus aucti simus & cõmuniti: & talibus artib9 taꝫ bñ instructi ut colluctari intrepide cũ demonibus ipsis possimus: qnpoti9 ne q erit cũ his colluctandũ: qppe qui his adeo uidemur ob eius q in nos hĩtat ꝟtutẽ horribiles: ut neq colluctatõe sit opus: qn et serpẽtes nos cõculcabĩ9: & scorpiones: Id uero eo paulus intulit: qa erãt pmulti q ephesus aduersarẽtᷣ: quocirca cõmnefacit demones esse qui sibi obsisterẽt: & hominẽ aduersantium interuentu se oppugnarẽt nil ergo nobis erit hisce hoĩbus succẽsendũ. qnpoti9 in demones deseuite. ¶ State ergo succincti lũbos urõs in ꝟitate.) Cũ sisten dũ ab qd est: ꝑ no debet anim iduerti ut recta in altum tendat quod sistitur. Iccirco Paulus de statu primum commonefacit: hunc ipsum exigens: qui & re ctior sit & militem deceat: Is enim uere rectus consisterit: qui nulli rei adglo meratᷣ: nec innititᷣ cuiq̃ piñ per se cõsistere nequeat: cuiusmõi: sũt q gule sũt diditi: & pecuniaꝝ tenetᷣ cupidĩe: & luxui & lasciuie uacãt: ii qdẽ neq̃q̃ recti cõ sistũt. s ꝟgũt iclinãtq ut labãtᷣ: post hũc aũt statũ & militẽ circũcigit sensu & spũ: cõtinetq & libẽtẽ cõfirmat: collapsũq marᷣ cupiditatib9 de cĩgulo detinet

ne p̃ceps eat: frenatq;: lūbos aūt hoc loco aīe uires dicit: & que sustētet cuncta uirtute: sūt enī ī aīantib9 lūbi: fūdamētū in modū: queadmodū & in nauib9 ipsis: Carine. vñ ꝑsępe defatigati & lassitudineq̃dā effecti: reiectis post tergum manib9: lūbos mox circūplexi: corporis molē hāc sustētam9: & a fatigatōe aliquātulū respiram9: itaq; haud sec9 se habēt lūbi hi spūtales: quos circūcingē/dos in ueritate iniūgit: et ea quidē que et decretis constet & uita: qs enī hereticoꝝ in ueritate succīgiẽ: qn humi reptāt & nihil queūt qd̃ altuꝫ sit & sullime pnoscere: sed humanis sensibus terra serpētib9 diuina cōgrūt: qnetiā neq; hi qdē: q cū in hūanis agunt: fallunẽ: cū mūdi uacāt deceptiunculis: obducūẽ hac ṽitate: si ita terrā ꝑstrati falsis inhiāt reb9: haudq̃q̃ itaq; ut ipi nos ita geram9 necesse ē: si cūcta nobis ad ṽm sūt trāsigēda: uel si dogma sit aliqd̃ q̃ de agiẽ: siue queadmodū sit uita ducēda: ṽitate debem9 ingreẽ: oportet p̃terea ut nihil uel aio simulato: uel circūuenīēdi gr̃a factitemus: nec mētiēdo nos inuicē fraudemus: q; si ita fuerimus circūcincti: uel optimū uitę cursū poteri9 cū aūt state inq̃t lūbos succīcti: oñdit necessariū fore: ut semp armis cōmuniamur: sicuti & dauid refert: & zona q̃ semp p̃cingiẽ: ipsi nāq; assidue a demone oppugnam̃. Gregori9 tū nysses ille ꝑ nr̃is hisce lūbis libidinē interp̃tatẽ: in his nāq; renes insūt: q sacris ī lr̃is designāt cōcupiscētiā: ꝑ ṽitate ṽo cōtēplatioꝫ itelligit: ait itaq;: paul9 & cōmonefacit: ut nr̃as oīsdeū cōtēplādo itelligēdo q; frenemus cupiditates: nā q cōtēplās uiserit deū: neq̃q̃ sinet animi sui affect9 ad inferiora delabi: et terrenis in rebus uolutari. (¶ Et induti lorica iusticie.) Iusticiā hoc loco uitā dicit: que q̃uis sit ṽtute ornata: piñ dicat: obducite uos ęqtate. que haud secus eos q hac ꝑ uelamie insternenẽ tutabiẽ: q̃ thorax quēuis innoxiū reddet. (¶ Et calciati pedes in p̃paratōe euāgelii pacis.) Optimas nobis ocreas circūducit: inq̃t. n. oportet uos sane ad euāgelii munus hoc obeūdū paratiores esse et ꝑmptos: pulchri nāq; sūt pedes āñūtiantiū pacē annūtiātiū bona: uel qa necesse est: ad iter expeditos nos eē: q ſm euāgeliū degimus uitā: sūt enī et pedes uite inditiū: et ideo supius dixit: uidete queadmodū caute āmbuletis: euāgelii aūt p̃paratio: recta opa p̃fert: qbus et dñs hęc ipsa itēdit inq̃t. n. in p̃paratōe cordis eoꝝ admoue aures tuas: recte aūt & pacis dixit: qa cū p̃lia cōmemorasset et pugnas: oñdit ī demones ipsos nō ī hoīes esse belligerādū: tum qa & pacis est euāgeliū: tū etiā qa si demones sumus impugnaturi pace cū deo nos potiem̃: cui neq̃q̃ iterato bellū est inferēdū ut pacē cū eo cōciliatā soluamus; q̃ de re nihil ē nobis uerēdū nā presto est euāgeliū: & iā parta uictoria est. (¶ In oībus sumētes scutū fidei.) qdnaꝫ in oībus cū inq̃t p̃tendit apl̃s: in ṽitate. s. & iustitia et euāgelii p̃paratiōe: nā fide hęc oīa indiget: neq; enī uere huius religionis cognitionē: fidē hoc loco dicit: sed eaꝫ que nihil hesitās facit: ut futura tā certa habeamus q̃ hēmus p̃ñtia: quetiā ut talis sit fides ut uel signa edat: et tātopere sit illa incensa: utraq; adeo: ut uel transferat montes ut itaq; toto corpori scutum obtenditur: quod utiq; illud tanq̃ porta tutatur et circumcludit: sic fides ardentior et indubitata animam undequaq; custodit ac protegit: fides itaq; pro scuto habenda est: non sophismata ipsa et circumuentiones: hec nanq; muniũt tueturq;: illa uero impediunt et longe fallunt. (¶ In quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.)

hoc est absurdas cupiditates & diffidentie cogitatus: utrum nidelicet futura
sit resurrectio nec ne: num preterea dei iudicium? ignea antem dixit : non mo-
do quia ad fediora incendunt facinora flagrantes ille cupiditates: sed quia uel
in conscientia ipsa harum sentimus ardorem: accedit preterea q uel ex ipsius
diffidētie cogitatib9 exunt nos demũ cũ nobis pfidiā suggerit: que oĩa tandē
fides restīguit: hęc itaq etsi demones ipos ꝓsternit: lōge magis &utia subiu-
gabit: siue enĩ flagret cōcupiscētia q futuris bonis & gaudiis sempiternis fide
certiori nihil diffidat: tolles hāc ꝓrsus & plane extigues: siue tēptatōes urgeāt
& mala īpendāt: & future tñ btītudinis meditatōe plimũ ipse solabere: cogita
q̄to abraaz ille incēderet ardor: cũ filiũ offerebat isaaz īmoladũ: qđ tñ incēdiũ
fides sola extinxit. ❡ Et galeā salutis assumite.) hoc ē q̄ salutaris est & tutat
nā si fuerim9 fidē adepti & cogitatōes mox assequemĩ: que afferāt nobis salutē
& caput hoc nr̃m: e q̊ cogitatiōes ꝓdeũt: tutabũt & mētē. ❡ Et gladiũ spũs
qđ est ῦbũ dei.) ex supiorib9 rebus dictis armauit nos paul9: & ita ut host-
es obesse nobis nil queāt: nũc nero & armis donat qb9 offēder hos magis po-
terim9: gladiũ autē spũs cũ inqt: ul spũm ipsũ circũlocutiōe q̄dā & ῦboꝝ am-
bage expssit: ul uite id genus que sm spũm degit: q̄ & serpētis caput ꝑcidi9.
spirital aũt gladius iste: ῦbũ est dei: hoc ē dei ꝑceptũ: nā si eius exequemĩ mā-
data serpētē illũ: ut isaias testat: trucidam9 sinuosũ: & uariũ: ul dei ῦbũ dixeri-
m9: c9mōi illud ē: ī noīe iesu surge: & ābula et hmōi: ul simplr spũs gladiũ di-
cit que ī spũ inest: sapiām: uiuit. n. dei hoc ῦbũ & penetrat prēditq & acũna-
ta acie oēm cultꝝ penetrādo excedit: q ῦo spirital hui9 assecut9 ē gladii grāz
& que dei sũt loqt: liber ē: & nulli rei obnoxi9: q̄lis hic paulus fuit. ❡ Omnez
orōnē & obsecratiōz orātes oī tpe in spũ.) hos itaq ita p se paul9 armis mu-
nitos instructosq: ad īpatorē deducit: cuius & ope īdigeāt: & manũ ut porri-
gat & auxilio sit: cũ. n. dixisset restīguer uobis licebit īiectũ incēdiũ: ne id glo-
rie duceret uel supbirēt: deo inqt uobis est opus q̊ adiuuāte cũcta pficietis:
deinceps orātes inqt: nec id qđē simplr: sed p oēm orādi & ꝑcādi ītētiōz: hoc
ē cũ gemitu et pectoris tũsiōe genibus ꝓcũbēdo: et istiusmōi reliq̄ factitādo:
nec statutis horis & ꝑfinitis: sed q̊uis tēpore: in spũ: hoc est spiritalia dispēsan-
tes ꝑcādo: nihil qđ mũdi sit: cũ ῦo orātes ait p oēm orōnē demōstrat cōtinen-
ter esse orādũ. nā cũ interꝑcādũ qs aīm hz & cogitatũ supuacaneis rebus in-
tētũ ꝓfecto nil orat: sed incassũ ōc fũditat ꝑces et aīo diuagat. ❡ Et ī ipo ui-
gilantes.) Siue de his q noctes in somnes ducũt orādo: siue de aīo uigilātia di-
cat: utrũq id pōt intelligi: est. n. necesse ut sit uigilētior q armis obtegit & im-
patori assistit. ❡ In oī istātia & obsecratōe.) Quēadmodũ cananea: & uidua
illa orātes sũma ī pacīa psťiterũt: illa nāq ῦa ē depcatio: q̄ pseuerās sit & assi-
dua. ❡ p oib9 sanctis & p me.) neq̄q̄ g̊ p oobismetipsis dũtaxat orādũ est:
qnetiā p ceteris fide nobis cōiũctis ꝑcādũ. Aduerte autē quātā p se ferat hu-
militatē aplus: postremũ enĩ se oium posuit: exigitq ab eius discipulis p se de-
ꝑcent: tũ ꝑcipue cũ cōpedib9 xpi ob grām: cōstrīgeret: p petro etiā catenis de-
tēto enixius ꝑcabat ecclesia. ❡ Vt det mihi smo in aptione onsmei.) Nil g̊
qđ eēt dictur9 ꝑmeditabat apls: seq̄bat. n. dñi dēm: nolite ꝑmeditari qd lo-
q̄mini: dabit. n. uobis in illa hora qđ uobis loquēdũ sit: haud sec9 et ipse oĩ suũ

apiens ꝓferebat: que a dño ſugerebãť: ſic cũcta diuina gr̃a exeq̃bať. ¶ Cũ fi-
ducia notũ faceř myſteriũ euãgelii: ꝑ quo legatõe fũgor ĩ cathena: ita ut ĩ ipo
audeã ꝓut oportet me loq.) hoc ẽ ut queadmodũ oportet rñdeam: fidẽti9 .ſ.
uiriliter & ſapiẽter admodũ ꝟbi: ad q̃s es ipe nũc delegat9: ad hoĩes qdem: ut
eos deo cõciliẽ: hi uero me ĩ catenas & uincula cõieceř: tãetſi iuregẽtiũ caueať:
ĩpunẽs eſſe oratores & nũtios: qppe q dñoꝝ mãdata iã deferãt: catene uero eo
iniecte ſũt mihi: ut meã obſtruãt loquẽdi lĩiam: aĩmus tñ os mihi apiet: ut fi-
dẽtior ſiꝫ ea enarrãs: que mihi ſũt ꝑ eũ iniũcta q me legauit. uides ut aliter di-
uini ꝟbi fiduciã ꝓferat: quẽ ſane paul9 erat oris aptione iã accepturus. ¶ Vt
aũt & uos ſciatĩ q̃ circa me ſũt: qd agã: oĩa uobis nota faciet tithic9 cariſſim9
frater & fidelis miſter in dño.) Que dogmatũ erãt: queue ad cõſolãdũ hos fa
ciebãt: ꝑ epl̃aꝫ ipſemet patefec: cũ ꝟbo & uĩcula memiſſet: nihil ð his diſerẽdo
ĩmorať: ſed tithico ꝑmiſit ſpõte narrãda ne ſupuacaneus eius uiri uidereť ac-
ceſſus: q ſi a paulo colebať: oĩm ꝓfecto erat nihil ignarus: ſi fidus mẽdax eſſet
nõ poterat: eſt aũt hic miſter in dño: hoc eſt dei ob gr̃am hoc fũgiť miſterio: &
diuinis in rebus nõ terrenis uerſať: uł frem appellat in dño: tãq̃ in ſpiritu ſan
cto germanũ ¶ Quẽ miſi ad uos in hoc ipm: ut cognoſcatis que circa nos ſũt
& cõſoleť corda ur̃a.) hũc in modũ orõnis hui9 cõtextũ interꝑtať Baſili9: ut
cognoſcatis que circa nos ſũt: hoc eſt ut renũtiet uobis que nobiſcũ agũť: nec
ſinat uos labi: qa ipſe grauibus malis affliceř: & iniectas catenas geſtẽ: ſed cõ
ſoleť magis & roboret: qð ſane dictũ & ſuã erga epheſios caritatẽ ꝓtẽdit: & il
loꝝ in ſe beniuolẽtiã patefacit. ¶ Pax fr̃ibus & caritas cũ fide a deo pr̃e nr̃o
& dño ieſu xp̃o.) Et pacẽ illis ꝓcať & adiũctã fidei caritatẽ. qð eo facit ne uel
illos colerẽt q a ſuo eẽnt dogmate alieni: uel aliter ipſi ſentirent q̃ ipe iã ꝓdica
ſſet: ſed ſolũ fideles ut colãt & foueãt: uel etiã qa neceſſe ſit ut fide ſint cõmu
niti ad futura ſperãdũ: nã ſine fide nihil uel caritas ipa ꝓfuerit: qnpotius neq
cõſtare põt ſine caritate: uel fides. Aduerte aũt queadmodũ inqt & pax: ut &
modũ hoc eſt ꝑ caritatẽ edoceat quo poſſit hec cõpari: itẽ & caritatẽ dicit per
fidẽ fieri. ¶ Gr̃a cũ oĩb9 q diligũt dñm nr̃m ieſuꝫ xp̃m in corruptione amẽ.)
hoc loco a gr̃a pacẽ feiũxit ſeorſuꝫ utriſq; cõſtitutis: tãetſi alias ubiq; cõiũxe-
rit: in corruptõe autẽ q diligũt dñm: hoc eſt q erga dñm caritate afficiũť non
opũ uel glorie gr̃a: ſed futuroꝝ bonoꝝ: que corrũpi nõ poſſũt: uel qa qui deũ
amat uirtutis gr̃a: & ꝓ eius ſũmis in nos bñficiis amare ſe fateať: ꝓfert eñi &
corruptionẽ peccatũ: & incorruptionẽ uirtus: nã queadmodũ corrũpi uirgineꝫ
dicim9: ita & aĩam inqnari: ꝓpterea & paulus nec corrũpanť inqt cogitationes
ur̃e: & alibi corrupti mẽtẽ: velim itaq; & nos in xp̃m caritatẽ huiuſmõi ꝓfera-
mus: cũ ob uite decorẽ & integritatẽ ſuatã: tum ob incorruptibilia bona & ꝑ-
petua cõquirenda: & ita demũ uiuam9 ut aĩam hanc nullis malis artibus uel
facinoribus inqnatã incorruptã & inuiolatã ſeruemus in xp̃o ieſu qui incorrup
tibilis eſt & eternus & aĩaꝝ ſponſus incorruptarum : cui gloria in ſeculorum
ſecula :. AMEN :.

In Epistolam ad Philippenses: Athanasii prologus.

Philippenses hi e quadam sunt Macedonię vrbe oriundi philippe dicta a conditore Philippo: sub thesalonica metropoli constituta: his pleraq; de christo paulus testificatur: & hanc insuper scripsit epistolaz cum in uinculis esset: nam post primã defensionem cuius & meminit ad Timotheum epistola iterato ẽ coniectus in uincuala. Philippenses uero per Epafroditum transmiserant paulo: que illi ad uitam necessaria essent: simul etiam rescire optabant quẽadmodũ cum eo tunc ageretur: & quoniam par erat illos cum preceptorem uinctum intellexissent: animo haud mediocriter angi: ad eos scribens cõmonefacit: nihil propterea hos uel merore affici uel offundi perturbatione debere: quin potius letari magnopere & gaudere: quandoquidem pro christo hec patiatur: consulit preterea his ut concordiam & humilitatem sectentur: carpit insuper & iudeos qui sub pretextu nominis christiani: christi dogmata deuastarent: & canes hos nuncupat & prauos operatores: edisent & Philippensibus de uite honestate & moribus: prudenter etiam facit de transmissis ad se necessariis mentionem: uidetur autem & honorifice hos appellare: ut qui & uirtutis plurimum pre se tulissent: & satis essent ad fidez accomodi. apud hos nãq; & porfiropolis erat apud hos inquã & synagoge princeps credidit christo: apud hos paulus flagris ictus: cum silla fuit coniectus in carcerem. apud hos preterea & carceris custos cum eius domo & uniuersa familia ad christi fidem concessit: apud hos demum & milites paulum ueriti ut abiret quo uellet precati sunt: & hunc in modum preclara admodum principia habuit christi preconium. que omnia uel ex apostolorum actis licebit ediscere: testatur itaq; ephesiis paulus non modo fidei rectitudinem & subita discrimina sed facilem etiam ad sua impartiendum animi promptitudinẽ. Horum omnium gratia: & ingenti beniuolẽtia prosequi & magni uidetur hos facere.

❡ Paulus & Thimotheus serui Iesu christi.) Hoc loco nullam facit de eius apostolatus dignitate mentionem apostolus: sed seruum se christi iesu subscribit. quod sane & si magnum est: commune tamen est multis. ad Timotheũ autem & corinthios scribens sese apostolum nominat: cur illud? quia cum illis esset ad castigationem iniuncturus q̃ multa: apostolatus ad se dignitatem recepit. his uero cuz nihil huiusmodi sit indicturus: quin potius pari omnes ut honore dignetur futurũ: nequaq̃ apostoli appellatione indiguit. ❡ Omnibus sanctis in christo Iesu.) Cum iudei sanctitatis sibi id nomen ascisscerent: ut populus inquit sanctus: propterea in christo iesu adiecit. hi nanq; uere in christo dicendo sunt sancti: illi uero profani. ❡ Episcopis & diaconibus.) Episcopos sacerdotes dicit: neq; enim plures preter unum erant episcopi qui singulis ciuitatibus presiderent: quippe cum nondum essent huiusmodi nomina dispartita sed episcopi tantum diaconi & presbiteri dicerentur: quemadmodum ad timotheum qui episcopi munere fungeretur scribens sic inquit: ministerium tuum & diaconatum perficio: & rursum: quod traditum tibi est cum impositione ma

uus presbiterii: hoc est episcoporum: neq; enim sacerdotes episcopū cōsecrabāt
& contra presbiteri episcopi nomen sortiebantur: ut qui cure populi inuigila-
rent: purgarentq; & illuminarent quos foret necesse. cuius rei gratia ad clerum
nunc scribit: quod alias nunq̄ egit: miserant enim illi epafroditum: qui necessa-
ria sibi detulerat. ¶ Gratia uobis & pax: a deo patre nostro & domino Iesu
christo.) Consuetam eius appellationem & salutandi modum proponit: com-
precatus illis ut dei & gratiam assequantur: gratiq; inter se sint & nihil in in-
uicem efferantur: ne forsan ab accepta iam gratia: & inita concordia excidant.
nam dona dei huiusmodi superbiam afferunt minus cauentibus. ¶ Gratias
ago deo meo in omni memoria uestri semper in cunctis orationibus meis pro
omnibus uobis.) Quotienscunq; inquit uos memoria repeto: id enim facio sem
per deum laudibus effero & illi gratias ago: q; tantopere sitis uirtutibus de
diti: nihilominus & si adeo diuinis in rebus uos profeceritis: ab orationibus
nil conquiesco: & deum pro uobis enixe precor: ut magis ac magis ad ea que
recta sunt proueharnini. ¶ Cum gaudio deprecationem faciens.) Potest nanq;
& cum merore de aliquo memoria fieri: ut alibi dicit: ex multa enim pressura
& anxitate cordis scripsi uobis: quo fit ut libens & leta cuiuspiam recordatio:
uirtutis sit argumentum.

¶ Communicationem uestram in euangelio christi a primo die usq; nunc.)
Ingens sane apostolatus his testimonium defert: cum eos laborum participes
asserit fuisse effectos: qui in euangelio insinuantur: neq; ad unum duos ue an
nos: sed usq; nunc: hoc est: eo ex tempore quo primum christi fidem hanc exce
pistis: ad id tempestatis uerū si queras quo pacto sint istiusmodi laborum ef
fecti participes: quia mihi inquit que fore ad uitam necessaria uidebantur ipsi
suppeditarant: susceperuntq; de me curam: nam qui boni aliquid operis pertrac
tanti quibusuis modis tulerit opem: eius certe non erit expers: sic & qui marti
ribus uel in heremo diuersantibus prouident & omnem his adimunt seculi cu
ram: uel eos qui ad christi instruunt fidem & euangelium predicant: ab omni
animi distractione liberos reddunt: cum his certe & coronarū & premii fiunt
participes. ¶ Confidens hoc ipsum: quia qui cepit in uobis opus bonum per
ficiet.) Gratias inquit ago & gaudeo plurimum: confisus opera rectiora: que
in uobis exorsus est deus: per eum perfectum iri. coniector nanq; ex preteritis
ipsis futura. aduerte quemadmodum ad humilitatem illos instituat: quando-
quidem deo & soli rerum omnium tribuat summam: & non ephesus modo as
cribat que gesserint: itaq; neq; hoc pacto illos laudis fecit expertes. dicit enim
qui cepit in uobis: hoc est uobis uolentibus: nam nisi & homini insit recte agē
di uoluntas: nec deus ipse in eo boni aliquid operabitur: si enī simpliciter ille
torpentibus nobis: nostris in animis operaretur: nil proculdubio impediret:
quominus gentiles ipsi & ceteri omnes mortales: diuinam in se operationem
exciperent. fit itaq; ut non mediocriter uel ex hoc illos extollat: utpote qui in
eorum opem dei ad se pellexerint gratiam. & quia tanti sunt ipsorum officia &
res bene geste: ut non humanis uiribus fieri potuerint: dei sunt uirtute perac
ta: porro & eosdem hortatur: ne in segnitiem relabantur: nam si eorum bona

perfecturus est deus. haud quaq̃ hi multuꝫ laboris insinuent: que rectiora sũt
agant. ❡ Usq; in diem christi Iesu.) Hoc est quod dominus sit adventurus.
sic enim inquit confido non solum in uobis christũ sed uestris in posteris usq;
ad mundi consummationem operaturuꝫ: uel uniuscuiusq; finem: christi iesu di
em intellige. ❡ Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis eo q̃ ha
beam uos in corde & in uinculis meis & in defensione & confirmatione euãge
lii.) Confido inquit tales uos ad finem usq; futuros hocq; pro uobis & sen
tio: quia uos semper habeo cordi: noui q; & uestra benefacta: & quẽadmodum
semper omni studio enitimini ut efficiamini euangelii gratię & compedum me
cum participes: itaq; ęquũ est & me de uobis ita sentire: contemplariq; uel ex
ipsis principiis & finem. uerum quante illud est laudis: pauli corde contineri:
qui non temere sed recto iudicio quos dignos existimasset amore prosequeba
tur: nec tum quidẽ cum neroni respondere interroganti inquit memoria mihi
uos excidistis: confirmationẽ autem euangelii & defensionem uincula dicit &
pressuras quibus ipse afflictabatꝰ: est nanq; perspicuum si persuasum apostolus
ac pro re comperta non habuisset: remunerationes ineffabiles illas & bona ce-
lestia tanti esse ut explicari uerbis non possint nil prorsus uincula fuisset ꝑpes
sus: nec efferato neroni pertinacius obstitisset: nisi imperatorẽ aliũ preuidisset
qui firmior esset & illo incõperabiliter longe potentior: pressure ergo & mala
que patimur euãgelium cõfirmabunt. ❡ Socios gaudii mei omnes uos esse.)
Ostendit hoc loco quẽadmodum haud temere in eos sit affectus beniuolentia
propterea inquit uos cordi habeo: quia socii mihi & participes estis huiuscemo
di gratie: hoc est pressurarum & compedũ effecti: curandum itaq; diligentius
ne a nobis uos desciscatis in malis hisce & uinculis cõstitutis: quin potius ad
hibenda est diligentia ne immunes temptationum reddamini: quas ob euange
lium ipsi subiuimus. q̃ autẽ pro gratia uincula habeantur: liquet ex eo q̃ do
minus ait: sufficit tibi gratia mea: uirtus nanq; hoc est mea uirtus: in infirmita
te perficitur: uel illud magis quod est paulopost dicturus demonstrat: nobis
donatum est pro xp̃o pati: aduerte autẽ ut non socios dixerit sed consocios q̃ð
grece habetur. arguens se aliis esse in euãgelio socium: his uero maiori quadaꝫ
esse coniunctione in bonis celestibus participandis deuinctum: ut & alibi di-
cit: & consocius euangelii fiam. hoc est ut bona illa nobis seruata communiceꝫ:
euangelium predicãtibus. ❡ Testis enim mihi est deus quomodo cupiaꝫ om
nes uos in uisceribus iesu christi.) Haud quaq̃ perinde diffidens deum in tes
tem hic uocat: sed cum immensum animi sui affectuꝫ nequeat explicare: deo re
linquit qui corda scrutatur id nanq; est argumento uera paulum profiteri: nõ
enim deũ asciuisset in testem: si illis adularetur: uel simulato animo diceret que
serio dicit: in uisceribus autẽ christi iesu: hoc est non gratia rei alicuius huma
nę: nec quia necessaria mihi sũministrastis: sed dei in caritate hec dixi: uel quia
pater uobis cum sim christi ob fidẽ effectus: ex ipsis uisceribus & ipso ex ani
mo magnum in modum uos colo obseruoq;: omnes autẽ cupio inquit: q̃a om
nes pares estis uirtute. ❡ Et hoc oro ut caritas uestra magis ac magis abun
det.) Et si mirum in modum a philippensibus colereẽ apostolus: cupit tamen

magis ac magis ab his obseruari: est nanq̧ ingentis amoris inditium ut aliquis promereatur amorem: expleri nunq̃. aduerte autem q̃ modeste id dixerit & magis ac magis abundet: infert autem non solum cupere ut se amẽt: sed ut & ceteris omnibus bene uelint. ¶ In omni scientia & omni sensu.) Hoc est nõ ut temere omnibus beniuolentiã impartiamini: sed cum probatione & cognitione & certiore iudicio: sunt enĩ pleriq̧ qui omnes indifferenter colunt & amãt unde nec stabiles sunt quę hoc pacto conflate sint amicicię. uel forte & hereticis ipsis afficiamini inquit: ut proximis. ¶ Ut probetis potiora.) Hoc est conducentia: nam quando uester in alios fuerit cum experimento & certo iudicio collatus amor: licebit uobis & que usui sunt periclitari: & noscere: qui sunt ergo amandi? fideles: qui odio insectandi? infideles. uerum cur alibi dicit cũ omnibus hominibus pacem habere? primũ quia nequaq̃ id simpliciter dixit: sed illud adiecit si fieri potest cum omnibus pacem habete: deinde aliud est pacifice uiuere: aliud colere: illud nanq̧ dissentiones interdicit & bella: hoc animi exigit affectum. & tanq̃ complexionis & morum similitudinem. quod tamen minus est hereticis aperiendum: nam si oculus tuus te scandalizat inquit eruito. ¶ Ut sitis sinceres & sine offensa in diem christi.) Non enim in meam hec ꝓtuleram utilitatem: sed ne quod a uobis adulterinum sub caritatis obtentu dogma suscipiatur: quin etiã integritatem quo ad deum seruetis: & quo ad homines: sitis sine offensa: nam si nihil tibi officiat amicicia cum heretico cepta: alius tamen ex ea offenditur: quo ergo pacto in die christi. hoc est indicii: integer deprehenderis & sanctus: qui fratrem offendis? ¶ Repleti fructu iustitię per iesum christum in laudem & gloriam dei.) Hoc est ut & dogmatum rectitudine & uita sitis irreprehensibiles. iustitiam autem dicit genus omne uirtutis uel elemosinam dumtaxat: quam illi ubertim impartiebantur: non ut minꝰ perfecte uel uirtutem uel elemosinam operemini: sed ut sitis repleti: & quoniã uel gentiles ipsi uidebantur sibi quodamodo uendicare uirtutem hanc & iustitiam elemosinam adiecit: que ephesiorum erat peculiaris: & propria: per iesum christum: a gentilibus nãq̧ nequaq̃ sc̃dm christum uirtutes: sed ad inanẽ gloriam & hominum gratiam exercebant: & in dei gloriam non in meã ista uos instruo: non igitur decet ut christi gloriam interpelletis: ceterum eosdem facit fidentiores: cum deum ostendit diuinis operibus in gloriam sui cedentibus: opẽ & auxilium allaturum. ¶ Scire autem uolo uos fratres: quia que circa me sũt magis ad profectum uenerunt.) Decens erat ut animo perturbarentur ephesii cum paulum didicissent uinculis fuisse constrictum: perinde intercisum fuisset christi preconium: dempturus itaq̧ his conceptam animo suspicionem: sic inq̃t neq̧ enim solum nil prorsus mea hec uincula euangelium interceperunt. sed illi potius profuere. ¶ Ita ut uincula mea manifesta fierent in christo in omni ꝑtorio & in ceteris omnibus) hoc est uel cum essem uinculis prepeditus: licentius predicaui & nihil conticui: adeo ut uerbi preconium uel ad pretorium usq̧ peruaserit. hoc est ad regiam usq̧ neronis & per omnem sit urbem uulgatum id autem est in christo effectum: id est non mea uirtute sed christi potẽtia: uel uincula mea in christo: hoc est que christi ob gratiam tollero.) Ut plures e

fratribus in domino cōfidentes in uinculis meis habundantius auderent sine timore uerbum dei loqui.) Enimuero & si antea predicare sunt fidentius ausi: nunc uero eo enixius sunt id ausuri: quia & me uel uinctum & coniectū in carcerem: maiori fiducia uerbum dei enuntiare conspiciunt: & fortiores profecto sunt redditi cum me uidissent in uinculis detineri: & ad me imitandum sūt incitati: cumq; & magnum quiddā dixisse sit uisus: quia animos illis fecisse se dixit: in domino addidit. si itaq; qui sunt uinculis meis propinquiores: nihil animo concidunt: sed audent magis. ergo & uos tanto fidentiores esse debetis quanto a uinculis hisce abestis. ¶ Quidam quidē propter inuidiam & contentionem: quidam autem propter bonam uoluntatem christū predicant.) Postq̄ comprehensus est paulus: pleriq; fidelium predicabant & christum: ea mēte ut neronem magis ad iram incenderent: ut confestim de medio paulum tolleret. ut qui ubiq; christi preconium disseminasset: quod utiq; pretendit apostolus cum propter inuidiam dicit & dissentiones: uel quia & ipsi aucupari honores cum uellent subtrahere mea de gloria aliquid nitebantur. quidam autem inq̄t propter bonā uoluntatem: hoc est sine ulla simulatione & recta animi sentētia ¶ Quidam autem ex caritate. scientes quoniam in defensione euangelii posit9 sum.) Hoc est caritate ducti: quia cum erga christum: tum erga me quidā afficiuntur: predicāt: non ignari dicturum me aliquid pro christi preconio. eoq; & mihi ad id muneris exequendum opitulantur: nam si plurimi sint qui in meam predicationem concesserint: facilis mihi erit defensio: hac autem in re illi mihi cooperantur cum multos instruunt predicando. ¶ Quidam autem ex cōtentione christum annuntiant non sincere.) Hoc est non pure & integre neq; recti ipsius gratia. ¶ Existimantes pressuram se suscitare uinculis meis.) Arbitrantes inquit in maius aliquod me discrimen impingere: & erumnas erumnis adagerare: nil tamen longius processura est eorum tā fallax & subdola machinatio: quippe clarior multo ex eo euangelii fit predicatio: ob idq; mihi & gaudium augescit: uides quemadmodum geri rectum aliquod opus possit mēte non recta. ut q; ex eo non modo nil quippiam obuenit premii: quin & cruciatus subeantur plerunq;. ¶ Quid enim dum omni modo siue per occasionem siue per ueritatem christus annuntietur.) Quid multa? aut quid mihi hec cure sunt: utrum sic fiant uel aliter. siue occasione: hoc est contentione & astu & simulatione: siue ueritate hoc est animi rectitudine christus annuntietur. sunt q existiment: insulsi tamen & ueritatis ignari: occasionem apostolum ad hereses prebuisse cum inquit annuntiet modo quispiam christum: nihil intererit quēadmodum ille annuntiet. aduertant tamen id primū. neq; enim annuntia dixit: perinde sic ille decernere uideatur & iubere: sed annuntietur: quod dictum prefert utiq; quod gestum fuisset: deinde etsi tanq̄ id statuēs protulisset: neq; hoc pacto ad hereses ineundas aditum prebuisset: quo modo? quia hi de quibus fecerat mentionem: nulla adulterina & falsa dogmata inducebant: christum annuntiando: sed que ad ueritatem facerent predicabant: non recte autē nec mēte recta heretici predicant sed peruersa quedam & a uero penitus aliena: cum illorum peruersus sit animus: afferunt. ¶ Et in hoc gaudeo sed gaudebo.)

Hec quidem illi ut me merore afficiant agunt: at ipse letor, quia eo amplius christi nomen uulgabitur: & quo id maxime egerint eo & maxime explebor iocunditate: uides quemadmodum criminatoris illius artes & doli: in sui perniciem reuoluantur. ¶ Scio enim quoniam id mihi prouenient ad salutem.) Quod illud: quod predicatio scilicet propagetur ex odio & liuore quo erga me afficiuntur nonnulli. ¶ Per uestram orationem & subministrationem spiritus iesu christi.) Attende quantam prese ferat uir hic beatissimus humilitatem: nam cum ei esset ex rebus innumeris optime gestis: debita salus: nihilominus inquit si uestris fuerim precibus ipse dignatus: ob easque mihi spiritus sanctus suppeditetur: inde haud dubio spes est saluum me fore. sumministrationem autem dicit plurimam gratie spiritalis additionem. ¶ Secundum expectationem & spem meam.) Coradoriam dicunt greci quam expectationem dixit interpres ex cara quod capud designat & dorin quod annuere est perinde: capud id totum nutet & uergat ad id quod firmiter & certo speratur: tanquam id inquiat. spero equidem ut primum illud discrimen euasi: sic presens hoc me euasurum: nero nanque crudelitate insignis: & uir efferatior: paulum hunc ipsum in uincla coniecerat: commonefacit preterea hoc loco non omnia esse alienis precibus permittenda: quinetiam sperandum per nos erit quod cupimus & uotis id deposcendum. ut paulus infert: & propheta affirmat cum inquit: fiat misericordia tua domine quemadmodum sperauimus in te. & alibi quis sperauit in domino & confusus est. & paulus idem: spes non confundit. ¶ Quia in nullo confundar.) Hoc est neque quamdiu in humanis sum: quia euangelium predico: neque cum hac uita excessero quia nulli tunc erunt reliqui hostes: si enim inquit me trucidabunt tunc maxime mihi inconfusa & solida gloria relinquetur. quod eis non potest contingere qui mihi nunc aduersantur. ¶ Sed in omni fiducia sicut semper & nunc magnificabitur christus in corpore meo. siue per uitam siue per mortem.) Illi inquit eorum dolis insidiisque posse me in discrimen impingere existimarunt. nequaquam tamen illorum id studium progredietur: quando in omni fiducia: hoc est aperte & nemine obsistente magnificabitur christus in corpore meo: hoc est me spirante hanc auram & uitam degente: circumferenteque corpus hoc ipsum: non enim nunc mortem sum obiturus. & ne quis occurrat inquiens: nonne uel te moriente christus magnificabitur gloriaque & laudibus efferetur? adiecit: & per mortem ille meam magnificabitur: quia & mortem ut superarem effecit: interea tamen per uitam qua me postquam periclitantem exemit periculis condonauit gloriam assequetur. dicit autem de morte non quam statim sit subiturus: sed hanc si forte obiret nequaquam animo obturbentur: nam ingenti apostolum caritate complectabantur ephesii. ¶ Mihi autem uiuere christus est & mori lucrum.) Hoc est nouam quandam dego uitam: & mihi pro uniuersis christus est rebus: pro spiritu inquam uita & luce: uite nanque hoc nomen & naturalem hanc uitam designat qua uiuimus & mouemur: prefert & peccati uitam quemadmodum & contra dicimus qui peccato mortui sumus: quo pacto ultra uiuemus in eo significat preterea & perpetuam que secundum deum est uitam; ut illud nostra conuersatio in celis est. hoc uero loco non naturalem negat se

uitam uicturum apostolus: sed eam que sit peccatis obstricta: & seculi huius
sit intenta deceptionibus: ceterum christum esse sibi ad uitam fatetur: sicut &
alibi dicit: in fide uiuo filii dei: mori uero in lucrum: quia uita defunctus cum
christo aperte futurus sum inquit. fit itaq; ut lucrum mihi sint allatun qui i
hac me uita exemerint. ❡ Quod si uiuere in carne hic mihi fructus operis est:
& quid eligam ignoro.) Ne forte existimes paulum uitam hanc criminari per
inde superuacaneam & plane inutilem: si in carne inquit uiuere mihi fructus
est operis: hoc est dixi equidem pro lucro me habiturum hanc mortem: uerun-
tamen cum uita hec mea nequaq̃ mihi in carne inutilis sit: quippe qui alios in
struo & ad fidem illumino: ignoro quid eligam: mortem ne an uitam: his dic-
tis obstruuntur hereticorum ora: qui presentem hanc uitã calumniantur. neq;
enim hec improba est & iniqua: siquidem & nobis usui sit: & fructus afferat
illa uberrimos: non itaq; uita hec est mali cuiuspiam causa: sed eorum uolun-
tas: qui hac abutuntur. porro & mysterium nobis quoddam iam retegens:
ostendit dominum ipsum uitę ac necis potestatem habere. si enim inquit a do-
mino emori postulassem: largiretur haud dubie mihi hanc gratiam. quo circa
eam ob causam: nihil uobis est desperandum: nam si mortem obierim: non ma-
liuolorum id nequitia fiet: sed dei dispensatione atq; arbitrio. ❡ Coartor autẽ
e duobus desiderium habens dissolui & esse cum christo multo magis melius
permanere autem in carne magis necessarium propter uos.) Ephesios his dic- ad Philippenses
tis apostolus reddit paratiores ut eius obitum futurum proxime: uiriliter tol-
lerent: cur enim mea de morte dolendum censebitis: quam ipse iam pridem sũ-
mopere concupiui? idq; & mihi sit in melius concessurum: quippe quod mihi li
centiam prebeat cum christo uersandi. non itaq; dolore affici ullo debetis cũ
mortem obiero. alioquin in carne hac me permanere ob uestram utilitatem ma
gis est necessarium. non enim que mea sunt quero: sed uestra. q; si optio detur
utrum ex humanis abscedere: an uitam hanc ducere malim coartor equidem
hoc est in ancipiti sum subdubius: & ita ut non facile sciam quid horum sim
electurus: duxerim tamen precipue id necessarium magis ut uiuens & spirans
uobis conducam. est ne igitur quippiam ingens adeo aut excelsum: quod cum
hac pauli mente possit ęquari? quandoquidem aliorum utilitatem christi con
uersationi sic preferat: ut christo coniunctiot sit cum christi conuersationem re
iciat ut aliis prosit? ❡ Et hoc confidens scio quia manebo & permanebo om-
nibus uobis ad perfectum uestrum & gaudium fidei.) Cum itaq; inquit ne-
cesse sit ut in carne permaneam sum nanq; haud dubie permansurus: hoc est
ero quidem superstes & uiuam: nec simpliciter sed uobiscum: perinde dicat ad
huc uisurus uos sum: at cuius rei ob gratiam uicturus es? nimirum uos in fi-
de proficiatis: hoc est confirmemini & stabiles sitis. in dogmate per me prola-
to ac uita: qui profectus ut uestrum: sic meum gaudium prefert. his preterea
incutit hoc loco formidinem: tanq̃ id explicans: uidete ut uestri de causa chri-
sti sim conuersatione priuatus: nolite ergo id uite reliquum frustra transigere:
dicet aliquis num philippensium gratia dũtaxat: permanebat in uita apostolus

& luce hac fruebatur? nequaꝗ̄: horum solum de causa: sed ut eos consolaretur hec intulit & ad maiorem uigilantiam hortaretur.

¶ Vt gratulatio uestra abundet in christo iesu per me: per meum aduentum iterum ad uos.) Cum dixisset superius sese ob eorum profectum permanere in uita. arguit quemadmodum & sibi in lucrum id ipsum concesserit ꝙ gloriari scilicet quiret in his abundantius: quia proficerent magis: cum esset ipse ad hos profecturus. quid ergo num ad illos concessit apostolus? id nempe incertius. ¶ Tantum digne euangelio christi.) Id unum inquit a uobis deposco ut uirtuti enixius studeatis. at qui pro euangelii dignitate ille uersatur qui sibi ipsi renuntiat: & cruce sublata christum sectatur.

¶ Vt siue cum uenero & uidero uos: siue absens audiam de uobis.) Neqꝫ enī ut philippenses adeundi mentem mutarit: neqꝫ ut nondum iturus: hec dicit: sed si forsan inquit ad uos nequaꝗ̄ sum profecturus: licebit tamen uel absenti mihi pro uestra hac uita quam ex euangelio ducitis institutam: capere iocunditatem. cauendum itaqꝫ: uel si minus ad uos proficiscar: ne ab optimo hoc uiuendi genere excidatis. nec secus preterea ad uigilandum: ꝗ̄ eorum que per uos geruntur hoc tempore: sim non ignarus.

¶ Quia statis in uno spiritu unanimes:) Hoc est in eodem concordie dono: sic enim unis animis concordes prestabitis cum fueritis spiritum unum adepti ¶ Collaborantes in fide euangelii.) Hoc est inuicem pro fide labores & certamina excipientes. ¶ Et in nullo terreamini ab aduersariis.) Non enim ne collabamini dixerim: sed ne terreamini: Hoc est nulla in re perturbemini: nam si uel pericula comminentur: uel inferant mortes: nihil profecto hi egerint: sed territant modo: adeo illi & imbecilles coarguuntur & impotentes.

¶ Que est illis causa perditionis: uobis autem salutis.) Cum enim perspexerint hi etsi ꝗ̄multa sint machinati: nequaꝗ̄ uos esse absterritos: nonne id eis apertius indicabit: sua omnia in interitum abiisse: abolitaqꝫ & disperdita esse: uestra uero ualidiora consistere: nec posse aliquo pacto comprehendi aut consummi: quippe que habeant in se ipsis salutem.

¶ Et hoc a dño: quia uobis donatum est pro christo non solum ut in eum credatis sed ut etiam pro illo patiamini.) Cum enim paulus donatum uobis est inquit & pati pro christo duo quedam hic peragit alterum ne illi uel uerecundia offundantur: uel animo concidant: si quid fuerint fortasse pro christo perpessi: alterum ne insolescant uel efferantur: inquit enim christo cuncta sunt ascribenda: nam & uirtutes dono accepimus: non ut liberum arbitrium tollat: sed ut humiles reddat: non enim facere sine deo recte aliquid possumus: siquidem dei hoc donum forsitan suscitandorum mortuorum gratiam superabit: nam si mortuos suscitauerim: deo proculdubio fuerim tanto hoc beneficio maximum in modum obnoxius: sin uero pro eo penas subierim hunc ipsum habuerim obligatum & debitorem: O rem admirandam: largitur ille & debito mihi obstringitur. ¶ Iddem certamen habentes: quale & uidistis in me & nunc audistis de me.) Ostendit paribus hos uersari certaminibus: quibus & ipse

agitaretur: quod ſane magnam in his teſtatur uirtutem: habetis enim inquit me in exemplum & decertantem audiſtis: cum fuerim ante hac & flagris affectus: & quemadmodum in carcerem coniectus ſim: nunc audiſtis.

¶ Si qua ergo conſolatio in chriſto: ſi quod ſolatium caritatis: ſi qua ſocietas ſpiritus: ſiqua uiſcera miſerationis implete gaudium meum & idde; ſapiatis.) Quod inquit tale eſt. ſi uobis animo ſedet: me quoq̃ pacto temptationibus agitatum: ſolari: uel ſolamen afferre quale ſolet caritas parere: uel ſi futurum eſt aliquando: ut pre uobis feratis: ſpiritalibus in rebus & his quidem que ſecundum dei ſunt uoluntatem: aliquam mecum habere communionem: uel ſi me eſtis commiſerati q̧ patiar: id omne obſecro obteſtorq̧ in id uel unicum conferatis: ut mutua ſitis caritate deuincti. aduerte autem quemadmodum illorum coniunctionem q̧ unanimes ſint pro collato ducat in ſe beneficio: & tanq̃ ipſe miſericordia fuerit dignatus ob iſtorum unitatem letatur nec leticiam mihi dixit afferte: ſed implete: ſubinde dicat vos quidem iocunditatis huiuſce: qua in preſenti afficior initium attuliſtis: pacemq̧ & mihi eſtis iam impartiti: quam cupio & ad finem iri deductum. at qualis hec leticia eſt? non equidem ut a periculis eximar: uel ut quippiam a uobis ſim accepturus: ſed ut iddem uos ſapiatis. ¶ Eandem caritatem habentes.) Id ſane preſtantius q̃ unanimes ſe preſtare: ut ęque hi omnes adepti ſint caritatem: nec quidem ut ſi quis te amore ingenti proſequitur: hunc ipſe lentius & frigide ames: ſed ut ęqua ſit amoris proportio: dum alternis rependitur.

¶ Vnanimes id ipſum ſentientes.) Tanq̃ uno eodemq̧ uincti animo ſitis nõ ſubſtantia ſed uoluntate coniuncti. quod ſane deſignat cum ita mox ſubdit.

¶ Nihil per contentionem neq̧ per inanem gloriam.) Nil inquit per contentionem hoc eſt per niſum quendam a liuore productum egeratis quemadmodum uulgo dicimus enitar equidem totis uiribus & contendam ut nemo me ſuperet. neq̧ per inanem gloriam: hec nanq̧ inuidiam parit. Cum enim homines ſimus inanis glorie cupidi: quidnam pro hac aſſequenda facere non audebimus. ¶ Sed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem.) Viam nunc nobis demonſtrat qua inanem hanc gloriam poſſimus defugere. & preſumptam affert oppinionem: maximum in modum noſtre ſaluti conducere. ſi enim inquit exiſtimaueris: hominum quempiam non ſolum tibi preſtare ſed longo etiam interuallo eſſe te potiorem: ob id ipſumq̧ pre ſumma humilitate habeas perſuaſum. rem ſe ita habere: eum quem tibi pretuleris honore etiam proſequeris. q̧ ſi ita te geſſeris: cum tibi etiam uicem per alios reddi perſpexeris: grauiter feres: quinetiam uel ſi quis tibi conuicietur uel affligat uerberibus: es certe animo ęquiori laturus: quippe qui omnes ducas ſuperiores: nec cuiq̃ inuidebis: nam inuidia inter ęquales oboritur: non inter impares & longe ab inuicem alienos: ſic item alius ceteros ſibi precellere exiſtimabit. eritq̧ hoc pacto ſumma inter omnes tranquillitas.

¶ Non que ſua ſint ſinguli conſiderantes ſed que aliorum.) Cum enim tue conſulam utilitati: tu contra quod mihi preſtet conquires: nec ullus hic erit

inani glorie uel contentioni: nec demum prauo cuiq̃ facinori locus. quin uita ducetur angelica quedam & diuina. ¶ Hoc enim sentite in uobis quod & in christo iesu.) Vt enim & christus inquit estote misericordes sicut & pater uester qui in celis est & rursum. discite a me quia mitis sum & humilis corde: sic paulus ad humilitatem nos instruens christum iesum producit in medium: qui nostri gratia cum diues esset: sit inops effectus: nam cum dei filium qui omne excedit fastigium: ad infima dicat se contulisse: quemnam eorum qui alta sapiant non cogant pudere? ¶ Qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo.) Enumera quot ob id dictum heretici homines collabantur & ruant. Marchion ponticus asserebat nequam esse hunc mundum: & carnem hanc imbibisse nequitiam eoq; neq; carnem eiusmodi deprauatam & sordidam christum qui deus sit assumpsisse. Marcellus uero galata photinus sophroniusq; dicebant uerbum dei energiam esse: non substantiam: & insubsistentem: hanc inhabitare: qui ex dauid semine esset: & paulus samoteus profitebatur id uerbum a maria habuisse ut constaret principiũ. Sabellus libius patrem & filium & spiritum sanctum nomina quedam esse simplicia uni persone addicta: Arius uero asserebat filium esse creatum: Appollinarius laodiceus: ꝙ animam filius sensibilem nil suscepisset: uide quemadmoduꝫ hi omnes uno fere conciderint gladio hoc uidelicet pauli dicto in forma dei cum esset: at quo pacto tu primum marcelle tuiq; sectatores assentis energiam esse hoc est operationem non substantiam iesum cum forma substantia ipsa dicatur: quemadmodum & serui forma natura est serui: quid ipse nunc samothee a maria principium habuisse christum deliras: cum constet ab eterno hũc in forma dei fuisse hoc est in diuina substantia: aduerte quemadmodum & Sabellius preceps feratur: ait nanq; non rapinam paulum dicere christum esse deo equalem: uerum in una persona non cadit ęqualitas: nam qui par est & ęqualis alterum habeat necesse est qui cum possit conferri: ex ea itaq; ęqualitate due persone emergunt. Arius quidem pluribus confutatur: & ceteri item: in forma dei hoc est in dei substantia: neq; factus dixit sed existens. dictum sane illi persimile: ego sum qui sum. neq; rapinam est arbitratus esse se deo ęqualem: uides ęqualitatem: cur ergo patrem dicis maiorem: inferiorem filium: sed aduerte insensatam prorsus istorum impunitatem: quorum unus quidam sic inquit: exiguus deus cum filius esset: nequaq̃ arripuit ut esset maiori deo ęq̃lis. Verum que nam littere edocent maiorem aliquem esse uel paruum deum: hec enim gentium sunt deliramenta: nam ꝙ filius magnus sit deus: audi paulum ita dicentem: aduentum magni dei & saluatoris domini nostri iesu christi. proinde qui tenuis sit & exilis: quo pacto hanc sibi magnitudinem arrogasset. Ceterum paulus cum esset ad humilitatem nos instructurus absurdior uideretur & sibi ipsi nil consentaneus: si eiusmodi que sentiunt illi commonefaceret. uidelicet ꝙ minor deus maiori non insurrexit: quid enim possent humilitatis ex istiusmodi dictis illi perdiscere? quia inferior deus in eum non insurrexit: quin sit diuinitate prestantior: est enim hoc impotentię non ęqualitatis:

quam filium dicimus cum patre habere·illud uerum ac plurimum uidetur pre
ferre humilitatis ut is qui parem est cum patre adeptus potentiam sit homo
effectus: sed de his satis. aduerte itaq; quid paulus dicat· non rapinam arbitra
tus est esse se deo ęqualem: cum enim quis aliquid surripit: ne illud amittat ue/
retur: quia q̄ alienum est detinet: cum uero quippiam habeat natura insitum:
facile illud contemnit: certior sane id se ita sortitu3 ut deponere nequeat: sitq;
protinus recepturus si deposuisse sit uisus· inquit igitur nihil· est dei filius ue
ritus a propria dignitate descendere: quia hanc non per rapina3 sit assecutus.
dico igitur parem hunc esse deo patri: & proprię dignitatis habuisse cognitio/
nem: eoq; ut humilis fieret hic maluit: tanq̄ in ipsa humilitate: celsitudinem
suam seruaret. ⁋ Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.) Vbi
nam sunt qui inuitum hunc ut patris iussa exequeretur: asserunt descendisse:
audiant quemadmodum seipsum ut dominus: & sui iuris non alieni: exinani/
uerit: cum uero formam inquit serui accepit apollinarius erubescat: nam qui
serui formam siue naturam accepit animam habet omnino intellectiuam.
⁋ In similitudine hominum factus.) Hisce ex uerbis delirant marchioniste:
per fantasiam & prestigia quedam affirmantes christum incarnatum fuisse: in
quiunt enim uides ut paulus similitudinem asserat hominum hunc accepisse:
& in figuram humanam transformatum: non uera substantia hominem effec-
tum! quid homines ineptissimi deblateratis! nonne dominus nostram hanc
omnem in se naturam excepit: et si nonnullis careret que nobis insunt mortali/
bus· ut per coitum procreatio: & peccati commissio: neq; id solum quod exteri
ori ex facie apparebat: inerat illi: sed & diuinitas ipsa: erat nanq; hic deus non
homo simplex & humanitati unita erat diuinitas. & ideo in similitudinem ho/
minum dixit: nos enim ex anima corporeq; constamus: ille ex anima corpore
& diuinitate constabat: propterea & similitudine dicit: nam & alibi in similitu
dine carnis peccati eum inquit: nequaq̄ id infert q̄ carne careret: sed quia caro
illa expers omnino peccati esset· at similis erat carni huic nostre: que iniq; est
peccato obnoxia: scd̄m naturam non scd̄m nequitiā: ut itaq; ibi hoc similitudi/
nis nomine inęqualitas quedam prefertur: sic & hoc loco cum in similitudine
dicit: neq; ex humano congressu fuisse hunc genitum arguit: neq; peccato sub
esse: quia haud quaq̄ simplex homo fuisset.
⁋ Et habitu inuentus ut homo.) Cum dominum dixisset se ipsum euacuasse
ne forte immutationem aliquam aut relapsum putes interuenisse: sic inquit:
manens quod erat: & quod non erat accepit: neq; enim natura est immutata:
sed in figura effectus: hoc est in carne: carnis est enim transfiguratio: cum
itaq; formam serui accipiens dixisset apostolus: fidens illud subiecit in figu-
ra hominis inuentus ut homo, ut ea que superius dixerat confirmaret. Rec/
te autem ut homo dixit: non enim erat unus e multis: sed e pluribus unus.
nec quidem in hominem recidit deus uerbum: sed tanq̄ homo apparuit & cu3
sine forma existeret formā subiuit. nōnulli aūt id dictū interp̄tati sic sūt. & for
ma inuentus ut uere homo: quēadmodu3 & iohānes dicit: gloria ut unigeniti

hoc est qualem habere unigenitum decet. ¶ Humiliauit semetipsum: factus obediens usq; ad mortem: mortem autem crucis.) Rursum seipsum ad humilitatem affirmat unigenitum contulisse: ne forte descendisse ad infima existimetur inuitus: occurrent hoc loco molestiores heretici illi & insanabiles: dicentq; ecce subiectus & obediens dicitur unigenitus: at quid illud o insensati: quandoquidem & nos amicis obtemperamus: cum nihil nos reddat interea istiusmodi obsequentia inferiores. & dominus patri obsecutus est uolens: sic enim unitatem perspicuam fecit quam cum patre haberet. est enim filii proprium uenerari parentem: factus est seruus sed mortem subiuit: & quod hac re longe est maius: ignominiosam: mortem autem crucis: hoc est detestandi patibuli quod sontibus dumtaxat & maleficis debebatur.

¶ Propter quod & deus exaltauit illum: & dedit illi nomen quod est super omne nomen.) Cum de carne aliquid deserit paulus: q̃ potest effusius humilia queuis eloquitur: perinde infima queq; carnis admittat conditio: carnem uero ita accipies: ut nihil christum ab ea secernas: uerum quod nomen illi ob humanam naturam contulit deus: nimirum ut filius in carne dicatur & deus: naz & homo dei est filius: sicuti & angelus dixit: quod factum est sanctum: filius dei uocabitur. Istiusmodi autem appellatio uniuersorum nomen excedit.

¶ Vt in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium & infernorum.) Hoc est orbis terrarum uniuersus: angeli insuper & mortales ipsi & demones hūc ipm̄ summissis genib9 uenerabūdi adorēt. ut iusti ipsi & peccatores itidē factitēt. nā & demones eūdē sūt cognituri & inuiti coercebūt: nec ueritatez amplius īpugnabunt. tāetsi añ tēpus istiusmodi faterentur: nouimus te qui sis. ¶ Et omnis lingua confiteatur quoniam dominus noster iesus christus in gloria est dei patris.) Hoc est ut omnes asserant christum iesum dominum eundem & deum: id nanq; patri in gloriam cedit: ut filium habeat: cui omnia subiciantur & pareant. Vides itaq; quemadmodum unigeniti exaltatio patris sit gloria. sic contra huius & imminutio patri ad ignominiam sit concessura. ¶ Itaq; carissimi mei sicut semper obedistis.) Cum laude sunt castigationes inserende ne nimis incessant: sic facile admittentur: iccirco hos laudat paulus carissimos nuncupans & beniuolos sicut semper inquiens dicto audientes fuistis: tanq̃ id dicat: dei filius patri obsequentior fuit. hunc imitamini: & uos insuper: quibus obtemperare maioribus perfacile fuit.

¶ Non in presentia mei tantum: sed multo magis nunc in absentia mea.) Si enim me astante id egissetis: mei forsitan uerecundia detenti. paruisse mox uideremini: nunc uero cum me uel absente uirtuti intenditis: & que uobis presens iniunxeram libenti tam animo exequimini: profecto ostenditis non mei hec gratia sed dei: uos omnia factitare.

¶ Cum metu & tremore uestram salutem operamini.) Non enim ut mihi conducam uos hortor precorq;: ut ita uiuatis: sed ut ea que ad uestram salutem faciunt operemini. cū timore tñ & tremore: tremore ꝟo adiecit ut met9 exp̃mat magnitudinem quo sit operandum: nam dempta formidine nil recti peragi po

test: uerum quo pacto hic comparabitur timor? si christū intellexerimus ubiq
adesse: exaudireq omnia: & cuncta prospicere: nec solum que gesta sunt uel
geruntur: sed etiam que mente & cogitatione concipimus: seruite inquit do-
mino in timore & exultate illi in tremore. sit uestra inquit quod recte agitis:
reconditum conscientia. (Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & p-
ficere.) Cum dixisset timore & tremore: nunc inquit nihil propterea uobis ue-
rendum est: neq enim ut desperetis hec intuli: sed ut sitis cautiores: si enim ca-
uentis & solertiores uos prestiteritis: deus omnia peraget: ipse est enim qui ad
eiusmodi uoluntatem & promptiores facit ut bona uelimus: & animi eiusmo-
di promptitudinem ad finem deducit. operatur autem deus in uobis & uolū-
tatem hoc est suggerit uobis ut que bona sint cupiatis & uestram hanc opti-
mam augebit cupidinem: incendetq ut fiat feruentior: uel aliter: cum uestra
sit deus cepta terminaturus: uos uero ad ea animum intendatis que finem iaz
nacta esse perspicimus: propterea uoluntatem dicit apostolus a deo hanc sug-
geri: exempli gratia: induxeras ipse in animum quod ceperas exequi: si finis
opus hoc tuum subsequatur occeptum: eris promptior ut illud perficias: sin
minus: uel ea saltem que te incesserat quippiam operandi libido: torpebit de-
niq & abscedet. cum itaq constet in deo esse hunc finem: qui uelle hoc nostrū
incēdat: merito dicit in dei esse operationem eiusmodi potestate sitam. uel quia
sic cupiat paulus uoluntatem hanc illis a deo dicit suppeditari: quemadmoduz
& officia & recte facta dona appellat: non liberum nobis arbitrium demēs: sed
uolēs ut gratie deo per nos semper agantur: & illi uniuersa committi: attende
uel hunc dicendi modum: in uobis dixit cum timore & tremore salutem operā-
tibus: nam in istiusmodi deus hominibus omnia operatur: qui uoluntate ad
bonum ducuntur. (Pro bona uoluntate.) Hoc est ut adimpleatur in uobis
quod deo sit placitum: id enim illi optime placet: ut talem uitam degamus
que sibi sit placida: quo circa uel ex hoc potestis considere: est enim deus ad re-
cte uiuendum uobis opem laturus: etsi nullius rei alterius gratia ob id saltez
quia sic uelit. (Omnia autem facite sine murmurationibus & hesitationibus.)
Cum nequeat statim criminator ille que recta sunt facientem interpellare uel
desperationem suggerit uel insolentiam: sin minus: uel querulitatem uel diffi-
dentiam: uel de fide ut ambigat quis suggesturus est: & quoniam acerrime
ephesii temptationibus uexabantur: & periculis erant continuo agitati: ita ut
pleriq precipites in murmurationis baratruz & blasfemie agerentur: sine mur-
murationibus inquit omnia facite: qui enim obmurmurat ingratus esse & ma-
ledicus arguetur: hesitationes autem diuersarum rerum secretionem dicit &
ambiguitatem: quemadmodum cum iussa preponuntur & premia: exempli gra-
tia. si illud egero mercedem sum habiturus: expediet ergo ut ea agamus non
itaq erit in his hesitandum quo minus agantur sed fidenter exequi omnia
oportebit: siue labor sit impendendus: siue sudores fundendi: nihil erit in his
peragendis quoq pacto per nos hesitandum.

(Vt sitis sine querella & simplices.) Hoc est irreprehensibiles &

& immaculati: non enim exigua labes est hesitatio: nec cruciatum dicit: ut ad Corinthios scribit murmurationibus reseruari: quia ut liberos hos non ut seruos alloquitur: audi ergo & que subsequuntur. ¶ Filii dei sine reprehensione.) Serui estis & ingrati obmurmurandi id uitium: fieri enim qui potest: ut querulus sit: qui paternis & suis rebus insudet: & studeat filius: ¶ In medio generationis praue & peruerse.) Noui inquit esse plerosque qui uos impugnent: & ad querimonias cogant. at illud ingentis est laudis cum uel percitus quispiam nihil conqueritur. ¶ Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo uerbum uite continentes.) Vt enim faces in tenebris splendent: sic ipsi estis inter obliquos & tortuosos: quippe qui & erecti consistitis & luci studetis: sermonem autem uite habentes: hoc est uite semen adepti iam estis: uel quia quemadmodum faces collucent & quasi sui fulgoris fomento: uitam corporibus reddunt sic uobis omni studio est enitendum: ut uirtutis loco hominibus sitis: que uitam de se possit prestare. ¶ Ad uitam meam in die christi.) Tanti sit inquit uestra hec uirtus: ut non solum uos traducere possit ad uitam: sed & me clariorem efficere: in christi aduentu. ¶ Quia non in uacuum cucurri neque in uacuum laboraui.) Id enim mihi ad gloriam cedet: quod tales uos & tam breui erudiendo reddiderim: ut haud frustra mihi in uobis insumptus sit labor.

¶ Nam & si immolor: supra sacrificium & obsequium fidei uestre: gaudeo & congratulor omnibus uobis.) Et si moriar inquit mortem enim immolationem appellat: immolor namque supra sacrificium & obsequium fidei uestre: hoc est cum antea uos in sacrificium deo & obsequium obtulissem: & fideles effecerim: nequaquam ut mortuus merore conficior: sed letor equidem & uobiscum una afficior gaudio: gaudio quidem quia offeror immolandus: gratulor uero quia fidem uestram non secus ac sacrificium aliquod deo ipse obtulerim.

¶ Id ipsum autem & uos gaudete.) Id scilicet quia estis per me hunc in modum oblati. ¶ Et congratulamini mihi.) Quia cum sim immolandus incredibili iocunditate afficior. ¶ Spero autem in domino iesu timotheum me cito mittere ad uos. ut & ego bono animo sim cognitus que circa uos sunt.) Quemadmodum & reliqua solet sic timothei apostolatum christo demandat: confido enim inquit in domino ut quemadmodum ex meis his litteris perdidistis: que mecum gerantur: utque prouectum sit euangelium christi & aduersariorum facta omnia contra eorum opinionem processerint: sic ipse bono animo sim futurus consolarique uos in posterum queam cum certior fuerim per timotheum ad me redeuntem effectus: quemadmodum & uobiscum agatur.

¶ Neminem enim habeo tam unanimem qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit.) Poteram inquit uel alium quempiam ad uos ipse transmittere: sed nullus erat ut iste mihi unanimis: hoc est animo meo conformis: qui parem curam uestris in rebus nil secus ac ipse ego prestaret. qui sincere hoc est paterno more uestra curaret. aduerte quam diligenter hic prospiceret philippensibus. quamdequidem etsi minus sibi ad illos concedere licuisset: alios transmittebat: ne ullo tempore uacarent qui ad fidem erudirentur. ¶ Omnes enim que sua

ſunt querunt non que ieſu chriſti.) Hoc eſt propriam quietem conquirunt & ocium ſinguli: & in tuto ut ſint: nemo enim alius tantum itineris ſuſcepiſſet: hec autem inquit ut timotheum ipſum collaudet: caſtigetq; audientes ne ocia querant. nam qui eiuſmodi appetunt nequaq̃ que chriſti ſunt querunt. prochdolor q̃ longo a chriſto interuallo diſtamus qui eius gratia niſi qȯ gratum ſit & oblectet ducimus tollerandum. ❡ Experimentum autem eius cognoſcite quia ſicut patri filius mecum ſeruiuit in euangelium.) Vtar inquit & uobis hac in re teſtibus: ut ille mihi tanq̃ parenti operam ſuam preſtiterit: nec ſolum in his que corporis ſunt miniſterium prebuit: ſed etiam in euãgelio predicando: is itaq; ſiue quia ut filius mihi ſeruiuit ſiue quia ſit dei miniſter: merito eſt honore dignandus: hunc in modum apud philippẽſes cõmendatiorem hunc facit: neq; adeo ob timothei profectum gaudet paulus: q̃ illis congratulatur: quia ex huius ſermone plurimum ſint profecturi: ſi modo paruerint & maiora ſint premia habituri. ❡ Hunc igitur ſpero me mittere ad uos. mox ut uidero que circa me ſunt.) Vt uidero inquit quẽ finem ſint que mecum aguntur denique habitura: ſtatum hunc ad uos mittam. ❡ Confido autẽ in domino quoniam & ipſe ueniam ad uos.) Non enim inquit q; me ad uos uenturum deſpe rem timotheum nunc mitto; ſed ut antea dixi ut reſciſcam quemadmoduz uobiſcum agatur: & ita iocunditate afficiar. aduerte autem ut ſuum acceſſum deo ſemper permittat: inquit enim cofido in domino: hoc eſt ſi dominus uolet.

❡ Neceſſarium autem exiſtimaui epafroditum fratrem & cooperatorem & cõmilitonem meum.) Laudibus & epafroditum dimittens proſequitur: ſicuti & timotheum proſecutus eſt: ratione ut dictuz ẽ nõ abſimili cooperatori preſtat cõmilito: cooperatur enim & operam aliquis preſtat: in rebus tamen nullius diſcriminis: conmilito uero in admodum periculoſis: & in quibus de uita agitur & ſalute. ❡ Veſtrum autem apoſtolum & miniſtrum neceſſitatis mee mittere ad uos.) Hoc eſt eum quem ad me tranſmiſiſtis uobis dono & remitto: ꝑ hũc enim epafroditum tranſmiſerant philippenſes paulo neceſſaria: uel ueſtruz apoſtolum inſtructorem dicit & magiſtrum. ❡ Quoniaz quidem omnes uos deſiderabat uidere: & meſtus erat propterea q; & audieratis illum infirmatuz morti proximum.) Cum ueſtram ille in ſe caritatem pernoſceret: quia merore eſtis ob egritudinem eius affecti: cupiebat uos uiſere: ut triſtitia liberaret: quam ob eius ualitudinem conceperatis: excuſat preterea & cauſaz affert cur longo poſt temporis interuallo: ad eos dimittat apoſtolos: ſubinde dicat: non factum negligenter: nam timotheuz qui compar mihi animo eſt: ad id temporis apud me ipſe detinui: epafroditus uero quia morbo correptus eſt: & ideo ſe nõ ante hac ad uos contulit: fuit enim eius longior ęgritudo & morti propinquior.

❡ Sed deus miſertus eſt eius.) Heus tu o manichee quidnam ad hec reſpondebis: ſi enim mundus nequior eſt: & prauum eſſe quicquid in eo uiuitur & ſentis & aſſeris; quo nunc pacto apoſtolus dei miſerationem appellat: fuiſſe epafrodito permiſſum: quatenus adhuc uita hac potiretur. nihil habent profecto ad hoc qȯ reſpondere poſſint heretici: q̃rant preterea & chriſtiani: ſi bonũ eſt diſſolui & eſſe cum chriſto: cur miſericordiaz dei eſſe hãc uitã dicat apoſtolus

num quia epafroditus alios edoceret: & q̄ multas esset deo animas allaturus: si plusculū superfuisset: quod sane magis ē necessariū: q̄ solui hoc corporis nexu: & cum christo uersari ut dictum est supra: uel pleraq; paulus ad communem audientium gratiam loquitur: & non ubiq; quod uerius est philosophatur: erat nempe illi ad homines uitę huic deditos sermo. qui & mortem ad huc formidarent: alioquin & bona est per se presens hec uita: nam quo alias pacto cruciatus loco: mortes reponit immaturas: inquit enim propterea infirmi inter uos sunt & dormiunt multi: neq; enim uita futura falso dicitur bonitate prestare: q; nihil in se habeat bonitatis: sed bone prefertur ut potior. ¶ Non solum autem eius sed etiam mei.) Attende quēadmodum uel ob id etiam ueneratione dignum reddat Epafroditum: siquidem hunc ex egritudine conualuisse pro collato in se beneficio ducat. ita ut tanq̄ misericordia sit ipse dignatus. ¶ Ne tristiciam super tristitiam haberem.) Hoc est ne tristitiam quam ex Epafroditi non ęqua conceperam ualitudine: si mortem obiret: & aliam comparem.

¶ Festinantius ergo misi illum ut uiso eo iterum gaudeatis.) Hoc est nil distuli quin hunc destinarem ut eius conspectu a uobis meror omnis abscederet & maiori letitia cum exinsperato rediret afficeremini. ¶ Et ego sine tristitia sim.) Sic enim & ipse ero mestitia subleuatus: letaborq; maxime cum uos eritis letiores: neq; enim uobis merentibus: expers ipse meroris fuissem: nam quis infirmatur & ego non infirmor. ¶ Excipite itaq; illum cum omni gaudio in domino.) Hoc est scđm deum admittite: & ut illi est placidum & quemadmodum sanctos decet: hec autem paulus inquit ut philippensibus magis conducat. quandoquidē maius sit beneficia conferenti q̄ accipienti propositum lucrum. ¶ Et eiusmodi cum honore habetote.) Ne uideatur huic & uni honorem nunc impartiri: commonefacit ut cum eo & reliquos qui pari fuerint uirtute ornati: & uenerentur & prosequantur honoribus. ¶ Quoniā propter opus christi usq; ad mortem accessit: tradens animam suam.) Epafroditum hunc miserant ad paulum pilippenses: ut illi necessaria deportaret. is itaq; Rome paulum comperit in discrimine summo reseruari: unde & periculum sibi impendebat non mediocre paulum adeunti: utpote cui esset imperator infensus. is itaq; his periculis omnibus paruifactis paulum conueniebat: & illi ad uite necessitatem omnia suppeditabat. quod sane nunc dicit. aduerte autē quēadmodum non mei gratia sed ob dei opus hunc dicat morti se obiecisse: neq; enim per eum stetit: quin morti succumberet: sed dei dispensatione effectum est: ne hac uita defungeretur.

¶ Vt impleret id quod ex uobis deerat erga meum obsequium.) Vos inquit nequaq̄ rome nunc estis ut uel corpore ministrandi mihi officium prestaretis: tametsi necessaria transmisistis. in hoc itaq; & si uos defuistis ut uestris manibus mihi transmissa porrigeretis: epafroditus uestram uicem ministrando suppleuit. ęquum est igitur ut plurimum a me beniuolentię uendicet: ut qui mihi per uos destinata & detulerit: & ministrarit. Aduerte autem quemadmodum rem ipsam obsequium nuncupet: ut ostendat qui per quietem & ocium uitam hanc transigunt opem debere periclitantibus ferre. & qui minus id egerit: priuari hoc officii genere: nec secus q̄ si publicis deesset muneribus.

¶ Decetero fratres mei gaudete in domino.) Quoniã in merore hi erãt qa nõ/
dũ de paulo quicq̃ resciuissent & ignorarẽt: queadmodũ p̃dicatio ipsa ꝓueheret
neqꝫ ut se epafroditꝰ ex ualitudine haberet: auditu qꝫpiaꝫ ꝑcepissẽt: soluit hec
paulus: & eos molestia liberat: cũ euangeliũ prouehi dicit: & se uenturũ affir/
mat: & epafroditũ insuper ad se remisisse. inquit itaqꝫ gaudete: nulla nanqꝫ of/
fertur occasio ut uestrum hoc gaudiũ possit nte ripi: atqui galatas filios ap-
pellauit: quia emendatione indigebãt: hos fratres: quia honorifice ad eos hec
& leniter disserit. recte autẽ dixit in domino: nam in huius seculi rebus nullum
est gaudium: sed pressure ac mala que pro domino tolleramus: plurimũ letitię
afferunt. uel eo uobis est gaudendum: quia dominus factu facilia cunctis iunx
it. ¶ Eadem uobis scribere: mihi quidẽ non pigrum, uobis autẽ necessariũ.)
Postq̃ laudes plurimas in eos congessit, mox & commonefacit ne a principio
grauis & molestus appareat. ¶ Videte canes.) Erant ex iudeis nõnulli qui se
christianos mentientes: sub ea simulatione euangelium predicabant & iudaica
interserebant nõnulla: & quoniã facile internosci non poterant: propterea ui-
dete inquit: hoc est cauete ne lateant istiusmodi. Canes olim gentiles dicebant̃
nunc iudei: ut petulantes & mordaci: & ueritatis lucem impudentius oblatran
tes. ¶ Videte malos operarios.) Hoc loco abstinet filios nuncupare: canum
enim plenqꝫ dominorum inhiant mensę: alii domos custodiunt: hi uero & si
operantur in prauis tamẽ & turpibus operam suam impendunt: auelluntqꝫ &
dissipant: que diutius sunt bene plantata. ¶ Videte cõcisionẽ.) Hoc est qui cir
cũcisi sunt. olim nanqꝫ magni apud iudeos circumcisio ista fiebat: & in honore
erat nõ mediocri quandoquidẽ ob hanc uel sabbatum solueretur: nũc uero cuꝫ
frustra sit & inanis iam reddita: nil aliud prefert q̃ concisionem hanc ipsam.
non enim legitima est circũcisio: sed caro preciditur tantum: uel quia ecclesiaꝫ
canes illi temptabant ut circũciderent. ¶ Nos enim sumus circumcisio: qui
spiritu seruimus deo.) Si conquirenda inquit est circumcisio in nobis hanc cer/
te comperietis qui spiritu hoc est qui mente tota & animo deo seruimus: nam
qui animam circũciderit hoc est uitia ex animo demet: hic profecto nobile ad-
modũ circumcidendi nactus est genus: & eo magis quo animus est corpore po
tior: neqꝫ enim dixit in nobis est circũcisio: sed nos circumcisi sumus: circumci/
sio enim ornata uirtutibus: uere hominem prefert. ¶ Et gloriamur in christo
iesu non in carne fiduciam habemus.) Quid inquit utrum horum est satius: in
christo nos gloriari qui corda nostra hec circumcidit: & ad filiorum dei inge/
nuitatem per lauacrum ipsum deducit: an in carne iactari: hoc est quia circum/
cisi sint superbire. ¶ Quanq̃ & ego habeam confidentiam in carne.) Si essem
inquit ex gentibus oriundus: iure forsitan quispiam diceret circumcisionem
hanc me improbare ut qui iudaica caream: nunc uero hanc ipse sum nactus
quam uel gloriam dicitis uel in carne fiduciam: quo fit ut nequaq̃ ipse sim ues/
tra hac apparenti nobilitate priuatus: alioquin ipsius gratia ueritatis circumci
sionem huiusmodi & condemno & improbo.

¶ Si quis alius uidetur confidere in carne ego magis.) Aduerte pauli
p̃rudentiam & minus sint que dicit molesta: neminem nomine patefacit.

sed cum inquit si quis uidetur alius: ostendit alios se ut hec diceret compulis/se: uel quia nequaq̃ ceteri tantã essent quantã ipsi in carne fiduciam assecuti. uel quia circũcisionis confidentia nihil in se ueri haberet: sed appareret duntaxat. ¶ Circũcisus octaua die.) quod maxime animo inerat: circũcisionẽ preposuit: die uero octaua cum inquit: arguit nequaq̃ se prosellitam fuisse. ¶ Ex genere israel.) Hoc est neq; ex prosellitis progenitoribus sed israelitis: e quibus originẽ duco. ¶ Tribu beniamin.) Hoc est ea ex tribu que ceteris esset testatior. quippe cuius ex sorte sacerdotes cõstituuntur. ¶ Hebreus ex hebreis.) Superius dixerat ex probationibus iudeis sum ego potest nanq; concedi ex israellitico genere quẽpiã esse: nec tamẽ ex hebreis hebreum. hebrei nanq; esse desierũt pleriq;: qui cũ prę frequentiori cum gentilibus habita assuetudine redditi sũt hebraicę fere lingue ignari ita ut nec satis scripturas ipsas callerent. ipse inquit hebreus sum, hoc est & formã seruo & ingenuitatẽ: unde sic infert. ¶ Scd̃m legem phariseus.) Cum inuitus hec cuncta narraret: ut sit circũcisus uidelicet sit & genere israellita: & isthusmodi reliqua: nunc ultro que optime gessent explicat dicens: scd̃m legem phariseus: hoc est in legis disciplina. erat eni3 apud iudeos phariseoꝝ secta omniu3 probatissima. ¶ Scd̃m emulationẽ persequẽs ecclesiã dei.) Cum essent & pharisei non admodũ legis emulatores: quippe qui ad ostentationẽ pleraq; factitabãt: tantopere inquit legis zelo urgebar: & adeo uehementi: ut christi ecclesiã insectarer. ¶ Secundum iusticiam que in lege est conuersatus sine querella.) Erant enim pleriq; qui eiusmodi zelo: non pro lege tutanda & maiorum traditionibus obseruandis: sed principatus uel glorie gratia ducerentur: iccirco paulus inquit: quia cum culpa uacem nec sim scd̃m legis iustitiam incusandus: qui fieri potest: ut humane potius rei cuiuspiam gratia: non dei zelo ecclesiam sim persecutus. ¶ Sed que mihi fuerunt lucra: hec arbitratus sum propter christum detrimẽta. ueruntamẽ existimo omnia detrimentum esse. propter eminentem scientiã iesu christi domini mei.) Hoc loco prosiliunt qui legem criminantur heretici: dicuntq;. Ecce & paulus legem damnosa3 ducit: quippe quã detrimentum appellat & purgamenta: quo ergo pacto crederetur a deo fuisse hec promulgata: primũ equidem dixerim agendas deo gratias fore q; spiritus sit dispensatione effectum: ut hi legis uerba nõ secus acciperẽt ac ad eoꝝ facerent utilitatem & propriam sententiam cederent: q; si ita nõ ess3 oblitterassent iam illa ut alia pleraq; deleuerunt: proinde aduerte nequaq̃ simpliciter intulisse detrimentosã esse hanc legem: sed arbitratus sum detrimentũ hanc esse. perinde dicat nihil hec habet in se detrimenti: quippe que ad christum sit preuia: si recte sit cognita. uerum etsi ante hac ipse legis huiusce non ęquiorem fuissem & ueram cognitionem adeptus: mox ut ueritatẽ percepi ad christum concessi: uisa deinde mihi lex est q̃diu hanc praua interpretatione sectabar: iacture fuisse & damno: quia christum interea non adierim: est nanq; suapte natura lex ipsa lucrum: si recte hanc fueris interpretatus. Aduerte autem quemadmodum nequaq̃ dixerit quam ipse lucrum existimo: sed que erat in lucrum. Enimuero plurimum nobis lex ipsa coducit utpote que seruitate homines liberet & ad pietatem instituat. & perinde scalę nobis est loco quę

que ad uitam traducat. ut itaq; qui per scalam inscendit non hanc aspernatur
quin potius gratias agit ꝙ eam ad scandendum sit nactus: nam si hec defuisset
nequaq̃ illi quo primum intenderat patuisset ascensus: ita & lex cum esset lu-
crosa: nunc ipsi damnosam existimamus: non ꝙ damnum aliquod iferat sed qa
hanc propria gratia superet magnitudine. Vt enim qui argentum inuenerit &
aurum deinceps occurrat: nec retinere utrunq; liceat pro detrimento: mox dux
erit argentum seruare: quin statim aurum capiet. sic etiam pro detrimento lex
ipsa habetur: si uos a christo subtraxerit. ꝙ si ad christum deducet nihil offu-
tura est quin magis iuuabit. Nec olim inquit dispendium legem existimaui: sed
etiam in presenti identidem sentio: cur illud? quia gratia ipsa longe plurimum
legem excedit. uides queadmodum legem cum gratia comparauerit: fit autem
comparatio in similibus genere: & quod prestiterit: nō sui absimili prestet. quo
fit ut lex scientia sit: sed inferior longe christi cognitione. quinetiam & lucerna
lucem prebebit haud tamen eiusmodi solis est splendor: & pro luce tamen ha-
betur. ¶ Propter quem omnia detrimentū feci & arbitror ut stercora: ut chri-
stum lucrifaciam.) Propter christum inquit detrimentum sum ipse perpessus:
hoc est iacture fore mihi reliqua omnia existimaui: uel quia uniuersa ob christū
ammiserim. uides queadmoduz nihil natura lex ipsa afferat: nisi christi ob gra-
tiam: detrimenti nondum tamen perspicuum fecit cuius rei gratia omnium iac-
turam hic fecerit ni forte bonorum fortune & seculi huius dixerimus: ꝙ si de
lege hec illum dixisse intelligimus: neq; hoc pacto iniuria legi infertur. atqui
palee frumenti sunt purgamenta: que & frumentum tutantur & illi afferunt
firmitatem: his demptis nec triticum ipsum constabit. quo enim modo sine sti-
pula uel calamo illud consistet. alioquin emergente frumento & lecto: resident
inutiles palee. sic gratiam lex ipsa & obfirmat & facit testatiorem uerum tamē
cum gratia apparebit: nequaq̃ amplius erit legis huiusce scriptis manendum.
¶ Et inueniar in illo non habens meam iustitiam: que ex lege est: sed illam
que ex fide est christi: que ex deo est iustitia.) Ne habeam inquit meam iustiti-
am que ex legis operibus comparetur: perinde ex his fuerim iustitiam hanc ip-
sam adeptus: neq; enim ex operibus iustitia ulla proficiscitur: quia neq; ex his
conflari hec potest: sed per christi fidem iustitiaz adipiscar: que ex deo est: hoc
est diuinum munus per gratiam iustos credentes efficiens: si enim inquit cor-
de credideris & ore quod creditum per te est profiteberis saluus fies. dona au-
tem illa diuina longo interuallo ceterorum utilitatem officiorum excedunt: que
hominum studio comparantur: ut triticum detrimenta illa & paleas superat.
¶ In fide ad cognoscendum illum & uirtutem resurrectionis eius.) Ergo
per fidem erit & dei cognitio: qui enim potest mens ulla humana uel cogitatio
resurrectionē illā cōplecti? profecto nulla: quin potius fides uel sola hāc cōtem-
plabit̃. si resurrectio igit̃ fidē pcipit̃: quo nā pacto q̄d maiꝰ ē natiuitas ipa po-
terit cogitatōe ꝯphēdi: uerū si q̃ras quomodo hec p̄stātior sit: sic respōdebo: qa
q̄multa extiterāt resurrectionū argumenta & signa: nā uel ante christi resurrec-
tionē fuere pleriq; a mortuis excitati: ex uirgine uero preter christū alius nemo
progenitus est. est ergo ex fide dei iustitia: hoc est illi innititur & pro fundamē

to hanc habet: uirtutem autem dixit resurrectionis: quia ingens resurrectionis uis est quin etiam hec resurrectio magnas nobis uires suppeditat: ut id iter & nos prosequamur. ¶ Et societatem passionis illius.) Persecutiones inquit tollerando & pressuras: malorum que perpessus est christus participes & ipsi efficimur. si igitur prorsus diffideremus haud quaq̃ nos esse cum christo celesti imperio potituros: nunq̃ profecto tot ac tanta subiremus tormenta: intelligas autem uelim illum precipue pro indubitato habere christum resurrexisse: qui eius gratia penas tollerat & cruciatus. ¶ Configuratus morti eius.) Hoc est cōparatus: nam quēadmoduʒ christus pro nobis mortalibus perpessus ē mortem: sic ipse pro christo uincula & carcerem tulerim: nam persecutiones & mala que patior: mortis huiusce pre se ferunt figuram. unde uel ex eiusmodi passionibus christiani nos reddimur. uides quanta sit in pressurarum tollerātia dignitas. ¶ Si quo modo occurram ad resurrectionem que est ex mortuis.) Quid igitur o paule si nihil penarum tulisses non ne tibi resurgendum fuisset? uelim equidem resurrectionem hoc loco eam intelligas: que & cum gloria sit futura: & in aerem subleuet. sunt nanq; omnes resurrecturi: haud tamen in nube omnes subleuabuntur: sed in terris iudicis aduentū operientur: sancti uero tollent̃ in aera: obuiam domino processuri. intelliges autem ex rerum consequentia q̃d gestum est. mortuus inquit est christus: & ipse morior: resurrexit ille summa cū gloria: studeo & ipse & maxime nitor ut resurrectionem hanc consequar gloriosam: attende uiri huius modestiam: qui cum tam optime multa gessisset: fuissetq; supra celos sublatus: quasi resurrectione hac indignum se iudicat si quo modo inquit occurram: nonduʒ enim ait confido. tanta huic humilitas inerat: quod & alibi dixit: qui credit se stare: uideat ne cadat. & ne forte aliis predicās ipse reprobus efficiar. ¶ Non q; iam acceperim aut iam perfectus sim.) Dixeram si quo modo occurram: idipsum itaq; affirmans sic inquit eo nanq; subdubius sum utrum sim occursurus: quia nondum acceperim brauiuʒ nec finem adhuc sim optatum adeptus. ¶ Sequor autem si & comprehendaʒ: in quo & comprehensus sum a christo iesu.) Adhuc inquit in agone sum & decerto: adhuc inq̃ insector: si liceat forsitan mihi & brauium & finem comprehendere moxq; arguens ex debito se id agere: infert huiusmodi: quoniaʒ & a christo cōprehensus sum. hoc est ipsum me qui olim ex numero perditorum existerem: & eorum quibus fuisset salutis spes omnis sublata: insectatus est christus: cōprehenditq; se fugienteʒ: & retraxit: obstringor itaq; & ipse tam diu hunc persequi quoad comprehensum detineam. significantius autem sequor dixit: nam q alium insectatur uel cariora queq; preteriens: nil aliud studet q̃ eum prehensare cuius gratia iter accelerat: debemus igitur omni nisu: & sine interpellatione ulla ad christum contendere. ¶ Fratres ego me non arbitror comprehendisse.) Postq̃ plurimum Philippenses collaudauit: nunc compressurus quam de se presumpserant forte oppinionem sic inquit: ipse equidem quem tanti facitis: & uester instructor: nequaq̃ existimo omnem mihi comparasse uirtutem: querat aliqs cur alibi inquit cursum consummaui? id sane de eius fine ac morte predicat.
¶ Vnum autem: que quidem retro sunt obliuiscens: ad ea uero que sunt ꝑora

extendens meipsum.) Vnum inquit nunc molior: & circa unicum illud eni/
tor: ut semper proficiam: preteritarum uero uirtutum nil reminiscor: nec me/
moria repeto benefacta: retrorsumq; & post tergum illa relinquo: ita ut nullaz
decetero habeam recte factorum recordationem. sic enim persequor que ante
me sunt: ut semper existimem hec mihi ad perfectionem deesse: & quousq; tan/
dem cepta peregero a cursu nunq̃ desistam: extendens autem: hoc est priusq̃
ipse comprehendam manibus tenere quod cupio: studeo: solent nanq; & q cur
su contendunt: eos qui multa pernicitate mox prouehuntur a medio curreculo
sic intercipere: ut proni & manibus protentis retrahant quos cursu nequeunt
preterire. quod utiq; ex summa quadam fit pregrediendi cupiditate. ¶ Ad
destinatum persequor ad brauium superne uocationis dei i christo iesu.) Haud
quaq̃ inquit temere curro sed ad metam cursum intendo: uerum quam metam
uel brauium dicit: uocationis certe superne palmam incorruptibilis scilicet &
celestis: est nanq; in terris certamen propositum: cuius in premium in celis co
rona seruatur: solent nanq; & seculi huius imperatores certatores eiusmodi ma
ioribus quibusdam honoribus prosequi. quippe quos de loco superiori uoce p̃/
conis adscitos coronant. ut autez christi ope fieri uniuersa demonstret sine qua
nec perfici cursus queat: in christo iesu inquit: id est eius opitulatione & adiu/
mento. ¶ Quicunq; ergo perfecti sumus hoc sentiamus.) quod illud: ut prete
rita scilicet obliuioni mandemus: decet nanq; qui sit perfectionem adeptus im
perfectum se ducere: hec enim est uera illa perfectio: que sibi minus confidit.
¶ Et si quid aliud sapitis & hoc uobis deus reuelabit.) Hoc loco certiores hos
reddit: deum cunctis opitulari: subinde dicat & si putabitis recte omnia pere-
gisse: uobis tamen uel nesciis patefaciet deus quod fieri oporteat. hec autem d
uite perfectione sunt dicta: quinetiam: ne arbitremur perfectos nos esse.
¶ Veruntamen ad quod peruenimus ut iddem sapiamus & in eadem perma/
neamus regula.) Interea inquit quod ipsi perfecimus teneamus. concordiam
scilicet uel pacem: uel istiusmodi aliquid. & in eadem regula permaneamus: hoc
est fide eadem: & hisdem terminis ambulemus: & quemadmodum nec adicit
quicpiam nec adimit regula: ita & uos spiritus iussa nil immutetis. ¶ Imitato
res mei estote fratres & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam
nostram.) Dixerat supra uidete canes: abegitq; philippenses ab eis: nunc uero
recta incedentibus copulat: id enim designat cum inquit obseruate hoc est uo/
bis prospicite & ueluti exemplar aliquod uetus & formam hos ipsos qui recte
incedunt attendite: & eorum ductu formamini: utq; & me pro forma habetis
ita & illos uos obseruate: neq; enim uerbis dumtaxat hos instruebat: sed uite
melioris prouectu: seipsum formam paulus exhibebat. est quippe perfecta doc/
trina: factis exequi: quod docemus. ¶ Multi enim ambulant quos sepe dice/
bam uobis: nunc autem & flens dico.) Horum nullum nomine patefacit ne
eos incessat: sed ita iam indicat: ut possint facile internosci: cum ait quos sepe
dicebam: nunc uero quia propagatum est malum & passim diffusum: neq; hos
sine lacrimis possum commemorare: uides quanta in proximuz sit huius affec/
tio: non enim is sua facinora deplorabat quippe qui nihil commiserat: sed illos
deflebat: qui per luxum & lasciuiam degerent uitam. ¶ Inimicos crucis xp̃i.)

Erant nonnulli: qui christianos se simularent: per ociumq̧ & qetez & luxũ du
cerẽt uitã nihil euãgelio ĩsudãtes: hos utiq̧ paulus crucis ĩimicos appellat: qp/
pe que animã ꝯrat q̃ sit ad mortẽ intẽtior: & ad obeũda ꝑicula sitibũda. hi ꝟo
solutiores cũ essent uitã agebãt a sua lõge alienã: si enĩ crucis ꝺsiderio tenerẽt
studerẽt qdẽ & ipsi uitã ducere cruci herẽtẽ tormẽtiq̧ & amaritudinis plenã.
nil itaq̧ affici admiratione debemus: si hi q̃ dediti delicijs sint & uite presẽtis
ocio qetiori addicti: crucis sunt hostes & xp̄o ĩsensi. ❡ Quoꝝ deꝰ uẽter est.)
Hũc enĩ ut deũ colũt: huic ꝑpetuo obsequunt̃: & faciunt satis: affatim ĩgerũt
qꝺ ille exposcit: hoc ingurgitato ꝓrumpũt ĩ uenerẽ. de uẽtris hoc cultu: facit
& alibi apostolus mẽtionẽ cũ ĩqt: edamꝰ & bibamus & cras moriemur. ❡ Et
gl'a in cõfusione eoꝝ.) Nonnulli de circumcisiõe dixisse hec paulũ asserũt: quã
iudei glorię ducerẽt cum ignominiosa res esset: sed lõge secus se habet: nã isto/
rum in delinquẽdo arguit ꝑtinatiã: quos supra cõmemorauit: esset enĩ inquit
necesse ut cõfusione & uerecundia afficerent̃: qui prauis abstricti sunt facinori/
bus: hi uero contra glorię ducunt peccata. ❡ Qui terrena sapiunt.) Hi quidez
pro deo uentrẽ sunt nacti: qui spiritale nihil aut celeste meditant̃. ❡ Nostra
autem cõuersatio in celis est: vnde etiã saluatorẽ expectamus dñm nostrum
Iesum xp̄m.) Debemꝰ itaq̧ que celestia sunt sentire & sapere: & ad nostrã su/
periorẽ patriã illam contendere: ubi nobis est uersari & uiuere cõstitutum: Ibi
nanq̧ & dñs noster & imperator iam residet: vnde eundẽ ad nos descensurũ pa
terna gloria & sanctis angelis comitantibus: Expectamꝰ: dz itaq̧ uobis & cę
lum esse formidini: & xp̄i ꝑsona. ❡ Qui reformabit corpus humilitatis nr̃e.)
Multa nunc patit̃ corpus: constringit̃ nanq̧ & uapulat: & infinitis est malis
obnoxium. & ideo humilitatis corpus: hoc dicit: nã & corruptioni subiectũ est
& doloribus: hoc tñ transfigurabit̃: hoc est idipsum ꝑmanens in corruptione
obducit. ❡ Configurat̃ corpori claritatis sue.) Cum igit̃ corpus humanũ ꝑ/
simile sit xp̄i corpori redditum: nã & ęque patit̃ mala: & tolerat cruciatus: fu/
turum est certe ut illi & gloria fiat: & claritate conforme. Heu quid inqt illius
corporis fore corpus hoc nr̃m assimile: quem angeli uenerent̃ adorentq̧ ad pa
tri dexterã assidentem: cuius & corpus gloria & claritate effulgeat: & adeo fo/
re terreũ hoc corpusculum glorificanduz: ut diuinum illud splendore & maiest
ate exequet̃: ergo si orbis terraꝝ uniuersus una defleret: qui tanta ex gloria di
labuntur: & excidunt; hauddubie merito deploraret. ❡ Secunduz operationẽ q̃
possit etiã subiicere sibi omnia.) Quoniã rem sane magnã hic ꝓtulit & multis
pene incredibilẽ: sic inqt: nihil diuidas: habet nãq̧ deus uirtutem: qua omnia
operatur: & angelos sibi subiecit & demones: cum itaq̧ maiora hęc fecerit:
longe magis & id qꝺ minoris est, faciet. Multi deum hic dicunt & patrẽ sibi:
id est xp̄o oĩa subdidisse: qꝺ tñ cõsequẽs minus uidet̃: cum nullum supius
de pr̃e fecerit mentionẽ: rectius itaq̧ erit ut de xp̄o dictum intelligamꝰ: vt q
pro diuinitatis potentia sibi subiecit: hoc est corpori suo uniuersa: neq̧ enim
uerendum est: ut christum ex uno multiplicẽ faciamꝰ: quem, & si in nature di/
uersitate: unum tñ nouimꝰ & tenemus. ❡ Itaq̧ fratres mei carissimi et deside
ratissimi gaudium et corona mea, sic state in dño carissimi.) Itaq̧ et si hos de/
bacchari perspicitis luxuiq̧ et glorie esse aditos. Vobis tñ prestandum est; ut

statis spe certioribus: habituros nos tandem hanc corpoꝝ gloriã: neq; icirco ullam in partē declinãdū. unde q̄ uariis laudibus hos ꝓsequat̄: nã & fr̄es apple lat & carissimos dicit: desideratissimosq;: hoc est aliquãdo ꝑ me conquisitos ĩ uentos demũ & uisos: nec gaudio solũ esse hos sibi ſ corone affirmat: q̄ nihil est gloriosius decertanti: nõ enĩ iqt possũ nõ iocunditate expleri: cũ fidē cõtē plor & palmã ꝓspicio quã ur̄i gr̄a sũ cõsecutus: hos itaq; ꝑusq̄ cõmonefaceret laudauit & cõmonefactis laudes ĩgessit & alias: tãti hos paulus faciebat.

etiã causa tollero: ut per tollerantiam uobis huiusmodi queam ꝓdesse. ¶ Et adimpleo ea que desunt passionũ xp̄i in carne mea.) Insolentis uidenť & despe-ratis hec dicta: alioq̄n ingenti sunt ĩ xp̄m caritate referta: uult enĩ colosensibꝰ p suaderē: adhuc ꝓ ipsis filiũ pati: tãq̄ id ĩqat: ñ enĩ p nos ĩpos apostolos: s̄ p filiũ ad deũ uos deducemini: tã etsi uix uideať fieri hoc ĩteruẽtu: quocirca qđ nã fa cinus p uos atrox admittiť ut ab eo deficiat: q ul' ei9 post obitũ diẽ uĩi ob g̃ tiã patiamur. qđ aũt dicit tale ẽ: si enĩ esset ꝓ uobis xp̄s penas luere obligatus abiretq̄ ñ debitũ redditurus: ipse ego id omne ꝑsoluerẽ: nec sec9 se hic habet apostol9: q̄ faceret miles qspiã ꝑfecti loco relict9: lõgi9 z pegre ꝓficiscẽtis: q ĩ statibꝰ ĩimicis: uicẽ absẽtis gerẽs: creditã sibi phalãgẽ pugnãdo acrius: & tuen-do: & ꝑncipis locũ fuet: & uulnera principi debita: ipse ultro exciperet. ideo aũt q̄ desunt dixit: ut arguat tãtã xp̄i fuisse in nos caritatẽ: ut nec debitũ omne ꝑ-soluisse se credat: & tãq̄ nec sat̃ sint que antea tulerit: s̄ post mortẽ etiã n̄ri g̃-tia patiať: & ĩ meo corpe hoc ẽ in mei corpis passione: neq̄ enĩ morte dũtaxat sua côtẽt9: q̄n & ĩfinitis nitiť modis ut facere satis nobis ꝓ eius desiderio q̄at nequaq̄ igiť hec se ut efferat paulus dicit: s̄ xp̄m ut arguat adhuc colosesibus ipsis ꝑpicere: & ceteris simul: q eius fidẽ exceperint. ¶ Pro corpore eius qđ ẽ ecclia.) Cũ diceret & si ipse patior: xp̄i tñ hm̄oi nõ mee sũt passiones: suis dict̃ auget fidẽ: atq̄ ꝓ corpe eius hec fiũt: nõ itaq̄ iactãtis esse s̄monẽ hũc ducite s̄ eius q nihil acciscere sibi & copulare ecclĩã dedigneť. credite igiť ad huc illuz in mea hac carne ꝓ ecclĩa pati: q̄ si xp̄i corpus ecclĩa ꝑfert: & illi ẽ ꝓculdubio mact̃a: cur angelos in mediũ ipsi ꝓducitis: & unitatẽ hm̄oi ĩtercīditis. ¶ Cu-ius sũ factus ego minister.) Ostẽdit hic se & si hm̄oi ministerio fũgiť: nil tñ ex se cõfecisse. q̄ si ipse ĩqt minister sũ: cur angelos inducitis? ¶ Scđm dispẽsatõez dei q̄ data ẽ mihi ĩ uobis ut ĩpleã uerbũ dei.) Dispẽsatõez dei ul' iõ dicit qa p9 eius ille assũptõez nos ad euãgeliũ ꝑdicãdũ reliqt: ne uos abs se derelicti ĩ des-perationé aliquã ueniretis: ul' illud ĩfert uidelicet. ꝓpterea ille omniũ maxime ut ecclĩã ante hac infectaret ꝑmisit ut postmodũ fides ꝑdicãti mihi maior ad-hibereť. ul' qa ñ opera ipse aut uirtutes q̄sit: s̄ fidẽ dũtaxat & baptismũ: qđ sane sũma q̄dã ẽ dispẽsatio: nã qs unq̄ fuisset salutẽ adept9: si opera ipsa depos cerenť: uel dei dispẽsatõez simpliciter que ĩ eos fuerit sibi cõcessa q ex gẽtibꝰ es-sent gratiã dicit & sufficiẽtiã: qbus donasset se de9: ut gẽtes illumĩaret. nã ob tenebratis ul' ĩsẽsati ul' ꝑuicacibus ipsis ꝑsuadere ut uerũ dogma admitterẽt: haud sane pauli uiriũ erat s̄ dispẽsatõnis diuinę: quẽadmodũ enĩ in [illegible] passiones xp̄i esse ostẽdit: sic dei affirmat officiũ esse: ut in his ĩpleat qđ p se ꝑdicať. cũ uero ĩplere dicit: arguit aliqd illis deesse. intelliges aũt hoc loco p dei dispẽsati onẽ ministeriũ ipsũ significari: cui9 s. inquit capaces estis effecti. deus nãq̄ cũ uniuersa dispẽsatõe q̄dã efficiat: uel id ꝑcipue per dispensationẽ effecit: ut ĩ pñ-ti potius ministeriũ pandereť: cũ futurũ esset ut illud exciperẽt homines. nuga ces itaq̄ hi deprehẽduntur & uani: qui ideo uidentur offendi: quia in postre mis temporibus christus filius afferatur nos oblaturus.

¶ Misterium quod absconditum fuit a seculis & generationibus.) Differens quibus simus ipsi bonis dignati: aliud quiddam maius ostendit: q̄ neq̄ ex ꝑ-ori seculo quispiam qui nos ętate multa ꝑcedat hec ipsa didicerit: & mysteriũ

dicit quod nulli esset nisi deo pcognitũ·nec simpliciter occultatũ sꝫ absconditũ dixit: ut qđ in dei archanis reconderet a seculis aũt hoc ē abusq; inicio. ¶ nũc aũt manifestũ est sanctis eius.) Hec sane diuina ē dispensatio qa recens sit illđ manifestũ: neq; factuꝫ ē dixit: sꝫ manifestuꝫ: aliogn neq; in pñtia cunctis ē palã id factuꝫ: sꝫ eius sanctis: quo fit ut illud adhuc aliis pdicet: cauenduꝫ itaq; ne uos illi seducãt: q mysterii huius sũt & dispensatõis ignari. ¶ Quib9 uoluit de us notas facere diuitias glorie sacramẽti huius in gentibus.) Ne forsan id ro ges: cur solis hoc sanctis nec ceteris patefactum mysteriũ sit: quib9 uoluit sta tum subiecit: illius autẽ uelle nec temere fit nec ratione caret: poterat tñ dignis nõ sanctis dicer: qđ eo fecit: ut cũ gr̃e se obnoxios scirẽt humiles potius psistẽt q̃ si merito id se assecutos uiderẽt, glorie ducerẽt: ut magis rei ipsius exprimat magnitudinẽ: nequaq̃ simpliciter dixit mysterii gl̃am significasse gr̃e opulẽtiã qđ mysteriũ pcipue gẽtibus cognitũ est: sicuti & alibi dicit: gentes aũt in miseri cordia: uidet autẽ & in aliis deus extolli sꝫ in his maxime qui lapides insensibi litate excedũt: cũ lapides ipsos adorãt & reptantia colũt· quos utiq; p sua cle mẽtia ad fide uocauit. necsecus eũ gentibus agit q̃ faceret quispiã: qui cane ar reptoꝫ rabie efferatoꝫ scabieq; & plagis pene ĩmobili: eundẽ mox hominẽ reddat & in humanã traducat effigiẽ: statuatq; in regio throno: plus sane esset ea ex re glorię uẽdicaturus: q̃ si in homine modicis facultatibus: & nõ penitus erum noso: mirũ id facinus ederet. recte autẽ huius mysterii dixit: sunt nanq; & mis teria alia pleraq;: hoc tñ & pcipuũ & uerius est: qđ nulli ē cognitũ: & pter ho minũ opinionẽ uidet: ut gentes scꝫ ad se christus asciuerit. ¶ Quod ē christ9 uobis spes glorie.) Interpretando quod illud mysteriũ sit: xp̃m dicit hoc esse: uel xp̃i cognitio: que uobis inest: qđ sane cũ hoꝝ ul' laude explicat: ut magis eos alliciat. perinde dicat: si xp̃s inesse uobis iam constat: cur ipsi angelos be neficos dicitis? est autẽ & gr̃e spes: qa p ipsum speramus gloriã cõsequi sẽpiter nã. uel quia spes nr̃a sit xp̃s qui gloria prestans sit: & cuius nil pudere nos pos sit. ¶ Quẽ nos annuntiamus.) Nos inquit nõ angeli hunc pdicamus: quo er go pacto uos angelos habetis ministros? ¶ Corripientes omnẽ hominẽ & do centes in omni sapientia.) Non enim ipsi aut iubendo aut cogendo queq̃ ĩstrui mus: id nanq; diuinę est bonitatis & rectitudinis: ne quẽ inuitum & uiolenter ad fidem ducamus: sed monitis & doctrina. aduerte quẽadmodum castigare & cõmonefacere factis sit & operibus alios admonere: docere uero diuinis dũtax at decretis eniti. ¶ In omni sapiẽtia.) Quis enim ualeat alios tanta hec edoce re: quanta opus est sapientia. est autem sapientia quedam que in sacris litteris constet: quedam que meditãdo etiam comparatur: quedam que uel a gẽtili bus ipsis petatur: quemadmodum apud Athenienses apostolus de ara incog nito deo dicata deseruit. ¶ Vt exhibeamus omnẽ hominẽ pfectũ in christo iesu.) qd illud hominẽ omnẽ? ita qdẽ id nitor uniuersos mortales redder pfec tiores qđ si min9 succedat nil m̃ offecerit pfectũ aũt ñ ĩ lege dicit seu ĩ angelis sꝫ ĩ xp̃o iesu: hoc ē ĩ xp̃i cognitõe. ñ enĩ lex ipa pfecta ē. ¶ ĩ q̃ ꝫ laboro certãdo) Laboro dixisse haud cõtẽt9 & cẽtãdo adiũxit: ue & uigilãtiã pferat & abstinẽ tiã quãdã acerrimã & reliq̃ se seruasse ostẽdat: qb9 solẽt certaturi studere. sinta q; ipse ut bona uobis cõtingãt: operã & laborẽ ĩpendo: quãto magis & ipse tã

tūdē debetis laboris insumere: ut certando uictoriā referatis. ¶ Secundū operationē eius quā operat̃ in me in uirtute.) Cum laborē cepisse se diceret: arguit utiq; hunc ipsum esse diuinū. nā illi inquit qui id laboris ad tollerandū mihi sufficit uires: sic placitum est: quēadmodum & in principio dixit per uoluntatem dei. ostendit preterea a multis se impugnari: tunc nanq; dei uirtus patebit cum plurimi fuerint qui mihi obsistant. ¶ Volo enim uos scire qualem sollicitudinē habeam pro uobis: & pro his qui sunt laodicee: & quicunq; nō uiderūt faciem meā in carne.) Cum sit de dogmate iam disserturus: plurimam eius in colosenses aperit beniuolentiam: ut apud hos gratiam ineat: & acceptior sit. nā eo inquit decerto: ut & uos tuear: & ne eos nbturbet perinde ut imbecilli & aliena indigeant ope: & laodicenses adiecit & alios qui eius non uiderint faciē: in carne arguens illos frequenter in spiritu sese spectasse diuinitus: quē in carne: hoc est corporaliter nunq̄ uidissent. ¶ Vt consolentur corda ipsorum instructi in caritate.) Iam tandem dogma aggredit̃: & ita ut neq; illud prorsus incuset: neq; omnino calumnia liberet: en nanq; inquit decerto ut corda uestra admodum consolentur & in caritate conueniatis: hoc est ut unam ad fidem cōcordes sitis & iuncti. & unū omnes ut sentiatis: non necessitate & ui: sed caritate & ultro: Id uero heresum gratia protulit que discidia pariūt.

¶ Et in omnes diuitias plenitudinis intellectus.) Hoc est ut nulla in re ur̃a hesitent corda & ut in omnibus intellectus: hoc est mysterii ipsius cognitio abunde certior sit: neq; eni; ad diuitias simpliciter dixit sed ad omnes: nec me inquit id latet perceptum esse per uos sensu & mente mysterium: sed illud dūtaxat nunc quero ut de hac uestra cognitione & sensu ubertim certior fiam. uel quia sapienter uelim ut mysteriū id teneatis non insensate & temere. ¶ In agnitione mysterii dei & patris christi iesu.) Quod illud est dei mysterium: nimirum ut filii ductu non angelorum patrem nos adeamus. ¶ In quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi.) Hic solus certam habet reruz omnium cognitionem: si itaq; solus hic sapiens: quia omnium gnarus. ergo ad sapientiam debet illi ascribi: quia postremis non primis temporibus uenerit. cuz autem thesauros dicit: sapientię magnitudinem exprimit: cum uero omnis: nil asserit illi esse incognitum: absconditi demum cum intulit: eudez pretendit & solum cunctorum habere cognitionem est itaq; inquit ab eo sapientia & scientia efflagitanda. ¶ Hoc autem dico ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonis.) Iccirco enim id dixerim: quia uniuersa soli christo & notiora sunt & apta ut nemo uos uerborum lenocinio: & sublimitate: ornatu scilicet & comitate & elegantia quadam dicendi. quid enim si afferat quispiam que ad persuadenduz plurimum ualeant: ipse uero sit omniū prorsus id est ueritatis ignarus: id sane nihil est aliud nisi captiunculis quibusdam & sophismatibus niti. ¶ Nam & si corpore absens sum: sed spiritu uobiscum sum.) Vt autem orationis contextū hic sectaret̃ dicēdū itaq; fuiss; & si carne absū uł corpe: spiritu tñ deceptores hosce ↄspicio: s̃ i laudē diuertit sermonē sic īquiens. ¶ Gaudēs & uidēs ordinez nr̃m & firmamētū ei9: q̄ in xp̄o ē: fidei ur̃e.) Hoc ē optimā fore īstitutōz hāc ur̃az nihil diffido. qppe q ñ mō ab īstituto suscepto nil excidistis: s̃ nec ur̃m qspiā ordinē hūc ꝑturbauit aut ↄfudit: fidei ur̃e firmamētū: hoc ē obfirmatā ur̃az

& immobilem fide; tanq̄ instructa acies aliqua sit qui ab his seruaretur: ordo
& institutio: caritate mutua oïa obfirmāte. nec ulla īter hos essent discidia: qm
etiā fides ipsa p se uelut firmamētū; aliqđ est: que prauos ꝓhibeat cogitatus
subire: qui dissentiones pariāt nutabundis & uariis. ❡ Sicut ergo accepistis ie
sū xp̄m dn̄m nr̄m.) Nihil inqt alienū ingerimus: quodcūq; enī accepistis: illđ
exigimus: christū sc; iesū & dn̄m: nō angelos quos non p̄dicauimus. ❡ In ip̄o
ambulate.) Ipse nanq; est uia que ductat ad patrē: nolite angeloꝝ occeptum
id iter incedere: hoc enī nō eo traducit. ❡ Radicati.) Hoc est cōstanti gradu
perstetis: neq; enī nunc xp̄o fuerit nūc angelis inherēdū: nā qđ semel ualidis
& altioribus fūdatū fuerit radicibus: transferri nō poterit. ❡ Et sup edifica-
ti in ipso.) Ostēdit eos qdē fuisse collapsos: eo q; fore sup xp̄i fundamēto in-
staurandos. ❡ Et cōfirmati in fide.) Hoc est firmiter deū per fidē cōplexi: nō
captionibus uel suasibili ulla oratione. ędificiū nanq; & structura: & si sint fun
damentis īposita que oneri sustinendo minus sint firma: fallunt qdē & collabū
tur. ❡ Sicut & didicistis: abundātes in illo in grāꝝ actione.) Iterato hoc si-
cut apponit: ut & si aliud nihil effecerit pudere tn̄ hos cogat ut uel fuimet fal-
tem uerecundia teneat: qui & didicissent qđ seq deberēt: cū autē sicut & didi-
cistis inqt tanq̄ ꝓ fundamēto disciplinā subiecit: abundātes uero: ꝓ iniecta fū
damētis & mole: nō itaq; eoꝝ transcendendus est dogmatū limes: quoꝝ ipsi
acceperitis formā: s; ꝑficiendū in his potius erit & gloriandū: affatim p̄terea
& gratias esse fidelibus nobis deo agēdas ostēdit: q; tāte nos gratię dignos
effecerit: nec nr̄o id esse ꝑfectui ascribendū: q; ea simus dignati. ❡ Videte ne
quis uos decipiat per philosophiam & inanē fallaciā.) Hoc est cauete p philo-
sophię nomē uos quispiam fallat: qđ quia celebre est & uulgatius; & apud ho-
mines huius sūma sit auctoritas facile decipit: tanq̄ id dicat: hi enī q uos circū
uenīūt philosophia nitunt̄: que cū honestatis plurimū p̄ se ferre uidet̄: & ianē
fallaciā adiecit. ē p̄terea aliud quodā decipiendi genus rectius tn̄: nec fraudu-
lentū: de quo isaias meminit ingens: decepisti me dn̄e & deceptus su;. cuiusmo-
di etiā uel illud fuit: cū uisus ē Iacob isaac decepisse: que deceptio nequaq̄ dicē
da erit fallacia sed dispensatio quedā. ❡ Secundū traditionē hominū.) Vides
quēadmodū p uaria humana quedā hominū sensa & cogitat9 captōes eiusmōi
emanarint eoq; & hereses dicunt̄: qa hominū sint uarie sentiētiū opiniones: s;
christianoꝝ hec fides nequaq̄ humano aliquo sensu uel iudicio cōstat: & ideo
nec nomē aliqđ sortita est istiusmodi: ut heresis diceret̄. ❡ Scđm elemēta mū-
di & nō scđm xp̄m.) Ordit̄ tādē dieꝝ & tēpoꝝ obseruatōes refellere: mundi
elemēta solē & lunā appellās: qbus dies uident̄ & tp̄a uaria cōditione cōstare:
nec dieꝝ dixit obseruatōe; s mūdi elemēta sic enī & orbē uniuersū cōplectit̄:
& recordat̄: ut dieꝝ hāc obſuātiā magis ac magis ianē esse coarguat. q; si mū-
dus ipse oïs nihil fuerit. lōge magis minoris erūt & elemēta hec facienda: & di
es: nō scđm xp̄m: id ē q̄ nequaq̄ ꝓ xp̄i sūt uolūtate: qn potius uł si xp̄o ptim
esset īseruiēdū: ptim his elemētis: neq; hoc qdē pacto his esset obtēperādū: q̄
uos ī p̄riti oïo a xp̄o seiunxerint. istiusmodi aūt obſuatōes nō gētiliū modo: sed
iudeoꝝ etiā ritib9 cauebāt̄: fit itaq; ut ex philosophia ille hec a lege defluxerit.
❡ Quia ī ipso īhabitat oïs plenitudo diuinitatis corporaliter.) Hoc ē qđcūq;

deus est uerbuꝫ:in ipso habitat:ſ ne forte inhabitasse hunc audiens existimes habitãdo & opatũ esse:quẽadmodũ & ꝓphete solebãt:ĩ qbus deus ĩhabitabat ſm qð scriptũ ẽ.& inhabitabo in eis & inambulabo:corporaliter scꝫ adiunxit: hoc ẽ nõ operatõe aliq̃ sed substãtia & tanq̃ corporat9 & substãtia una existẽs: cũ carne assũpta:uľ põt hoc modo ĩtelligi:uidelicet tãq̃ in corpe cũ inhabitat aĩa:corpe qdẽ hec uiuit substãtialiter & ĩseperabiliter ac sine ulla admixtõe.aĩa tñ ipsa corpore excedit corp9 dũ moriť.deus aũt uerbũ nũq̃ a carne assũpta se iunctus ẽ:qn & in sepulchro aderat illi:eandẽq; ipse & ĩcorruptã ſuabat:ad inferosq; descẽdẽs cũ carne hac erat.siue igiť ꝑdicans:siue cũ iclusos ĩferni claustris:& detentos,iã solueret iunct9 erat diuinus cũ corpore anim9: uľ tũ etiaꝫ cũ uolũtaria morte decessit. ¶ Et sitis in illo cõpleti.)Nil ĩgt minus uos estiſ adepti:q̃ ille haberet:qn & diuinitate uos estis oppleti:in illo hoc ẽ ꝑ ei9 carnẽ assũptã:nã cũ esset nr̃a natura deo cõiuncta:& nos sumus diuinę illi9 effectu ꝑticipes.ubiq; paulus nitiť xp̃o nos facere ꝓpinqores:sicuti & alibi cõgregauit nos inqt & incõcessũ recepit:in celis in xp̃o & alias itẽ:si sustinebimus inqt & simul sumus & regnaturi:coheredes ꝑterea & aliis in locis appellat. ¶ Qui est caput oĩs ꝑncipatus & potestatis.)Haud quaq̃ ꝑinde cõsubstãtialẽ hũc ponit ſ tãq̃ supiorẽ & causantẽ.cur ergo inqt hoc ipso omisso ad angelos cõfugistis? tãq̃ ad patrẽ adeundũ duces:quoꝝ iste sit caput.his nãq; apostolus dictis itersecat:dissoluitq; quã ceperãt colosenses de angelis opinionẽ. ¶ In quo circũcisi estis circũcisione nõ manu facta.)Bñficiũ sane & admirãdũ inducit:cũ estis inqt in xp̃o uos circũcisi:neq; enĩ mortali manu ſ spiritu sãcto talis fit circũcisio:nec partẽ aliquã:ſ uniuersũ hominẽ circũcidit. ¶ In expoliatõe corporis peccatoꝝ carnis in circũcisione xp̃i.)Ibi qdẽ pudendũ illud uirile circũcisione retegiť:carneo illo uelamine dẽpto:hic uero corp9 hoc nr̃m omne; expoliať nudatq;:qa peccata demuntť:q̃ ꝑ carnẽ cõmittim9:circũcisionẽ itaq; istiusmodi ñ lex ipsa ꝑtẽdit sed xp̃s:cũ nos in baptismo ueteris uitę & peccato obnoxię: & carni penitus deditę:denudet & spoliet. ¶ Cõsepulti ei in baptismo.)Q ð circumcisionẽ hic dixerat id nũc sepulchrũ appellat tãq̃ maius lõge q̃ circũcisio sit assũtur9:neq; enĩ illud abiiciebať iã circũcisũ:ſꝫ corruptũ depdebať:q igiť baptismo abluiť;xp̃o cõtumulať:qa tertio mergiť:qð utiq; & dñm ꝑfigurat triduo sepultũ fuisse:emoriťq;:quo ad ueterẽ hominẽ & peccatorẽ. ¶ In quo & resurrexistis ꝑ fidẽ opatõis dei:q suscitauit illũ a mortuis.)Nõ solũ inqt xp̃i sepulchrũ:qn & resurrectio ipsa ꝑ baptismũ ꝑtendiť:quo modo! ꝑ fidẽ nimirũ: naꝫ cũ fide certiori tenebimus suscitãdi deũ habere hãc facultatẽ:nobisq; eã ad reꝫ argumẽto:hoc fuerit,q; xp̃m a mortuis excitarit ꝓfecto bifariã iã resurrexim9 tũ qa resurrectionẽ speram9 q̃ spe,uidemur & si futura sit illa esse iã, hãc ipsaꝫ adepti:tũ qa ꝓcul a nobis ꝑ spiritũ mortẽ eiicim9:que ex peccati opib9 ĩminebat,qð clari9 ĩ sequẽtib9 explicabit. ¶ Et uos cũ mortui essetis ĩ delict; & ꝑputio carnis ur̃e.uiuificauit cũ illo.)Xp̃s siqdẽ ĩqt cũ corporalẽ mortẽ subiissꝫ a pr̃e uitã recepit:ñ qa mortẽ hãc ipse sibi suppeditãdi facultate careret: sed qa ad pr̃em oĩa referũť:qð aũt seipm suscitasse ꝑspicuũ sit:ĩ triduũ ꝑdixit tẽplum hoc suscitabo:& alibi.iterũ iqt ꝓbuit se uiuũ post passionẽ suã.uos uero q sceleꝝ mortẽ subistis:& ĩ ꝑputio estis; hoc ẽ magnũ in modũ que carnis sũt sapiẽ

qđ sane nobis attulit mortem: ad uitam estis cum christo redacti. nam ut ille surrexit: sic ipsi q spiritu estis a morte iā excitati: & corpore resurgetis. basilius autē mortē hanc ita īterpretat. ob praua enī inqt facinora morti estis & cōdēnationi adiudicati. ¶ Donans nobis oīa delicta.) Que scz mortē efferebāt: taq̄ id inquiat: aduertite: qbus uos malis xp̄s exemerit: que uobis merito debebant. ¶ Delens q adversus nos erat chyrographū decreti qđ erat cōtrariū nobis.) Cū illū dixisset nobis peccata donasse: ne forsā existimes illa & pmanere & patere adhuc pmisisse: nō ita inqt se habet: sz hoc delictorum chyrographū ille obliterauit: chyrographū uero uel cōfessionē ipsā intelligamus: uel eiusmodi aliqd q̄le illud fuit: qđ apud moysē cōscripserat populus: asserens se quecūq deus mādasset: facturū. futurūq dicto audientē: uel pactū dicit: qđ deus cū adā hunc in modū pepegerat: q̄cūq die ex eo comederis morte morieris. hāc qdē diabolus pactionē chyrographi loco obseruabat: que adeo nobis est aduersata: ut respirare nil fuerit. id itaq xp̄s decreto abrasit: id est fide: neq enī id omne operibus ullis: sed fidei dogmate sublatū est. ¶ Et ipsum tulit de medio affigens illud cruci.) Nec solū inqt deleuit: sed e medio substulit: hoc ē ne uspiā appareret chyrographū illud effecit: nec nobis cōtulit sed illud cruci affigens dilacerauit: qđ pculdubio ē liberi aīo dimittētis īditiū. oēs nāq eramus peccato: & penis obnoxii: cū ipse q nil cōmisisset tormentis & cruciatibus p nobis affectus in cruce nr̄a peccata dissoluit: & penas: in eaq & chyrographum scidit.

¶ Expoliās pncipatus & potestates.) Potestates demonicas inqt: uel qa his esset humana natura circūuallata: uel qa xp̄s ipse homo effectus: humanitatem hanc tanq̄ occasionē habebat: q̄ posset cōprehēdi: hac occasione ubi se spoliauit incōprehēsibilibus hisce īuētus ē potestatibus: nā etsi naturā acceperat peccatis obnoxiā: hanc tn̄ sine peccato seruauit. ceterū id omne sic potes pdiscere. enim uero diabolus ex duobus hisce: uoluptate scz & tristicia: humanā naturā sue ditioni subegerat: unde & dn̄s eandē hāc naturā suscepit ut p nobis ipse aduersus principatus hmōi & potestates obluctaret. ommitto queadmodū initio statī postquam eius sāctissimā carnē assūptā: illas cōtriuent: quādoqdē & sine uoluptate conceptus sit: & sine mestitia genitus. at ubi & natus ē: & ad uirilē euasit ętatem a uoluptatis illecebris ptētatus: & ī monte a gule uitio: mox & diuitiarum appetētia & glīe cupiditate: cū demon hūc pſens suadēdo hec essz agressus: sic xp̄s p nobis uictoriā retulit: deinceps tristitię morbo tēptatus: cū mille artibus studeret tēptator ille eundē īducere ut pximo q̄q auersaret: cū illi p scribas & phariseos īsidiaret. uel p hos ipsos: q̄s bn̄ficiis affecisset: qđ qdē exeq cū nequisset: cruci tādē maiores artes molit9 affixit. xp̄s uero nil adeo ad ea deflexit animū que aduersarius cuperet ut etiā p se patibulo suffigētibus: sit patrem precatus. sic igit in cruce demū & principatus ab se procul abegit & potestates. uñ nos illis in libertatē qui ab his eramus aduersarius circūuenti tanq̄ nature eiusdem participantes deniq uendicauit. ¶ Traduxit confidenter.) Hoc est demonem ipsum confudit: neq enim adeo unq̄ ille confusus est: quippe cum christum habere in sua potestate operiret uel alios quos habebat ammisit. confidenter & publice: hoc est spectantibus uniuersis: enimuero totis uirib9 si liceret conaret diabolus: christum hominibus suadere: mortem non obiisse. id enim maxime

hunc ipsum peruicit ac perdidit: q̄ homo qui innocens esset & nil deliqsset: ul-tro subiisset & mortē: eoq̄ & hereses innumeras sectasq̄ hominū: & rectioribꝰ decretis praue sentientiū in posterū excitauit: qui christū p̄ imaginationē & p̄stigia quedā asseuerarent uita hac excessisse. cui tam praue oppinioni ut occurreret dominus: perpeti mortē propalā uoluit: resurgere uero nullis uisentibꝰ: q̄a resurrectioni testimoniū esset tempus posterū allaturū: mortē uero testari nisi presentes deinceps poterat nemo. ¶ Triūphans illos in se ipso.) Hoc est ī cruce demones deuictos ostendit. triumphus nanq̄ ei decernit̄: qui deuictis hostibus cū uictoria remeans: pompā publice ducit: ostentans catenis constrictos quos uicerit. In cruce itaq̄ tropheū statuens dominus: tanq̄ in publico aliquo theatro: quo maximus sit cū romanorū: tum gentiliū & iudeorū concursus: de demonibus triumphauit. Si igit̄ nō angeli pro nobis: sed christus ipse mortuꝰ est: quo pacto illud astruitis: per angelos uos ipsos ad patrem deduci. ¶ Nemo ergo uos iudicet in cibo & potu: aut in parte diei festi aut neomenie: aut sabbatorū.) Ad hūc usq̄ locū subobscure & in enigmatis modū: id dixit nemo uos furtim seducat: nunc uero apertius: quandoq̄dem & beneficia explicauit. q̄ si huiusmodi iam estis bñficia nacti: cur uos minoribꝰ & tā paruis obstringitis: nolite ergo hoc ferre: ut quisq̄ in uos sententiā ferat. tanq̄ iudaice obseruatōis preuaricatores: in cibis & potibus: Vel ex eo quidē hos laudat: q̄a iudaicas illas & superuacaneas cautiones dissoluerit. in p̄te aūt diei festi dixit: q̄a nō oīa obseruare hi auderēt: nā & si sabbata custodiebāt: negligentius tñ: ut pote q̄ christianos ritus precipue sectarentur. ostendit autē & inanē fore obseruationē que nō integre custodit̄: ex eoq̄ & obseruatōis ipius sūmā dissolui: nā si factu id optimū uideret̄: p̄fecte oīa seruarent̄. ¶ Que sunt umbra futurorū.) Noui testamēti dicit futura: erāt enī quo ad uetus illud & tūc tēporis īstans: futura cuius ueteris & tēpus adesset. ¶ Corpus aūt xp̄i: nemo uos seducat.) Nōnulli corpus hoc aūt xp̄i dicunt: in eoq̄ & cōtextū termināt orōnis: p̄inde sic paulus sentiat uetera q̄dē oīa ꝓ umbra sūt: corpus aūt xp̄i: christi ueritas ē: q̄d ergo erit necesse: umbrā corpore ipso p̄sente tenere: alii uero in unū cōtextuꝫ hec nectūt: ut ita intelligamꝰ: corpꝰ aūt xp̄i: hoc est nos q̄ xp̄i corpus sumus: nemo seducat hoc est palma emerita fraudet: q̄d greci catauraueuin dicūt cum penes aliū uictoria fuerit: alius tñ surripiat brauiū: uos itaq̄ inq̄t diabolū deuicistis: & illi estis superiores effecti: cur ergo rursus uos ipsi peccato subiicitis: legem obseruādo que iustificare nos nequeat & alioq̄n que cōprehēsos uos teneat: cū xp̄s ipse nō lex uictoriā tulerit: apud eūq̄ & palma sit necesse est q̄ uictor euasit: & apud uos qui xp̄i corpus p̄fertis: cur igit̄ hanc palmā xp̄o & uobis iam debitā: legi defertis: liquet enī si iudaicos ritus seruamus: & legē in dominā nos habituros: p̄ eamq̄ & saluos fore ducamus necesse erit. sed cū ea que legis sunt ꝓ umbra habent̄: que uero christi: ꝓ corpore capiunt̄: erat quidem prius umbre insuescendū: uire ergo postremis tēporibus carneꝫ ille assumpsit: ut nos ad patrē traduceret. ¶ Volens in humilitate & religione angelorum que non uidit inambulans.) Cum colosensium animos perculisset: ut qui & fraudari hos & tēptari dixisset: mox illud infert hereticum dogma: inquit q̄ uolunt quidem umbratili quadam & apparenti humilitate uos & fraudendo & temptando h

aggredi:seductores enim huiusmodi indignuȝ esse dicebãt unigeniti maiestate ut eius uos ductu ad patrem concederetis:& maius quiddam id esse q̃ humana paruitas ferat:unde & inquiunt rationi magis est consentaneum:angelos dicere hoc deducendi ministerio fungi:sic & angelorum hauddubie & cultum inducebant & religionem profitebantur:suadebantq; minus peritis:ut illis intenderent & ad patrem adeundum ducibus uterentur:qui nobis attulissent salutẽ. cunq; & angelos ignorarent:& quousq; illorum progrederetur officium:haud secus certiora de his astruebant ac illorum habuissent cognitionem. ¶ Frustra inflatus sensu carnis sue.) Frustra quisq̃ in dogmate & carnali magis q̃ spirituali mente effertur:quo enim pacto non carnosi cuiusdam & crassi fuerit ingenii christi dicta enixe adeo improbare? ut illud:sic enim deus mundum dilexit ut filium suum tradiderit pro hominibus:& rursum & pro eis ego me ipsuȝ deuoueo & animam meam pono pro ouibus meis & alias oues habeo:& illas oportet me adducere & alia huiusmodi multa. in apparenti autem superius dixit humilitate:quia ut dogmatum auctores superbiunt hi occursantes & pertinaces: nec uera ediscere patiuntur. confirmant preterea ipsorum decreta:non humilitate qua carent:sed quia esse supra hominem iactant:fuisse unigenitũ nostri gratia mortem perpessum. ¶ Et non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones sũministratum crescit in argumentum dei.) Nequaq̃ inquit qui decernit huiusmodi:continet caput:hoc est filium:ipse nanq; angelorum est caput:ut qui cuncta condiderit:est preterea uel totius ecclesie caput:& si ratione eadem:tum precipue quia illius corpus nos sumus:& ille nostrorum membroruȝ factus est particeps:tum etiã quia ex eo corpus uniuersum ecclesie constat. & simpliciter esse hoc habet & bene esse:& si ab eo exciderit quispiam:perit illico ut enim uitalis spiritus a cerebro in reliquum corpus per neruos diffunditur: & a capite ipso sensibilitas omnis & motus deriuat:sic & ecclesie corpus a christo subministrat̃:hoc est:ab eo & uitam accipit & spiritus incrementum. quod utiq; omne:tunc haud dubie ecclesia hec adipiscitur:cum spiritus illi nexus est & impactus:is nanq; per nexum quendam & iuncturas:incremẽta suppeditat itaq; si non uinciretur corpus cum capite:nec illi quidem congruere hoc ẽ correspondere ualebit:nec spiritus ipse suppeditabitur:nec dei incrementum: hoc est optime uite profectus nullus accedat. ¶ Si mortui estis cum christo:ab elementis huius mundi:quid adhuc tanq̃ uiuentes in mũdo discernitis?) Per baptismum inquit christo cõmorientes uite omni superiori demortui estis: ita ut nil amplius uobis sit elementis:quorum olim ditionem subieratis:inseruiendum cur ergo hoc tempore haud secus q̃ priorem uitam degentes:his estis subiecti: quippe qui satis sitis edocti:que prospera que ue sinistra sit dies & huiusmodi reliqua que utiq; a gentibus & cauentur & obseruantur: aduerte autem q̃ eos stultitie arguat:uituperetq;:cum decernitis inquit:perinde dicat nec secus ac pueri per lusum solent:dicaciores uos agitis:qui pridie nati & nuper instructi sint. in cõcessũ enĩ uenistis ut sẽtẽtias de dogmate pferatis:sanciatisq; qd factu sit necessariũ. ¶ Ne tetigeritis neq; gustaueritis:nec contrectaueritis que sunt oĩa in interitu ipso usu.) Vel aliã quãdã istorum pducit supuacaneã obseruatõeȝ q; ab escis nõnullis iudeorum more abstineant:& caueant gentiũ ritu; dies ac tpa

uerum ut quorundam deprimat inſolentiam: qui noua quedam decernunt de-
creta: ſic inquit. neqꝫ enim magni hec fieri debent: que ad corruptionem utenti/
bus rediguntur: comeſa nanqꝫ & in aluo corrupta: per receſſum defluunt & di
labuntur: quo fit ut neqꝫ proſint hec ſuapte natura: neqꝫ officiant. ¶ Secunduꝫ
precepta & doctrinas hominum.) Nequaꝙ̄ hec diuina ſunt inſtituta: ſed homi/
num iuſſa: quid ergo non ne & dei doctrina eſt lex? fuit quidē. ſed olim quo ad
tempus eſt nacta: nunc uero minime: utpote que nullum ultra habeat tempus
uel quia hac lege ſeniores illi apud iudeos abutebant᷑: cum preter legem mul-
ta iniungerent: quēadmodū in euangelio meminit dominus: uel hominum doc
trinam: gentium diſciplinā interpretat᷑. ¶ Que ſunt rationem quideꝫ habentia
ſapientie in ſuperſtitione & humilitate & non ad parcendū corpori. non in ho/
nore aliquo ad ſaturitatem carnis.) Rationē ſunt hi ſapientię conſecuti: nil tñ
uel uirium habent: uel ueritatis: uidetur autē decreti huius & inductor: pieta/
tem quandam pre ſe & moderantiā ferre. & corpus cum ab eſcis abſtineat: par
uiface e: tametſi deus honorem & corpori detulit: & cibos conceſſit & alimeta
ut his caro exſatiata pſtaret & uolens uiciis imperaret. hi uero haud quaꝙ̄ ho/
non ſice corpore ipſo utuot᷑: quippe quod poteſtate priuant & arbitriū dimunt
nec ſinunt ut ſponte ſui ipſius imperium teneat. ¶ Si conſurrexiſtis cuꝫ chriſto
que ſurſum ſunt querite ubi chriſtus eſt in dextram dei ſedens non que ſuper
terram.) Cum per baptiſmū dixiſſet chriſto eſtis cōmortui: tacite dedit intelli/
gi quia & ſimul eſſent cum chriſto reſurrecturi: baptiſmus nanqꝫ quemadmo/
dum mergēdo mortem denuntiat: ſic emerſione ipſa reſurrectionē figurat. nūc
uero illud cōplectitur: ſi conſurrexiſtis cum chriſto neceſſe eſt: ut in celo & uoſ
ubi ille aſſidet patri ad dextram: diuerſemini: quo in celo nulla eſt uel dierum
uel temporum obſeruatio: ſunt preterea uobis & celeſtia ſapienda: non terreſ/
tria hec. eſcarū nanqꝫ & tēporum cautiones: terrenis conſtant preceptis: nec ſa/
tis habuit paulus que in celo ſunt dicere & ubi chriſtus conſiſteret: ſed in dex
teram dei ſedet adiecit: ut magis ac magis animū nobis a terrenis hiſce diſiun/
gat. ¶ Mortui enim eſtis a uita ueſtra abſcōdita eſt cū chriſto in deo.) utriqꝫ
hos urget per uitā ſcꝫ & mortē: & preparat ne conquirant preſentia: eſtis eniꝫ
mortui inquit inferioribus hiſce rebus: eoqꝫ nec terrena uobis hec ſunt depoſ/
cenda: contra uero & uobis ſubdit in ſupernis eſt uita: itaqꝫ & celeſtia ſapite.
contendit enim id patefacere: ut qui celeſtibus in bonis conſideant: aliam quan
dam degere uitam oporteat: que & in deo ſit ſita: & nuſꝙ̄ appareat: utqꝫ nec cri
ſtus ipſe nūc uiſitur: ſic nec ueſtra inquit uita patebit: cur ergo que ſub aſpec/
tū ueniunt queritis? his autem paulus ſic confirmatis preludit: ut de moralita
te mox diſſerturus. Conſueuit nanqꝫ cum adortus alia ſit: alia tranſilire. quēad/
modum & ad Corinthios: cum de preuenientibus in cenis & comeſſationibus
haberet ſermonem: ſimul & in myſteriorum traditionē incidit. ¶ Cū aute xp̄s
apparuerit uita ueſtra tunc & uos apparebitis cum ipſo in gloria.) In ſecundo
aduentu appariturus eſt chriſtus: & uniuerſis offert ſe deus: cum gloria & an/
gelorum comitatu aduētās: tunc demū & ipſi patebitis: nec quideꝫ ſimpliciter
ſ eadē in glīa. illū igit᷑ querite nō pſeotē hunc diē: in eo inꝙ̄ aſſequi uitam. om
ni ſtudio adnitamini: tunc enim ueſtra que uera eſt uita: palā fiet: preſens nāqꝫ

mors est·quia e fluxus refluxusq; constant corruptione:nolite hoc in seculo ul' glīam uel honores efflagitare·cū in celo nr̄a oīs futura sit glīa.latet eni & margarita q̄diu coclea occultat̄:illa refracta ꝓpriū uirtutis emittit fulgorē· & nos itē q̄diu corruptibili hoc corpeē imorādū:debem9 ut latitātes nl glīe q̄rer̄·at ubi corruptibile hoc dissoluet̄: tūc & glīa ipsa:si ꝓ rebꝫ gestis digni hac fueri mus:cōsequet̄· ❡ Mortificate ergo mēbra nr̄a que sūt sup terrā.) Nō enī reiicite dixit:ut nuq̄ resurrectura ſ ; mortificate mēbra que sup terrā sūt:forte uel eo & corporis mēbra hec dicit:que dū min9 que celo digna sūt factitent:neq̄ q̄ ultra in terris cōstare assueuerent̄:uidelicet cū aīo ñ iniquo que mūdi sūt ituemur:nec & turpia audimus:nō ampli9 esse ī terra tūc dicimur:& que corporeis mēbris gerunt̄ in terris:flagitia sūt:que terre isidūt·& hic cōsumunt̄· nā & corporis mēbra & si a terra sint onūda:haud tñ in ea sunt pmāsura ut corrumpant̄:ſ ; incorrupta futura sunt cū resurgēt.uerū quo pacto cū supius diceret cōsepulti cū xp̄o estis:exuistis peccatoꝝ carnis & corpus·nūc rursū mēbra iqt mortificate? qa ꝑor illa mortificatio baptismi bñficiū erat:que peccato attulisſ; pnitiē:qd̄ nobis antea esset admissū:hec aūt que ī pn̄ti nobis sugerit̄ mortificatio:nr̄a fit uolūtate:que & post baptismū delet peccata:qnpotius nec germinare hec sinit uel reuiuiscere:qa carnis enecet sapientiā:nec secus agit q̄ faceret qspiā·q staṫuā apud quēpiā nactus rubiginosā:& situ obsitā:retractans tergit expolitq; coruscāq; & conspicuā reddit:deinceps eā habēti demādet curādaz iniungatq; ut rubiginem nec prorsus abstersam non solū demat:sed uel inhesurā abradat in posterū· ❡ Fornicationē.) Ecce interpretat̄ que illa sint mēbra: & fornicationis eo prius cōmeminit:qa passim id uitiū & maxime dominet̄.

❡ Immūditiā libidinē:) Ommittit ꝓprie explicare que dici honeste ñ poterant sed p īmunditiā qdē & libidinē:omnē fedi cōcubitus spetiē ꝓfert.est enim turpis libido rabies corporis quedā: nec secus se habet q̄ uulnus in corpore aut febris:uel alius quis istiusmodi morbus. ❡ Concupi'centiā malā·) Rursū generaliter rē omnē expressit:cupiditas nāq; semp est mala:pter eā qua cōcupiscit̄ deus:& que dei sūt exoptant̄:cuiusmodi cupiditatis ratione & daniel desiderioꝝ uir erat. ❡ Et auaritiā:que ē simulacroꝝ seruitus.) Primogenit9 praue cōcupiscentię filius:habendi cupiditas ē:quā auaritiā nuncupauit:que auꝝ argētūue colat:cū sola hec cōcupiscit. ❡ Propter que uenit ira dei sup filios incredulitatis·) Et futuri iudicii ira:& presentis seculi indignatio:istiusmodi homines prehensat q se argento & auro addixerūt: incredulitatis autē filios dic̄ quos & uenia priuet:arguatq; nō ignorantia uiciis esse īmersos:sed peruicatia quadā atq; perfidia·quā ita exercuere ut ab incredulitate ipsa adoptari ī filios ꝓmeriti sint:ex eaq; & formā acceperint & signū·ita ut dignosci facile possint·

❡ In qbus & uos ambulastis aliquādo cū uiueretis ī illis·) Eoꝝ in laudē uerba hec facit:ut q haud quaq̄ in his uitā nūc ducāt:sed oli duxissent: qppe qui gētiles fuissent. ❡ Nūc aūt deponite uos oīa·) Quo pacto cū supius dixerit cū uiueretis:ostenderitq; nō amplius eos in pn̄ti his uiuere:rursū deponite infert oīa:quo enī modo fuiit:qbus iā carent deposituri? dicendū itaq; qd̄ dixit cū uiueretis:ad presentia dicta hec plurimū facere:subinde dicat:uobis oli dominabat̄ peccatū.uitamq; uestram nondum baptismo ablutā constrinxerat &

violentius detinebat: unde difficilis erat a viciis abdicatio: nunc vero quod in-
federat vobis peccatum: per baptismū morte confectum est: quo fit: ut facile
possint vestis in modum: vitia ipsa deponi: nec ultra id excusabitis sub vitioꝝ
tyrannide vitā vos ducere: estis nanqꝫ & bis ipsi demortui. ¶ Iram indignati
onē malitiam.) Indignationē odium dicit quā plerıqꝫ animi dixere amaritudi-
nem. cum quis apud se etsi iram asseruat frenatqꝫ: secum tamē furit indignabū
dus ut hanc in posterū euomat. ¶ Blasfemiam.) Contentiones & conuitia blas
femiam dicit. ¶ Turpē sermonem de ore uestro.) Aperte uestro ex ore dixit:
id est quod ex dominici corporis cōmunicatōe sanctificatum est. absurdū itaqꝫ
ut os illud sermonis feditate coinquinet̄: q̄ꝺ christum suscipit. ¶ Nolite menti
ri inuicem.) Quippe qui dicentē indueritis christum: ego sum ueritas: cur ergo
alia quadam mentiendo forma estis obducti: liquet ergo vos pristinū illū cha-
racterem exuisse: qui vobis ueritatē impresserat. ¶ Expoliantes vos ueterem
hominem cū operibus suis.) Cur paulus corruptū uiuendi modum: membra z
corpus & hominē nuncupat: nec secus & q̄ꝺ cū uirtute uiuitur: hisdem nomini
bus exprimit: nimirū ut uoluntatem ostendat: substantia potiorē: & ab ea nos
potius denominationē esse q̄ a substantia ipsa & corpore assecutos. quinetiā &
sacre littere equos & canes & uulpes eos appellant: qui animo sint animāriū ho
rū psimiles. & nos itē siue in geennā siue in regnū celeste uolūtas hec nr̄a & ai-
mus: nō corruptior substantia ista inducit: per ueterē itaqꝫ hominē corruptam
uoluntatē expressit: eoqꝫ & cū operibus hoc est factis & uelle adiecit: & ueterez
dixit: ut uoluntatis huiusce turpitudinē deformitatēqꝫ & īpotentiā patefaceret.
aduerte autē quēadmodū ueteris hominis mēbra cōmemorauerit: p mēdatium
nanqꝫ mentē expressit: cor autē per furorē: & p mendatiū rursus os designauit
p blasfemiā oculos: p fornicationē mēbra recondita & pudenda: manus p aua-
ritiam: iecur per turpem cōcupiscentiā. ¶ Et induentes nouum hominem q re-
nouatur in agnitionē.) Nouus homo scd̄m deū uoluntas est que nihil inuete-
rascit sed semp recentior ad dei cognitionē floret: & augescit. cōtinueqꝫ magis
ac magis iunior esse arguit̄: & quo cognitionis huiusce plus ceperit: maioribus
qꝫ dignat̄: eo potētior ē. ¶ Scd̄m imaginē eı9 q creauit eū.) Hoc est xp̄i: neqꝫ
enī is ad senectutē usqꝫ ꝑuectus est: qui decore adeo & pulchritudine excelle- Christi pulchritudo [illegible]
bat: ut uerbis nequeat explicari. decorus qppe ut inqt supra filios hominū. nul
lū enī cōmiserat scelus: q̄ꝺ sane putredinē ꝑfert & uetustatem. nos uero qui ab
eo conditi sumus abstergere a nobis debemus: omnē que a peccatis inheserit ꝑ
corruptionem uel senectutem: creauit autē ille nos per baptismum & melioris
uite actiones: ¶ Ubi non est gentilis & iudeus.) Hoc est prosellita: & iudeus a
maioribus sc̄z oriundus. ¶ Circumcisio & preputium barbarus & scytha: seru9
& liber sed omnia & in omnibus christus.) Ecce uel alia quedā scd̄m christum
noui hominis laus: cum nulla in eo nec gētis: nec dignitatis nec ꝓgenitoꝝ cō
spici differentia possit: sed christū dumtaxat huius & formā esse: quippe cū om
nibus qui ad optimā sunt uitam formati: omnia christus sit: hoc est & gen9 sit
illis christus: & dignitas: uel aliter: hoc est vos omnes christus unus efficiami
ni: cuius estis & corpus. ¶ Induite vos ergo sicut electi dei sancti & dilecti.)

Ad uirtutem semper ostendit facilem aditum: quam haud secus ac amiculum aliquod accipere & induere possumus. est tamen necesse ut perpetuo uirtutem hanc apud nos habeamus: utamurq; ad ornamentū & decoris insigne. quo fit ut qui ea caruerit deformis appareat & minus ornatus; necesse sit. maximis p̄terea cum laudibus hos ipsos commonefacit: qui etsi essent iam sancti effecti: nō dū tamen erant electi uel dei caritate dignati. uos igit̄ inquit hec estis omnia assecuti. ❡ Viscera misericordie.) Nō enim misericordiam dixit induite: sed misericordie uiscera: cum ne eos uideat̄ cōtēnere qui sunt misericordia digni: tum ut ostendat ex animi affectione esse his indulgendū: nec fratrum more: sed ut parentes solent in filios esse propensiores: neq; hunc illum ue dixeris scelera cōmisisse: eoq; nec delinquenti parcendum cū misericordie uiscera id ipsum efflagitent. ❡ Benignitatē: humilitatem: modestiam.) Qui secū misericordię uiscera tulerit: necessario & hec consequuntur. quis enim pater non se in liberos prestat benigniorē: non humilē nō indulgentem? nihil his obsistendo non cuncta permittat indulgeatq;? quis inq̄ parens non ferat hos tolerantius? unde q̄ hec ex ordine posuit: benignitas nanq; humilitatem parit: qui enim benignior fuerit & optimis moribus instructus: & humilis sit necessario sequitur: ab humilitate habet & modestia ortum: nam contra qui superbus & insolens fuerit: & iracundus sit erit necesse: a modestia oritur patientia: hoc est animi magnitudo. ❡ Supportantes inuicem & donantes uobis metipsis: si quis aduers9 aliquē habet querellā.) Hoc est mutua uos patientia tollerate: tu illum tuleris: ille te ferat ea lege ut nō acerbius uestra ī inuicem inquirantur cōmissa: quin pro paruis hec ducite: nec magni illa que ī uos admittunt̄ existimetis. aduerte quēadmodum hec ipsa & paulus parui faceret: utpote que sub querele nomine ita expresserit. ❡ Sicut & dominus donauit nobis ita & uos.) Quod semp̄ agit christi exemplo illos hortatur: eundem in argumentum inducens: superius tñ que in se inuicem idem delinquerent: ut parua uiderentur effecit: cum hec sub questionis nomine expressisset: cum uero christum producit: suadet: & si grauia sint que in nos admittuntur: uel in eos ipsi benefici simus qui nobis offēdant: si demum uero ipsi excellimus & prestantiori fortuna sumus: tenues uero sint illi & forte inferiores. ferendos tamen hos esse: & missa omnia faciendat: neq; id modo agendum sed mors etiā pro his obeunda: quin uel post mortem erit si liceat: de his ipsis bñmerendū: quēadmodum & post obitum: de nobis est benemeritus dominus. ❡ Super omnia autē hec: caritatem habere.) Cum fieri possit ut mūera quis largiatur: nec tamen id ex uero officio agat: sed sub p̄textu quodam beniuolentię & simulatione quid tribuat. uiam paulus patefacit: q̄ uera possimus munera elargiri. potest preterea quispiam benignus uideri & humilis: cum nihil habeat in se caritatis: iccirco ait: super omnia hec caritatē habete. ❡ Quod est uinculum perfectionis.) Caritas inquit cum aderit hec omnia continebit: si uero deerit: dissoluuntur arguenturq; & cōmentitia extitisse & nullius momenti; quacunq; in proximū intulerimus: quēadmodum & in domo constructa si compages desint & nexus: qui eam contineant ocius collabetur. itemq; & in corpore si iuncture aberunt & nerui: pereat necesse est &

dissolnatur. sic caritas cum uniuersa uel sola constringat que pariunt perfectio/
nem: si fuerit sublata: nil prorsus sunt benefacta cetera profutura. qua caritate
qui careat nunq̄ est ad perfectionem aliquam euasurus: uel si ad eam nil sibi ui/
deatur deesse: imperfectior tamen hic deprehendetur.

¶ Et pax christi exultet in cordibus uestris.) Nos quidem plerunq̄ contume/
lus per aliquem unum affectos uario certamine mox subeunt cogitatus: quo/
rum alii ad uindictam nos concitant: ad tollerantiam alii: si dei pax nobis tunc
aderit: perinde equissimus iudex aliquis & certaminis preses: uictorie palmā his
deferendam censebimus: qui statim suaserint equo ut animo iniurias tolleremus
bis ipsis & concessure sunt postmodum que ante aduersabant̄ cogitationes &
animi motus: & illatas iniurias una tollerabunt. pax itaq̄ istiusmodi iudicis in
nobis fungatur officio: non ira uel altercatio: uel humana pax aliqua: que obstā
do & uindicando perficitur: cum dei & christi firmior sit & insolubilis: quam
nullum mortale bonum efficiat: sicuti & dei nobiscū conciliatio re alia nulla fu
erit inita: nisi quia ille sola eius clementia & caritate inimicitias soluit: quas olī
in nos exercuerat: queret aliquis cur paulus cum caritatis faceret mentionem:
rursus de pace disserit: superuacaneum enim uidetur de pace cōmonefacere: quā
caritas ipsa cuius & meminit: complectatur. idcirco sic infert cum sepe & inter
amicos oriatur contentio: & ex summa quadam plerunq̄ beniuolentia: alterca/
tiones iniurie & discidia excitentur: id solum uelim ut amore inuicem uel stu/
dio quodam & concertatione uos met prosequamini: nec minus & illud exege/
rim ut ad uestrā hanc mutuam animi coniunctionem christi pax ipsa accedat:
que uestra omnia & disponat & iudicet. ¶ In qua & uocati estis in uno cor/
pore.) Hoc est ad pacem euocans christus: uos unū corpus effecit: cuius & ipse
sit caput effectus. cur autē cum uno corpore ipsi constemus multi unum corpus
efficimur: quia cum membra simus: ad inuicem hanc pacē seruamus nihil dissē
tientes: uel quia estis ad pacem uocati. hoc est innumerabilibus estis iam bonis
per pacem dignati: nam haudquaq̄ aliter nobis cum deo in gratiā reditus pa/
tuisset: nec nos ille uel in eius seruitutem uocasset: uel suo4 bonorum fecisset
participes. ¶ Et grati estote.) Id nanq̄ gratitudinem prefert: cū haud secus
ipsi nos gerimus erga conseruos: ac deus se erga nos habet: nam qui deo grati/
as profitetur: quia ab eo sit ueniam consecutus: nequaq̄ in eum ulciscitur qui se
affecit iniuria: tanq̄ si de eo qui iniuriā intulit penas susceperit: nequaq̄ postmo
dū uideat̄ dei in se beneficia meminisse. eius in morē: cui cū essent mille talenta
dimissa ipse tñ nec mille nummos conseruo dimiserit. agende itaq̄ per nos gra
tie erunt cū pro malis que ipsi perpetimur: tum etiā cum iniuriam a quouis il/
latam nos tolleramus. sic enim uel martirii assequemur coronam. ¶ Verbum
christi habitet in uobis abundanter.) Viam nobis ostendit qua & gratitudi/
nem preferre possimus: si enim inquit dei in uobis uerbum inhabitarit: hoc
est doctrina uel diuina decreta & monita: quibus nos ille instruxit: presen/
tem hanc uitam habere contemptui: & terrena bona hec paruifacere: nullis pro
fecto uel grauioribus rebus succubuerimus: sed omnia fortiter tollerando: gra/
tias deo sumus occursātibus malis acturi. neq̄ enī simpliciter ī uobis dei sit uer
bum: sed inhabitet dixit: & affluenter: nam si sacrarū litterarum habundabimus

cognitione: facile & erumnas & calamitates & q̄duis mali genus tulerimus: nec secus q̄ uir quispiaȝ opulentus iacturam aliq̄ iam tenuem pateret̄: & nihili duceret. ❡ In oīm sapiētia.) Hoc ē in oīm uirtute: quā sapiētiā nuncupat: quē admodū dauid peccatū insipientiā dicit: ut illud. Dixit insipiēs ī corde suo: & putruerūt cicatrices mee a facie īsipiētie mee. ❡ Docētes & cōmonentes uos metipsos in psalmis hymnis & canticis spūalibus.) Cū habeat scripturarum lectio laboris nō parū: nequaq̄ hos ad plegēdas sacras historias cohortat̄: sed ad psalmos decantādos īpellit: ut simul inquit & animū ꝯcanēs oblectes: & laborē canēdo fallas: post psalmos aūt & hymnos posuit: tanq̄ rē aliq̄ pfectiorē psallerē nāq̄ hominū est: hymnis uero deū efferr̄ angeloꝝ. ❡ In gr̄a cātātes.) Hoc ē cū gr̄a & spūali q̄dā animi iocūditate: nā queadmodū & hominū cantiones: grām aliq̄ & si nullā habeāt: uident̄ pferre: sic cantus diuini: spūalē afferūt uoluptatē: uel qa ex gr̄a erant: decantā illud muneris assecuti. ❡ In cordibus uřis deo.) Nō inqt solū ore est decantandū: sed & cordibus hoc ē: cū attētiōe & diligētia: id enī ꝓprīū est deo canere: alias uero hominū uoces dūtaxat in aerē fundere. ul' aliter: in cordibus: id est nō ad iactātiā & ostētationē. nā si uel in foro uersaberis: poteris tecū ipse tacitus audiente nemine dño decātar̄ ❡ Oīa quecūq̄ facitis in uerbo aut in ope: oīa in noīe dñi nři iesu xp̄i.) Si cibū inqt uel potū desumis: si pegre aliquo ꝓficisceris: cūcta in dei noīe facito: hoc est illū ut adsit inuoca & ope ferat: & prius illū precat9: mox opus q̄dcūq̄ agredere: nā dei nomē demones abigit: facitq̄ ut facile tibi cuncta & ad uotuȝ succedant. uel illud apostolus hoc loco cōmonefacit: ut angelis omissis quos esse ad patrē crederent duces iesū inuocēt. ❡ Gratias agentes deo & patri.) si filiū inuocas p eū inuocabis & patrē: si filio gratias egeris: p ipsū & pr̄i gratias dices: uel qa quēadmodū nos ipsos fili9 ad prēm traduxit: sic & q̄s ipsi agim9 gr̄as: pr̄i is offert: q̄ppe cuius īntercessu bona nobis uniuersa cōtingant. ❡ Mulieres subdite estote uiris ut oportet in dño.) Cur paulus in aliis nusq̄ epistol' nisi in hac dūtaxat: & ea quā ad ephesios scribit & alia quā ad timotheū transmisit & titū: huiusmodi īperat? qa his in urbibus nonnulla erant discidia inter uiros uxoresq̄: uel qa obfirmata iā in his erat ecclesia & recte erant in ea omnia instituta: id preterq̄ quod castigandū supererat. in domino autē hoc ꝓpter dñm uos ipsas subiicite: non enim naturalem modo subiectionem illam exegerim: id nanq̄ pretendit: cum ut oportet inquit: sed dei maxime gratia: ut uos iure obsequentiores prestetis. ❡ Viri diligite uxores uestras & nolite amari esse ad illas.) Vide quemadmodum que horum cuiq̄ competunt consulat: feminis quidem subiectionē: uiris in uxores beniuolentiam: neq̄ enim adeo subditorum requiritur in principes amor: ut principum in subditos caritas poscitur. mulier nanq̄ cum adamatur & ipsa reciprocam refert amoris uicissitudinem: obsequio uir mansuescit & benignum se prebet. Et quia plerunq̄ euenit ut exasperetur qui sit uel amore affectus: cum constet uel inter summa caritate coniunctos: bella & discidia oboriri acerbius: propterea inquit nolite amari esse: fit enim cum ingenti quadam animi amaritudine ut cum eius membro quisq̄ dissideat. ❡ Filii obedite parentibus per omnia. hoc enim placitū est in dño.)

Rursũ in dño dicit:neq̃ enim nature dũtaxat ratione:uult id ut agam9: ꝫ qa
sic deo sit placitũ:ut & mercedẽ ꝓmereamur:ut q̃ dei id gratia facimus:fideliũ
liberis intulit ut parentibus:cunctis in rebus obsequerent̃.nam infidelibus &
impiis genitoribus nequaq̃ erit omnibus in rebus obtemperandũ:neq̃ eni au-
diendi sunt illi:cũ ad ĩpietatẽ filios & falsas religiones cõpulerint. ¶ Patres no-
lite ad iracundiã prouocare filios uestros ut non pusillo animo fiant.) Hoc est
ret: oportuit utiq; ut ante id tempus ad eos se contulisset: ut quibus spiri
tus dona hec defuissent. aduerte autem quemadmodum nequaq̃ dicat id
breui futurum: sed suo ut tempore reueletur: & tempus rursum incertius
& inexplicatum reliquit. (Nam mysterium iam operatur iniquitatis.)
Per iniquitatis mysterium Neronem designat: qui antichristi figuram p̃/
ferret: quandoquidem & impurior esset: & deus dici & haberi querebat.
recte autem mysterium dixit: non enim antichristus hic inquit neronem
ea in re imitabitur: sed omnem deum aperte & impudenter impugnaturus
est. quod autem dicit tale est. anteq̃ antichristi tempus illud immineat: in/
uentus est alter haud sane multo malignitate illo inferior: quid ergo mi/
rum si iam produt antichristus cum uero & si antichristum uidetur expri
mere: occulte tamen neronem carpit: nec quia hunc reformidet sed nos ut
erudiat ut nimia odia refugiamus. nisi fidei ratio urgeat.

(Tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat: & tunc reuela/
bitur ille iniquus.) Hoc est cum romanum imperium tolletur e medio:
tunc affuturus est ille. q̃diu uero huius formido tenuerit homines: nemo
se facile alteri cuiq̃ subiugabit: at ubi illud fuerit euersum inuasurus hic
alterum dominatum: & tanq̃ rerum potitus humana simul ac diuina per/
uertet: quemadmodum enim ante romanorum summam omnium monar/
chiam: fuere aliena sublata imperia: sicuti medorum constat a babillonus:
Babilloniorum a Persis: Persarum a Macedonibus: Macedonum a Ro
manis fuisse delata: sic & romanum hoc regnum ab antichristo tolletur:
& id quidem ita futurum Daniel ipse testificatur. nonnulli illud qui tenet
idolatriam scilicet teneat intellexere: subinde dicat: cum enim error omnis
qui nunc tenet & dominatur: est desiturus: & deorum cultus fuerit ex/
tinctus: tunc fides antichristo habebitur: quemadmodum & dominus di
cit. Predicabitur euangelium in testimonium illis: & tunc sane mundi fu/
tura est consummatio: alii uero ita interpretati sunt qui tenet scilicet anti/
christi aduentum: dicunt eniz prefinitum tempus instabit: tunc reuelabi/
tur & palam fiet. dictum est autem supra fuisse nonnullos: eum qui tene/
at sanctum scilicet spiritum interpretatos in hanc perinde sententiam. cuz
enim spiritus iste ob nequitiam hominum tolletur e medio: abscesseritq;:

tunc iniquior ille succedet: & habiturus est locum: se uisendum ut prebe-
at: imperium autem eo dicunt accepisse iniquitatis misterium: quia Simon
ille & nicholaus heresum principes: antichristi opera factitarent: & ceteri
omnes hos subsequuti: ut Marchion ille montanus: qui se & paraclytum
appellauit: & magnes ille: & istiusmodi reliqui. Tu uero cum beato Iohan
ne: ut diximus: sentias uelim qui ueriora sectatus est. ¶ Quem dominus
Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui.)
Tanq̃ id dicat: in proximo est uestra consolatio: deleturus est enim hunc
dominus. Nam quemadmodum ignis suo fragore parua quedam & minu
ta animantia torpere cogit: & contrahi: consumitq; : uel anteq̃ ea pertingat
sic & christus: uel solo iussu & eius afflatu: spiritus sancti uirtute oppleto:
perditurus est illum: uel sola presentia: & solo eius conspectu sedabit erro-
rem. ¶ Eum cuius est aduentus secundum operationem sathanę.) Quis
ille sit nos edocet: ait nanq; hominem esse hunc quendam qui in se satha-
nam habeat: cuius minysterio mala hec operetur. ¶ In omni uirtute &
signis: & prodigiis mendacibus.) Hoc est omnibus ille uiribus adnisurus
est: nil tamen quod uerum sit operabitur: sed ad deceptionem omnia molie
tur. Prodigiis autem mẽdacibus: hoc est falsis uel ad mendatia inducenti
bus qui illis intenderint animum: hęc autem paulus longe ante predicit:
ne fallantur qui tunc temporis sunt futuri. ¶ Et in omni seductione ini-
quitatis his qui pereunt.) Erit hic sane undequaq; per licentiam simul &
crudelitatem horribilis: contendetq; omnibus uiribus: ut homines fallat:
& iniuriam inferat: cunctorum salutem demessurus. Sed ne quis ambigat
inquiens: cur ergo hunc deus aduentare permisit: cum tantu; ex eius sint
homines nocumenti accepturi aduentu? respondet itaq; dicens: nullus ti-
mor incessat: habet nanq; ille in perditos potestatem: qui uel si nec esset il
le uenturus: essent tamen in eorum peruicatia permansuri. ¶ Eo quod
caritatem ueritatis non receperunt: ut salui fierent.) Caritatem ueritatis
christum appellat: quippe qui utrunq; pręse tulit: & uenit in mundum. tũ
quia homines caritate prosequeretur: tũ ut ueritatẽ mortalibus aperiret.
Ostendit autem quemadmodum apud iudeos sit maxime inualiturus hic
error: hi nanq; christum nec receperunt: neq; fidem illi adhibuere: unde
& ipse apud hos ita edisserit: ego ueni in nomine patris mei: nec me rece-
pistis: Si alius uenerit in proprio nomine illum recipietis. ¶ Ideo mittet
illis deus operationem erroris: ut credant mendatio.) Mittet idest sinet
hunc aduentare: Aduerte autem quemadmodum iudeos: quia primum ue
ritatem repudiassent: deseruit deus: ita mox illis subsequutum imperauit
mendatium: operationem autem erroris opera asserit antichristi: que mo-
liturus est ut alios circumueniat: & se ipsum tandem ut fallat. his eni; uer
bis expressit quod per satanam agitur ut multos seducat.
¶ Vt iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati: sed consenserunt in
iquitati.) Non eni; dixit ne crucientur: nã si uel nunq̃ esset hic antichrist9

in medium prodituris. daturi tamen sunt penas qui Euangelio min9 ob-temperant: sed ut iudicentur inquit: ut excusari non possint: quid enim es-set cause allaturi: num illud dicent q eo christo nil credidimus: quia deum hunc esse discipuli predicabant: nos uero accepimus deum unicum esse a quo cuncta sunt condita. cur ergo fidem antichristo exhibuistis: qui & de-um se fecerit: atqui christus patri cuncta remittit: ille uero longe contra: uniuersa sibi ascribit: dicturi sunt forsitan quia & signa perspeximus: quin etiam a christo multa & miranda sunt gesta. christus preterea saluator est prophetarum uaticinio predicatus. is uero iniquitatis filius & perditionis est dictus. eo igitur condemnabuntur: quia ut ueritatem ommitterent cō-sensere: & ultro nequitie adheserunt: hoc est desolatori. qui omnem conge-rat in hominum animas iniquitatem: & innatam habeat in se nequitiam.

¶ Nos autem debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres dilec-ti a deo.) Cum horribilia quedam explicasset & que possent auditoris ani-mum confirmare: nunc horum lenit & corda: ita commonefaciens. sint qui-dem aliis ista horrori: his inq̄ qui prediti sunt: in quos & plurimum ha-bent demones ditionis. nobis uero gratie sunt deo pro uobis agende: quā-doquidem uos ipse elegerit & caritate complexus sit. si uero ipsi pro uo-bis deo habemus gratias: longe magis id ipsum factitare debetis: & in ꝓ-prium commodum deo grates referre. ¶ q elegerit nos deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus & in fide ueritatis.) Propterea iquit gratias agimus quia nos deus elegit & ad salutem predestinauit: quip-pe quos dignos presciret: uerum quo pacto fieri hoc potest dixerit ali-quis: fit quidem & in spiritu sancto: hoc est saluos nos fecit per spiritum sanctificando: deinde ne quis forte id dicat: quid ergo: num & ipsi uil q̄p-piam ad nostram salutem contulimus: eo in fide ueritatis adiecit: hoc est rerum que uera esse constiterint. neq enim cōmenticiis quibusdam & fal-sis sed ueritati credidimus. quinetiam & secūdarie cuiusdam meminit fidei quippe que nobis sit sanctitatem adeptis plurimum necessaria: ne seduca-mur. ¶ In quam & uocauit nos per Euangelium nostrum in acquisitio-ne glorie domini nostri iesu christi.) Ne forte fidei cū mētio fit: efferantur utpote quam & ipsi ut inducerent admodum insudarunt. nequaq̄ dictum id simpliciter finit: sed diuinum esse id asserit munus: quippe qui nos ad id euocauerit: hoc est: ut salutem per sāctificationem assequeremur & fidem quo fit: ut illius sit dono effectum qui & adsciuerit: ut eius per nos fides admitteretur. Nā nisi & nos me predicante uocasset: quo pacto nobis illi & parere & obsequi licuisset. non itaq christus pro parua gloria ducit uos saluos fuisse effectos. Cedit nanq ei q bonitate precellit in laudē: cū pluri-mi fuerint q salutē sint cōsecuti. qs ergo nō dñm colat: qs insp̄lli9 ꝯ glo-riā: uł sui ipsius salutē cōcupiscat. ¶ Itaq frēs state & tenete traditiones q̄s didicistis siue p smonē siue p epl̄am nrām.) Hinc sane ꝑspicuū ē: ple-raq paulū sine scriptis: smone dūtaxat: hoc est uiua uoce nō epl̄is solum his tradidisse. nō enī secus illa atq hec fide sunt digna. itaq & ecclesie tra-ditionē dignā existimemus: cui prestāda sit fides: ut si qd ab ea sit traditū

nihil ultra perquiras. Ostendit preterea ex his dictis per multos esse inter eos qui in fide labarent. ¶ Ipse autem dominus noster Iesus christus: & deus & pater noster qui dilexit nos & dedit consolationẽ ęternam: & spez bonam in gratia exhorteẽ corda uřa & cõfirmet in omni opere & s̃mone bono.) Postq̃ hos cõmonefecit: & bona ut assolet: comprecatur: id nanq̧ ẽ uera ac certiora subsidia pręstare: subinde dicat: ipse equidem uerba feci: quod reliquum est: in dei situm est potestate: sed ubi nam sunt qui filium patri dicunt eo inferiorem: quia in sacrosanctis baptismi dictis: post patrẽ filius nominetur: ecce contra in hoc orationis contextu: patri filius anteponitur: qui & dedit inquit & consolationem perpetuam: quam illaz sique ras: futurorũ certe spem dicit: hęc oanq̧ est: quę corda uestra sustentat: si forsan illa tentationibus succubuere: Spem enim hanc nobis gratis cõtulit deus: nullo nostro labore partam. Hęc autẽ eo intulit: ut horum frenet animi tumorem si quis forsan illis inesset. Aduerte autem quẽadmodum sub specie quadam precandi: illorum excitet mentem: dei certiori quidem prouidentia & cura in argumentum & pignoris loco productis. Ait nãq̧ uel uobis nil laborantibus pro sola fide daturus est ille ęterna bona. vnde & spem optimã habeatis necesse est. Inquit preterea exhortetur ueliz corda uestra deus & confirmet in omni opere & sermone bono: hoc est p̃ omne opus: & uerbi rectitudinem. Id enim maxime christianum hominez cõsolatur: ut & bona peragat: & deo gratificetur: uel forsan id uidelicet sentit: ut uos in rectioribus decretis confirmet: & uitę optimis actionibus: ita ut in his que uobis obtigerint: siue prospera fuerint: siue aduersa: nec modum excedatis: neq̧ animo sitis abiectiori. Id enim pretendit cum exhortetur inquit: & confirmet. Nam qui optime fuerit a deo corroboratus feret sane mira animi magnitudine: que tolleranda sunt: & firmior erit & stabilis. Ex recta autem dogmatis obseruatione eorum bonorum firmiorem spem quisq̧ assequitur: que in premium nobis sunt obuentura. Ex uitę uero laudatissimis moribus: animi quadam suauitate afficitur: & cuz offeruntur aduersa: non ut maleficus mali aliquid patitur: sz tanq̃ dei minister & seruus. ¶ Decetero fratres orate pro nobis: ut sermo dei currat & clarificetur sicut & apud uos.) Cum pro his ut stabilirentur orasset: obsecrat tandẽ: ut deũ pro se & ipsi precentur: non ut periculis eximatur: in quibus iam uersaretur: sed ut predicatio ipsa decurrat fluatq̧ & gloriam assequatur: nec illorum quidem laude uacat istiusmodi postulatio: cum inquit: sicut & apud uos: hoc est: ut omnes se mihi morigeros prębeant: sicuti & uos faciles ad obtemperandum fuistis. Nil itaq̧ hoc modo quod ad se attineret orabat apostolus: sed omnia que dei essent: deprecabatur. ¶ Et ut liberemur ab importunis & malis hominibus: non enĩ omniũ ẽ fides.) De contradicẽtibꝯ predicationi hunc differit: & uera dogmata impugnãtibꝯ: q̃lis Alexãder ille Calceus fuit: id nãq̧ designat cũ dicit: si omniũ est fides: hoc est nõ oẽs credũt: sed q ut crederẽt: digni fũt. ut si qs diceret: nõ omnibꝯ est in regiis expeditionibꝯ militandi potestas: sz his dũ

tractat:q ad eam rem idonei sunt & accommodi. Collaudat autem Thessalonicenses:cum tantum sint apud deum fiducie consecuti: ut preceptori possint predicationem conciliare:eaq; ut in melius proueheatur:efficere: tacite etiam ostendit:omne sibi ab his discrimen inferri:qui predicationi obsisterent. id preterea illis satis esse ad consolationem uidetur:cum & paulus ipse qui tanti sit:cum periculis & aduersantibus malis colluctetur. ¶ Fidelis autem dominus est:qui confirmabit uos:& custodiet a malo.) Dixit superius:elegit uos in salutem deus:nunc uero fidelis est ille:hoc ē non mendax:& perfecturus omnino est quecunq; occepit:uos insuper ut optamus sua cōfirmaturus,ut amplius nec moueri a quouis nec seduci possitis:custodiat autem:hoc est tuetur & seruet:ut nullam habeat deinceps satan in uos potestatem. ¶ Confidimus autem de uobis fratres in domino:quoniam que precepimus & facitis & facietis.) Cum esset hec omnia comprecatus dixissetq; deum fidelem esse:foreq; ut omnia exequatur:quibus dedisset initium:ne forte existiment illi hec omnia a deo suppeditari: & frustra esse quos ipsi labores impenderent:essetq; haud mediocriter uerendum ne in segnitiem hi & ignauiam relaberentur. idcirco & nūc ab his & operibus se iuuent deposcit:tanq̄ id dicat: deus quidem fidelis est: & que ad se spectat:peracturus est omnia:at si uestra uos aliquid industria profeceritis:confidimus & in deo quidem:hoc est in illius clementia: q; uires sit uobis & robur ad profectum & tollerantiam prebiturus: ut illis ostendat cuncta esse a deo haurienda:nec in deo dumtaxat dixit confidimus:sed in uobis:quia & in presentia scilicet estis & in futurum: q̄ multa operaturi. quod eo dixit ne forte hi a deo prorsus fiducia quadam & multa pendentes:segniores ad bona exequenda reddantur:omnia inquit sunt in deum reiicienda:sed a uobis etiā aliquid factitandum:nec satis habuit facere eos dixisse:sed facturos adiecit. arguens ad ultimum usq; efflatū necessariam his fore uirtutem. ¶ Dominus autem dirigat corda uestra in caritate dei & pacientia christi.) Rursum his bene precatur. ut eius prestat quam de his ceperat curam. Et quoniam futurū est:ut ex his nōnullos reprehendat:eorundem prius animos lenit:ut uideatur pre magnitudine caritatis arguere. Ait igitur dominus dirigat corda uestra:hoc est ad ueri intelligentiam peruenire uos faciat:neq; in deuia declinare. Sunt enim plurima que a recto itinere quod ducit ad caritatem:nos retrahunt: pecunie scilicet inanis gloria:pressure insuper & tentationes: hec itaq; & alia istiusmodi pleraq;:nequaq̄ nos sinunt recta ad dei caritatem contendere: Nec illum ut decenti amore prosequamur permittunt:in christi autē; patientia dicit:uel ut omnia toleremus aduersa: ut ille tulit:uel ut patiendo christi aduentum operiamur. Nec solum speremus:sed fide etiam certiori credamus:eundem que pollicitus sit:completurum:patientiam autem inquiens:diuexationes & pressuras demōstrat:que credentes inuaserat: hāc ipsā dei caritati annexit. Nā illud nos arguit deū in caritate colere:cū ei9 gr̄a sine ulla aīmi ꝑturbatōe tolerā ter oīa sustinem9:dūm autem spiritum

ipsum intellige: sicuti & Basilius ille uir summus interpretatus est.
¶ Denuntiamus autem uobis fratres in nomine domini nostri iesu chri-
sti.) Sepe alias diximus denuntiationem: austeram quandam preferre doc
trinam. Nunc igitur tremendam magis hanc faciens inquit: non enim nos
idipsum iniungimus: sed christus ipse: hic nanq̄ profatur: que ipse uos al
loquor. Neq̄ enim ociose & segniter uiuendum ille precepit. ¶ Vt sub-
trahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate.) Hoc est secedite a quo
uis hominum qui inordinate: id est per ignauiam & segnitiem uitam de-
gent: siue opulentus siue inops siue sanctus sit ille: inordinatum hunc dix-
erim: quo pacto? certe uel ex ipsa inertia: nam & ab optimis facinoribus ab
stinebit: & ad sales: uel deliramenta quedam & nugas se conferet: istiusmo
di autem eorum sunt qui uite modum nil teneant: uel quia iniunctum pre
teribit hic ordinem: quem ei preceptor aliquis prefiniuit unde & ita subse
quitur. ¶ Et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.) Eā
uidelicet quam ipse uobis opere & factis tradiderim: forma uobis bene-
uiuendi effectus. hec utiq̄ uera est institutio. ¶ Ipsi enim scitis quemad-
modum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus ĩter uos neq̄
gratis panem manducauimus ab aliquo.) Nihil uobis fuimus inquieti:
hoc est nequaq̄ fuimus uobis molesti: sed his manibus laboraui ut alibi di
cit: ut mihi & aliis uictum & necessaria suppeditarem: nec gratis panem
manducauimus: hoc est non ociosi & pigri a uobis escaʒ accepimus: est enĩ
sua mercede mercenarius dignus. ¶ Sed in labore & fatigatione nocte ac
die operantes.) Vide quantum opere sibi iniuxerit paulus ut interdiu ac
noctu a laboribus nunq̄ cessaret: instruendo & castigādo: nos uero si deo
placet: nisi per hos quos aliquando aliquid uel tenue edocemus: laudibus
ad astra feramur: iniquissimo animo tolleramus: & ducimus pro summa
iniuria. ¶ Ne quem uestrum grauaremus.) Proprie quidem grauare est
ab inuitis aliquid capere: ne quem autem uestrum grauaremus eo dixit: q̄a
inopia tunc laborarent fideles. ¶ Nō q̄si non habuerimus potestatem:
sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos.) Habe-
bat enim hic aliorum laborum uocationem: ut qui ingenti operi esset & p̄-
dicationi intentus: & a discipulis alimenta sumere nequaq̄ prohibebatur:
ex eius tamen liberalitate propriis manibus operabatur: seq̄ & suos ale-
bat: ut discipulos: id est christi fideles identidem facere erudiret. ¶ Nam
cum essemus apud uos: hoc denūtiabamus uobis: quoniaʒ si quis nō uult
operari: nec manducet.) In priore quidem epistola mitius de hisce dissern
it rebus: nunc uero acrius. Naʒ si hic diebus & noctibus operabatur: quā
tomagis id facere & alios decuisset. ¶ Audiuimus enim inter uos quos-
dam ambulantes in quiete: & nihil operantes: sed curiose agentes.) Cum
enim nostra hec mens in motu sit semper: necesse est sane: ut cuʒ nihil qđ
utile sit operatur: ut superuacanea & inutilia tractet: ut dictū est supra: dis
quirat q̄: & alioꝝ uitam: deinde ad detractiones & uerba inania & scurilia
quedam preceps feratur: operandum est itaq̄: & manibus semꝑ aliquid
factitandum: neq̄ ei parcendum: qui cum uiribus ualeat: negociis uacet:

& in ocio ſit. Dicet aliquis: at qui orationi intendo & ieiuniis: bene habet hec tamen non manuum labore conficiuntur. Poteſt naq; poſt ieiunia & orationes: manibus aliquid operari. Cum uero id facere reſpueris pro ſegni proculdubio & ocio multo torpente: conuictus damnabere. Quid ergo inquiet aliquis nonne & qui alios inſtruit ad opus huiuſmodi cogendus erit? nequaq̄: quia maius aliud opus pertractat: & plus habens difficultatis: quod & hunc impedit ne laborem manibus exequatur. Tibi uero ſeorſum & in ocio agenti nihil huiuſmodi erit impedimento: quo circa laborēt hi qui apud uos negligenter uiuunt & ocioſe: & manibus opus aliquod exerceant uelim. ¶ His autem qui huiuſmodi ſunt denuntiamus & obſecramus in domino noſtro ieſu chriſto.) Formidoloſa ſimul hec obſecratio & quaſi terrorem inferens: & dignior fide quandoquidem in chriſto dn̄o ſit. ¶ Vt cum ſilentio operantes ſuū panem manducent.) Vtrunq; depoſcit ut quieſcant & ſileant qui inordinati fuerint uel inquieti. & pigri & inertes: ut operentur: & ſuo non alieno pane ueſcantur: neq; oporteat ut ab aliorum hi manibus pendeant & uictum ſperent. ¶ Vos autē fratres nolite deficere benefacientes.) Vide ut confeſtim diffracta paterna ſint uiſcera. nam ſtatim illos commiſeratus eſt. ſubinde dicat: conceſſerim equidem fore ab his diſcedendum: haud tamen ita ut permittatis fame hos & media deperire: quid ergo ſi confiſus aliquis ſe a me ali: & indies neceſſaria habiturum? in ſua ſemper inertia manſerit? deſeſq; & piger nil operans prorſus? ſatis equidem tibi fore exiſtimes: ſi ab eo diſtractus & ſeorſum uictitans: nullam illi te adeundi feceris poteſtatem. nam ſi illi te ſimulaueris ſuccenſere: in uiam forſan redibit: & aliquid operabitur: nolite igit̄ uiuquit deſinere his benefacere. ¶ Quod ſi quis non obedit uerbo noſtro p̱ epiſtolam hunc notate.) q; ſi quis uidelicet uerbis noſtris minus paruerit qui per epiſtolam loquimur: hunc ipſum notate: habetoteq; a ueſtro conſortio ſegregatum. Baſilius uero ueſtro legendum ducit & ita intelligendum: uidelicet ſi quis aliquid indicantibus uobis que per hanc meam epiſtolam facienda perdidiciſtis ſe minus morigerum & obſequentem preſtiterit: huius conſortium ſtatim defugite.

¶ Et non commiſceamini cum illo ut confundatur.) Vides que ex illius reiectione ſequatur utilitas. ut confundatur tandem neceſſe ſit: nam ſi per ſe uel ſimplex mendicatio pudenda eſt: & ignominiam affert: quanto magis ſi ab aliorum cetu ſepoſitus aliquis: & abgregatus: capere aliquid ab ſeſe refugientibus cogitur: erubeſcat neceſſe eſt: acerrimum ſane olim ſupplicium uidebatur: ab hominum conuerſatione ſeiungi. ſi enim inerat ab eo qui per inertiam & ſegnitiem uitam duceret abſcedendum: quanto magis ab aliis procul eſt abeundum: qui maioribꝰ fuerint delictis obnoxii.

¶ Et nolite quaſi inimicum exiſtimare: ſed corripite ut fratrem.) Quemadmodū ſuperius cum dixiſſet: q̄ non operatur non manducet: ueritus ne fame interirent iſtiuſmodi homines: illud adiecit: nil tn̄ uos deficeritis

his benefacere sic etiam nunc cum diceret nolite cum his uersari: timens ne ob id aliquis a fraternitate desperans: precideretur: & nolite addidit quasi inimicum existimare: quin potius ut fratrem: hoc est beniuola & fraterna caritate corripite & castigate: sed ita tamen interea castigandum iniungit: ut illi necessaria impartiantur. non ut inertia cuz conuitio exprobretur. id querens precipue ut qui fratrem cõmonefaciendo castigat: in huius cum animam: tum corpus beneficus sit: non contumelus hunc & acerbioribus uerbis incessat: sed seorsum & benigne admoneat. dicet aliquis: at qui dolemus non quia ocianti tribuimus: sed quia dei hic legem transgreditur: ac tanq̃ super egrotante lugemus. sed audiant qui non solum nihil indigẽtibus largiuntur: sed lapidibus abactos acriter insectantur: & feriunt: rez sane christiano indignam. tui enim ob gratiam mẽdicant hi & inopia macerantur: ut ex tua qua fueris in eos usus clementia: & tuis uulneribus mederi queas: tu uero qui te propter: & tuum in commodum subiere inopiam lacessis & reiicis. proch quante illud dementie iudicabitur. ❡ Ipse antem deus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco.) Ubi cõmonefecit & comprecatur ut assolet. tanq̃ signacula quedam & inditia comparatis thesauris & preces superinducit. hic autem cum res ipsa exigeret: ut cõtentiones & discidia istiusmodi de causis orirentur: cum hi qui a fratrum essent consortio ablegati: acrius exacerbarentur: & qui bonis potirentur fortunę haud ultra his sua libenti animo condonarent: merito pacem illis precatur: non ad breue sed perpetuam. id enim precipue concupitur: ut pace hac perpetuo & quouis in loco fruamur: hoc est ut nulla ex parte offeratur altercationis occasio ita ut nec uerbo quidem nec factis dissentiant. sic enim meliores illos & emendatiores reddetis. nam nihil adeo ad rem aliquam pro uoluntate conficiendam conducit q̃ pace hac frui: & animi perturbatione uacare. nec increpare quenpiam uideri pre odio.

❡ Dominus cum omnibus uobis.) Id ipsum & dominus pollicebatur cum diceret: ecce ipse uobiscum sum omnibus diebus: sic itaq; uobiscum hunc in modum futurus est ille hoc est & qui in ocio diuersantur: & qui operi intendunt: bonis impartiet. nam & pigros & inertes sanabit: & operantibus firmitatem & robur daturus est.

❡ Salutatio mea manu pauli.) Salutem appellat preces & uota arguens uel cum salus ipsa alicui impartitur non solum amicitiam ipsam pretendere: sed cum lucro spiritali quodam hanc ipsam & commodo impartiri.

❡ Quod est signum in omni epistola ita scribo.) Subinde dicat: ne forsan a nonnullis falsariis mee immutentur epistole: Id nanq; ut principio diximus factitabant plerıq;: has ipse mea manu obsigno. In omni epistola: quam scilicet ad uos in posterum sum transmissurus: uel ad quoscunq; alios fuerit olim transmissa.

❡ Gratia domini nostri iesu christi cum omnibus uobis amen.) Et a gratia initium sumpserat & in gratia concludit epistolam. utrinq; tanquam quibusdam parietum mobilibus eius dicta communiens: & uelut iactis

firmioribus fundamentis finem tutiorem imponit: nã si uobis aderit gratia: que uel a principio salutē peperit: uel nostras omnes īfirmitates haud sane magni factura est. id enim est gratie proprium infessura preterea est: & si nihil ipsi hanc insectemini placidioribus animis: qui & simplicitatem in se quandam sint nacti: & in fratres beniuolentiam. uelim itaq; & nos esse sic animatos: ut & in fratres caritate seruata: & hisdem fraternū in morem iam castigatis: & pacifice ad bonum reductis: & dominum nostrum iesum christum pie colamus: qui nos & si delinquentes excepit: & patri in spiritu sancto admouit: quem omnis cum gloria decet: tum honor. amen.

In primam Ad Timotheum: epistolam Athanasii prologus.

Rat timotheus hic ex Pauli discipulis unus ꝓbitate tam prestans: & apostolo unanimus adeo & cōiunctissimus: ut ab eo per dispensationē circūcidi maluerit: tāēdsi paul9 idē circumcisionem hanc predicans abrogaret: & Petro ipsi de hac lōge aliter sentienti obsisteret: huic uiro apl'us uirtutis plurimum tribuit: & testificat̃. scribit autem illi de rebus q̃multis & necessariis quas inter uti instituere episcopuꝫ & diaconū debeat: & de ecclesiastica disserit disciplina. queret aliquis cur paulus nec sille: nec clementi ipsi: nec luçe: nec eorum alteri cuiq̃: qui apud se uersarentur. quos sane constat fuisse multos: epistolā scripsit nisi timotheo dumtaxat & tito. potest hunc in modū ad hec respōderi: q̄ illos secum circūduceret paulus: timotheo uero & tito curandas demandasset ecclesias. unde & necessariū erat: ut per litteras denuntiaret ac sepe quę agi per hos oporteret. Verum si queras: cur istos non prius in omni diuina sapientia perfectiores effecerat: quos postea bene imbutos ad alios instruendos dimitteret: sed post cōmissam his ad fidem instituēdi ꝓuintiam & traditā potestatē rursum per litteras cōmonefacit. Expolit: & demuꝫ absoluit quod deesse his fortasse uidebat̃. Atqui primū illud te minus pretereat: qui hęc a me queris: perfectionē ipsam adhuc neminē attigisse. uł & si ad alios instruēdos constitutus sit quispiam: erit profecto necesse ut uel hic ab his deducat̃ excolat̃q̄: qui perfectiores in fide & ꝓfecisse plurimū uidebunt̃. ceterū cum recens esset ecclesia instituta haudquaq̄ facile erat. ut solus paulus omnia & curę haberet & ad fidem formaret. deniq̄ uniuersam scrutatus epistolam aduerte hunc non eundē in modum timotheum cōmonefacere: quo & discipulos reliquos: sed ita instruere ut eos decet: qui docendi munere non audiendi funguntur officio.

¶ Paulus apostolus iesu christi secundū imperiū dei saluatoris nostri. (Cum legem sit timotheo daturus: seipsum apostoluꝫ nuncupat ut eius dictis faciat fidem: perinde dicat. neq̄ enim que mea sunt loquor: sed eius prosequor dicta qui me ut apostolus sim destinauit. Cauendū itaq̄ ne mea hęc iussa pretereas: & q̄m maxima erat apostolatus hec dignitas: ne uideat̃ ex ea efferri: secunduꝫ imperium saluatoris adiecit: neq̄ enim hanc ipse mihi arripui dignitatem: sed domini inquit defugere mandata nil queo: quo minus hec exequar. qui sane apertius hec mihi iniunxit q̄ uocarit: atqui nec pater ipse & deus: sed christus & unigenitus hec paulo imperasse arguit̃: qui est ita profatus ad gētes longin quas te ipse transmittam & rursuꝫ: oportet ut te cęsari offeras: & spiritus q̄dē ipse segregate mihi paulū. Alioqui que filii sunt spiritus esse & patris affirmat Audi iam que subsequūtur. ¶ Et xp̄i iesu spei nostre. (Aduerte ut cōmune sit trinitati ipsi imperium utq̄ & dauid de patre huiusmodi differat. Spes omnium finiū terre: & paulus idem. Sperauimus inquit in deo uiuo: nunc uero filius spes nostra dicit̃. tam cuncta sunt filio & patri cōmunia. Oportune autem saluatorē dixit & spem: quia docenti & p̄dicāti: quandoq̄dē multis difficultatibus & periculis colluctat̃: ut in quem omne bellum infertur: speranda est salus: & quo cadente: & simul qui sub se militant facilius cadant necesse sit ut

illud percutiam pastorem & dispergentur oues. non itaq; cadendum est: quan do saluatorē habem9 non hominē quendā simpliciter sed deū ipsum & patrem qui nos celerrime a quouis discrimine eximet: q̄ si a periculis haudquaq̄ mox eruamur nobis tū speranda sunt potiora: quippe quoꝝ spes christus: cui9 pu dere nil possumus. His itaq; duab9 decausis: discrimē omne ferendum est: uel quia celerrime sumus ꝑ christū saluandi: uel quia spe bona fouendi. ¶ Timo theo dilecto filio in fide. (Vt quē per fidem genuerat: ut & alibi dicit: ꝑ euan geliū. Ego uos genui: ut aūt timotheū collaudet: non solū filium: sed dilectuꝫ appellat. quod eo facit: tum quia timotheus parē in se caritatis uicissitudinem supra omnes seruaret: tum quia & hunc ipse ex animo coleret: prudenter uero in fide dixit: ut ad hanc tutandā acrius illum pelliciat. Et quia pauli filius sit & dilectus pronuntiatus: longe magis sit in fide armandus ne labi idem hic possit aut turbari: hoc enim fidei est precipuū argumentū: cum de futuris fue rit spes certior. ¶ Gratia & misericordia & pax. (Nusquā alibi in ipsis episto le primordiis misericordiam est comprecatus: nisi hoc loco: quod sine ex carita tis uehementia quadam cum tito filio bona q̄plurima ut eueniant concupiscat effecit: q̄ppe q̄m formido cepisset q̄ solet parentes īuadere dū neq̄d filio aduersi cōtingat uerent̄: quēadmodum fecit: cum illi consulerat ut stomaci prospiceret ualitudini: simul etiā ut ostendat: qui alios instruunt clementiores ut sint opor tere. ¶ A deo patre & christo Iesu domino nostro. (rursum hoc loco hūc cō solatur sic inquiens: si enim deus pater hic noster: nos haut secus ac liberos cu rat: nonne & tui hic miserebitur: & gratiā largiat̄ necesse est: ut & omnium er ga te cōcilies caritatem: & uel cum hostibus ipsis pace utaris.

¶ Sicut rogaui te: ut remeares ephesis cum irem in macedoniam. Vide quan ta sit huius benignitas: non enim magistri: sed serui utitur uoce: neq; enim id tibi iniunxi inquit: sed rogaui: & precibus depoposci. Tales & ipsi nos gerere erga obsequentes discipulos debemus: & longe aliter in eos qui corruptis sūt moribus & contumaces: nec nobis accepti: orat autem hunc ut ephesi maneret neq; enim profecisse aliquid epistola uidebatur: quam ad eos misisset. Solent enim plerunq; homines absentium litteras paruifacere. Queritur autem utruꝫ ephesi Titum Paulus destinasset ut ibidem maneret: ita quidem: quod utiq; ex frequētibus patet. ¶ Vt denuntiantes quibusdam ne aliter docerent. (Neq; enim dixit ut horteris ut obsecres: sed ut denunties: quod sane austeri, us est. Neq; nomine illos expressit: quibus denūtiaretur: ne obiurgādo per, uicatiores efficere: docere autem aliter est: alias quasdam disciplinas inducere & decreta a ueris aliena. Erant nanq; ex iudeis pleriq;: qui cum se apostolos mentirentur: & glorie cupiditate dici se preceptores optarent ad legis ueteris obseruationem inducebant discipulos. ¶ Neq; intenderent fabulis. (fabulas non legem dicit: sed obseruationes nonnullas & cōmentitia dogmata.

¶ Et genealogiis interminatis. (Auos nanq; & proauos commemorabant: ut gloriam ex historia uendicarent. Interminatis autem dixit genealogiis: uel quia altius illi genealogiis repeterent: uel quia nullam demum attulissent uti, litatem: nec utilem aliquem & compendiosum essent euentum sortiti: sed ea af ferrent: que & difficulter repeti memoria possent: & admoduꝫ essent perplexa

potest etiam his dictis uel gentes ipsas pretendere: quippe quorum & fabule
sunt: & generationes retexunt: cum eorum deos commemorant.
¶ Que questiones prestant magis q̄ edificationem dei que est in fide. (Hoc
est deus quidem ut per fidem acciperentur: hoc dispensauit: hi uero questiun/
culis nonnullis inductis: dei dispensationem dissoluunt. Vel quia cum maxi͞s
uellet nos deus bonis donare: ineffabilem quandam erga nos dispensationem
ostendit. Hanc igitur sue benignitatis dispensationem per fidē accepimus non
genealogiis & maiorū recordatiōe; questiones enim hi induxere cum admirati
one inuestigantes: dicentesq; quo fieri id pacto potest: uel quo modo credituri
nos sumus futura! hec sane questio abrogat fidem. Cur preterea dicit aliquis
dominus dixit: querite & inuenietis: & rursum scrutamini scripturas: querite
quidem cum inquit: quod quesitum inuestigatumq; sit prefert: & maxime cō
cupitum: scrutamini uero id est ut ueritatem perdiscatis: & sacrorum scripto
rum rationem adepti: conquirere istiusmodi & ambigere desinatis.
¶ Finis autem precepti est caritas ex corde puro. (Si iniunxeris inquit ne/
quaquam deberi doctrinam a nostra diuersam afferri; caritatem eiusmodi asse
queris: quam si plantaueris: & dogma quodcunq; tortuosum & prauum sub/
stulens. Superioribus nanq; temporibus cu m caritas ipsa abesset: inuasit inui
dia e qua dominandi incessit libido; vnde & alios instruendi cupido animum
subiit & dici magistros deinceps & hereses sunt subsecute & hominum inter
se dissidentium pertinacissime uolnntatis: in fide uero longe secus habetur.
In ea nanq; & caritatem deposcit: que sit integerrima: nec uerbis constet: sed
ex corde proficiscatur: & cor ipsum ut purius sit & ita affectum & bene com/
positum: ut aliorum a recto errantium doleat uicem: non simulatione aliqua
adumbratum. ¶ Et conscientia bona & fide non ficta. (Q; predo aliquis pre/
donis beniuolentia uinciatur: haudquaq̄ amor huiusmodi ex recta conscientia
uidetur constare! sed praua: neq; ex fide non simulata: nam qui integro animo
in deum crediderint: nequaq̄ tulerint a uera caritate disiungi; que omnes consue
uit eundem in modum complecti: predo uero pretereuntibus uniuersis indif/
ferenter & sine delectu perniciē affert: vnde intelligi datur eum qui caritatis
sit expers: & fide carere. ¶ A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in ua/
niloquium. (Aschochisantes quod aberrantes dixit latinus interpres: illi dicun
tur qui minus ex arte sagittas ad destinatum intenderint. Erat autem inquit
hoc loco uel arte opus & sagittandi peritia: neq; de signo prefixo quippiam de/
migrandum: nonnulli itaq; cum a caritate aberrassent & fide: ad uaniloquia se
contulere: quid autem sit uaniloquium, ex subsequentibus patebit apertius.
¶ Volentes esse legis doctores: (Perinde dominationis cupidi & principatus
& inanis glorie appetentes legis doctrinam sibimet arrogabant: nec sane sese
tales prestarent: si caritatem iam essent & fidem adepti. ¶ Non intelligentes
neq; que loquumur: neq; de quibus affirmant. (Hoc loco hos insinue arguit
tanq; ignaros quid ipsa lex sentiat: nec temporum interualla intelligant: nec
quando lex ipsa imperio sit potita: dicet aliquis: si ergo per ignorātiā hi deli
querunt concemnandi non sunt: nequaq̄ id equidē asseuerauerim: cum constet
ex imperandi cupiditate & caritatis carentia: ignaritatem hanc emanasse: nam

cum uellet inquit de lege disserendi sibi munus asciscere: ad ignorantiam recu/derunt eoque & ipsius inscitie causam prebuere: neque de quibus affirmant: hoc est de purgationibus & obseruationibus differētes & alijs: quibusque ad corpus hoc pertinentibus: nihil intelligunt. ¶ Scimus autem quia bona est lex si quis ea legitime utatur.) hoc est si non modo hanc quispiā uerbis interpretetur: sed & factis adimpleat: nam qui ea que legis sunt edocet: opere tamen nil exequatur: legis expers: & illegitimus: uel a lege ipsa decernitur: uel aliter legitime ille utitur lege qui per legem ad xpm deducitur: lex nanque que iustificandi careat potestate ad christum remittit: idque lex ipsa exigit: ut quis se utatur legitime: hoc est quemadmodum ipsa lex iubet: que sibi christum preponit. ¶ Sciens hoc quia lex iusto non est posita) Id scilicet quia nequaquam per eum stat qui iustior sit quo minus perdiscat que sunt peragenda: est enim rei huiusce non ignarus: eoque nec penas ueretur: iustum autem hoc loco intellige qui uirtutē e assecutus: qui nulla legis formidine: sed ex officio nequitiam odit: & uirtutem complectitur: & in eo superat legē qa haudquaquam dignatur: pro instructrice hanc ipsam habere: que & flagra sibi intendat: si labitur: & supplitia comminetur: sed magno animo perstat ut qui in uirum euaserit: & que uiri sunt sapiat: & iam ex ephebis excesserit: si/cuti & medicus uulneribus affecto & egrotanti: ad medellam paratus est: non ei: qui prospera utitur corporis ualitudine: & frena equo lasciuienti & effrenato non ductu facili: imponuntur. ¶ Sceleratis autem & contaminatis patricidis & ma/tricidis: homicidis fornicarijs: masculorum concubitoribus: plagiarijs: mendaci/bus & periuris.) per species peccata edisserit ut eos qui legi obtemperant puderet cogat legis huiusmodi prefecture. Hec autem cuncta scelerum genera iu/deis erant iam notiora: quippe qui & idola frequentius adorarent: & liberos pe/sepe immolarent demonibus: & Moisem ipsum fuerint lapidibus insectati: & quorum manus sanguinum plene: nonne & parricidas hos esse & ceteris pessimis facinoribus obstructos conicceris: si de his omnē percurras historiam. Eo igi/tur his lex tradita est: ut eiusmodi eorum flagitia coerceret: quod & alibi dicit: lex preuaricationum gratia tradita est: iustificatis uero & sanctis nihil erit hec lex necessaria: ut qui nequaquam ad preuaricationem ullam inclinent. ¶ Et si quid aliud sane doctrine aduersatur.) Et si satis esse que dicta sunt uidebantur: nihilo/minus ut summatim cuncta resumeret: & si quid aliud tanquam uniuersale adiecit: ut perspicuum faciat a corruptis quibusdā dogmatibus huiusmodi uitia sump/sisse initium: hec nanque sane doctrine obsistunt. ¶ Secundum euangelium glorie beati dei.) hunc orationis contextum ita construito. Sane doctrine que secundum euagelium con/stet: glorie autem eorum gratia dicit: quos & persecutionum & christi crucis pu/deret. Ostendēs in gloriā cedere quecunque perpessus est xps: & nos item cum acrius afflictamur: tum maxime laudem promereri: uel quia ex ipsis temptati/onibus gloria comparatur: subinde dicat: & si hec mala presentia ignominiosa & turpia uideantur: bona tamen futura gloriam habent: & hanc quidē ipsam denuntiat euā/gelium: quippe quod de futuris non de presentibus bonis edisserat: uel gloriā dei cultū dicit quē nobis explicat euangeliū. ¶ Quod creditum est mihi.) mihi inquit non apostolis hisce fallacibus: & commentitijs quorum euangeliū ignominiā affert non glo/riam ¶ Et gratias ago ei qui me confortauit in xpo iesu dn̄o nr̄o.) Cū creditū

sibi euangeliū fuisse dixisset: ne gloriam ꝓpterea uideat̃ : deo id oīe ascribit sic inquiens: ei quidē habende sunt gratie qui & uires suffecit: ut suscipere tantum oneris possem. Cū eni quotidie eēt apl̃us morti expositus: haud sane id humanū uirū erat: ut cum tanto discrimine euangeliū ꝑdicaret. Ex his preterea certā prefert humilitatē: non nr̃am hanc quę simulata dici potius potest q̄ uera. (Quia fidelē exstimauit ponens in ministerio.) Ne qs dixerit infidelis: si rerū omnū summa deo ascribit̃ : & nihil a nobis ipsis confert̃ : cur paulū tanti effecit: non iudā prouexit? hoc itaq; nūc tollit obiectionē cum ait: neq̄ q̄ temere mihi uires ille suppeditauit, sed qa sum fidelis inuentus: quod tamen pressius dixit: qa fidelem exstimauit: rursumq; ut eius occultet uirtutē: non enim inquit dixerim me fidelē: sed talē me ille duxit: uerū unde id liquet: ex eo certe, quia misteriū mihi iniunxit: quo enim pacto id mihi dn̄s demandasset: nisi idoneū me ad eam rem preuidisset: sic & in patrisfamilias domo dispēsatores domino grãs agunt: q plerāq; sibi crediderint dispensanda: quā rē argumento ducunt eorum fidem prę cęteris magnifieri: atq; & dominus inquit uas mihi electionis est iste: ut portet nomen meum in gētibus: hic uero & si id nomen erat ad deportandum accomodus: uires tamen a deo accepit: ut demanda tum opus exequeret̃. Deferre nanq; christi maximū nomē & hominū animis illud ingerere predicando: ingenti erat ui opus: & facultate: quod nomen uere hic defert, qui digne mundana omnia dictis factisq; contempserit: quo fit ut qui istiusmodi se non exhibuerit: asportare id christi nequeat nomē: perinde q nil prorsus in se sit xp̄m adeptus :erat itaq; paulus & si in aliis fidior: in eo tamen fidissimus: cum nihil sibi asciscceret: quę domini forent: quinpotius uel sua illi ascriberet bona: quēadmodū & alibi inqt: laboraui cęteris abundātius nō mea uirtute: sed dei gratia: & huiusmodi multa. (Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus.) Aduerte q̄ dei extollat misericordiā. cū pristinam eius uitam enarrat: at ubi de iudeis hic disputat damnatione quauis dignissimus: nihil huiusmōi obiicit. in se uero has omnes calumnias congerit: non enim solum inquit christū antea detestabar: uel hanc in me ipso nequitiā terminabam: sed eos etiam persequebar qui pietatemcolerent: neq; id mō sed contumeliosius insultando. & re ipsa abutebar & modo. (Sed misericordiā dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate.) Arguit se supplicio dignum: tam etsi hoꝝ precipue dominus miseretur qui per ignorantiam deliquerunt. Queret aliquis, cur ergo non sunt & iudei cęteri omnes ueniam consecuti? qa non nesciu: sed scientes & ultro cōmiserunt: atqui ex pharisaeis credidere pleriq; haud tamē se credere fatebantur, quippe qui hominum gloriam potius q̄ dei: longe plurimū adamarent: vnde & christus sic ait: quo enim modo credere potestis qui ab hominibus gloriā accipitis? quin & iudei ipsi dicebant: videte qa nihil proficitis: ecce mundus post eum pergit: hos nanq; ubiq; principatus cupiditas obturabat: & alibi rursum sic inquiunt: nemo pōt peccata dimittere: nisi solus deus: edidit postmodū christus que se deum esse arguerēt signa: cur tū mira facitanti nō credidere? cōstat ergo nō ꝑ ignorantiā hos deliquisse: dicet aliquis: ubi nā gentiū paulus erat dum hęc agerent̃ : nimirū ad gamalielis pedes astabat: neq; enim turbis admiscebat̃ . Gamaliel uero uir erat: qui suis

nō alienis rebus uacaret: uerū quo pacto impostérū paulus qui xp̄i nomen ꝓfiterent̄ in carcerem iniciebat: quia uidebat iam xp̄i preconiū ꝓpagatum iā & auctum esse cum legis zelo ipse arderet: iudei uero nō legis sed primatum gr̄a uendicandi & assequende glorię xp̄o renitebant̄. Cur igitur cum optime paulus legem calleret: xp̄m nesciuit: atq eo seipsum condemnat: qa ignorātię morbo antea laborasset quā incredulitas ip̄a pepeat eoq̄ se fuisse misericordiā cōsecutum affirmat. ⸿ Superabundauit aūt gr̄a domini nostri cum fide: in dilectione quę est in xp̄o iesu.) Cuz multa & p̄clara de dei misericordia disseruissz utq̄ pro eius pristina pertinatia ultima queq̄ esset tormenta promeritus: dei tamen inse sit usus clementia: nunc uero ita subiungit: non modo mei ille est cōmisertus: quin & germanū & filium amicū & coheredem effecit: adeo illius effuse accreuit clementię gratia: uerumtamē ne quis id inquiat: cum cōstet tantopere habundare hanc gratiā: tollitur ergo nostra omnis uoluntas & studium qd̄ ipsi ad bonū īpendim9: p̄inde nihil sit ad ꝓfectū hęc necessaria: adiecit cū fide & dilectione: fidē inquit ipse hāc contuli: credens posse me christū saluuz reddere: & dilectionē: quā scilicet in xp̄o iesu adeptus sum: is enim mihi non lex: qua erga deum. ffitior caritatem suppeditauit: arguit preterea quēadmodum cum fide sit & dilectio inferenda: prodit nanq̄ ex caritate obseruatio mādatorū uti & dn̄s dixit si me colitis: & mandata mea seruate. ⸿ Fidelis s̄mo z omni acceptione dignus: quia xp̄s iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere.) Cum dixisset: quia me qui ecclesiam sum persecutus commisertus est deus: nulla nunc inquit te subeat admiratio: quia sim munere hoc affectus nec quoq̄ pacto diffidas & alios posse pari dono dignari ob id nanq̄ ille in mundum cōcessit: ut peccatoribus uniuersis salutem donaret. Est itaq̄ istiusmodi sermo credibilis & fidelis & dignus: qui ab omnibus admittit̄: neq̄ enī quia ingentia sunt: quę dono nobis sunt tradita: eo minus credenda: sed quia infinita est largientis benignitas: & credi hęc merito debent & excipi. Id etiaz uel iudeis qui adhuc legi intenderent dissent: ut illis aperiat: nequaq̄ posse salutem sine fide parari. ⸿ Quorū primus ego sum.) Quo pacto cū alibi dicat scd̄m iustificationē que in lege est factus sine querela: nūc inter peccatores primum se statuit: quia quo ad xp̄i iustificationē legis iustificatio: pro delicto habet̄: ut quę nullū in p̄atiarū habeat tēpus: q̄diu enī lex tēpus id habuit: eius certior erat & uera iustificatio: nam quēadmodū noctu lucerne lux om̄is a lunę fulgore obtenebrat̄ si fuerit sub diuo exposita: sic legis iustificatio a xp̄i occultatur iustitia: & plane tollitur: cum enī xp̄s apparuit: solis ad instar tenebris legem offendit: peccat itaq̄ & insipiens est: qui lucerne lumine utit̄: micante sole. ⸿ Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me primū ōnderet xp̄us ies9 omnem patientiam ad informationez eorū qui credituri sunt: illi in uitā eternā) Attende humilitatez: propterea inquit sum misericordiam consecutus: ut eorum nemo disperet: qui prauis sint facinorib9 inquinati: sed spes certior sit cū paulum uideant: q peccando cunctos excessent saluū iam redditū: arguit pręterea ex his nec dignū se extitisse: q a deo ueniā ꝓmereat̄: sed ad aliorū salutem esse iam se dei clementia potitū: neq̄ enim dixit ut in me patefieret diuina patientia: sed omnē quasi id inquiat cum plurimū deliquissem: omni hoc est tota

gratiam dicit quam ille cum episcopi munere fungeretur, accepit: per ꝓphetiā hoc est spiritu sancto iubēte: ut dictum est supra. ¶ Cum impositione manuum presbiterii.) hoc est episcoporum: aduerte q̄ illud tremendum sit: & quantū ualeant pontificum imposite manus. ¶ Hec meditare: in his esto.) hisdem de rebus hunc sepe cōmonefacit: ut epūm arguat debere omniū maxime: his que superius dixit: incumbere. ¶ Ut profectus tuus manifestus sit omnibus.) Neqꝫ enim in uita solum recte degenda: sed & uerbis que ad alioꝝ faciant instructionem: & ceteris sint documento. Aduerte autē quēadmodū hunc maximum in modum ꝓficere uolebat apostolus. ¶ Attēde tibi & doctrine: insta in illis.) hoc est tibi ipsi uaca: & ceteros instruere diligentius. ¶ Hoc enim faciens & te ipsum saluum facies: & eos qui te audiunt.) Qui enim oblectat̄ docendo sibi primū conducit: & cum alios cōmonefacit: corde compungit̄: unde cum sibi tum illis parat salutem. ¶ Seniorem non increpaueris: sed ora: obsecra ut patrem.) Neqꝫ enim de eo nunc differit: qui in ecclesia dignitate fungatur: sed de alio quouis: qui per etatem sit ad senectutē prouect9: quit inquiet aliquis: si obiurgatione indigeat: uel hunc ut patrem conueni: precareqꝫ: ut a malo desistat. ¶ Iuuenes ut fratres: anus ut matres.) Cū enim homines grauiter ferant cum obiurgant̄: & eo magis: cum ab his arguuntur: qui annis sūt longe inferiores: huic rei benignitate uidetur: iuuenes inquiens ut fratres & anus ut matres cum delinquunt commonefacito. ¶ Iuuenculas ut sorores.) Cum enim inquit iunior etas natura petulans sit: & frenorum impatiens: ita ut castigationē minus admittat: mitius erit hec pertrāctanda: nec corripiētem repudiet. ¶ In omni castitate.) Cum enim suspitionē inducant: qui cum semel in adolescētula conferunt̄: sermones: necesse est tamen ut has alloquat̄ epūs castigetqꝫ leuius: ait igit̄ in omni castitate loquere hoc est nō mō scelus ipsum concubitus omnino defugeris: sed & aliā omnem suspitionis causam euitabis. Hec autem nō timotheū monendi gratia scribit: quippe quē sciret castissimū: sed nostri q posteri sumus: ut & ipsi suspecta omnia caueamus ¶ Viduas honora: que uere uidue sunt.) Verū cur nullā hic facit de uirginibus mentionem forte quia nondū erant ea in urbe uirgines que fideles iam essent: honore autē uiduas: hunc prosequi iubet: tum quia nec uiros habent qui illis tutent̄: tum quia uiduitas ipsa & probro digna uidet̄ et detestāda: & ideo a presbitero honore quodāmodo subleuet̄ necesse est: & hec precipue uidue sunt sulleuande q̄ uiduitatis dignitatē asseruant: que autem he sint progrediendo predisces: fieri enim potest ut & uiro careat aliqua: nec tamen uidua esse coarguat̄: honora autem hoc est cōmiserere: & necessaria illi suppedita. ¶ Si qua autem uidua filios aut nepotes habet. discat primum domū suā pie regere.) pie regere matris uel nutricis dicit senectam alere: est nanqꝫ parentū dignitas diuina quedam: edisceant igitur inquit tam filii q̄ nepotes eorum matribus honorem deferre: hisqꝫ & alimenta prebere & bene facere. ¶ Et mutuam uicem reddere parentibus: hoc enim acceptū est corā deo.) Parentibus hoc est nutrici & matri: Aduerte ne gratos nos in parentes esse uelit apostolus: cum uicē inquit reddendā esse parentibus: quia nos educarunt: & ad maiorem prouexere etatem: infertqꝫ id enim est deo pergratum. ¶ Que autē uere uidua est & desolate sperauit in

deum.) Dixit superius uiduas bonora que uere sunt uidue: proinde uiduis
interiectis que minus sint uidue: quippe qui liberos habeant procurãdos: nũc
subdit que uere est uidua: & eam esse hanc asserit: que neminem habeat qui si-
bi prospiciat: nõ nepotem non filium: sed eius spes omnis in deo sit affirmata:
que et honore sit prosequenda: & illi que ad uitam spectant sumministranda.
¶ Et instet obsecratõibꝫ & orõibꝫ die ac nocte.) Merito istiꝰmõi differens
uiduas consolat̃: ut que deum habeant omnium loco: nam etsi mulier que fili-
os nutrit mercedem assequitur: haudquaq̃ tamẽ & his imminuta est dignitas
quia filiis careat. ¶ Nam que in delitiis est uiuens, mortua est) Cum enim ple-
req̧ eo malint ĩ uiduitate ꝑstare ut liberius peragant: quod animus tulerit
sic inquit uidua que per delitias uiuit & luxum: & si sensibilem uitam hanc du
cere uideatur: spiritu tamen demortua est. Si itaq̧ nequaq̃ mulieri permittit
ut in delitiis agat: cuius forsitan & natura & ętas est imbecillior: quid uiris est
obiecturus: q luxui se & delitiis addicarunt. ¶ Et hęc precipe ut irreprehen-
sibiles sint. Vides quemadmodum pro lege haberi id uelit: neq̧ enim uolun-
tati permittit quo minꝰ delitietur: sed quia pro delicto hoc interdicit: precipe
enim cum inquit illud designat: id est acerrime prohibe: ne istiusmodi commit
tantur. ¶ Siquis autem suorum & maxime domesticorum curam nõ habet in
christo.) Ea inquit que in delitiis diuersatur: ea mortua est: & plane interiit:
quia preter se ipsam nil aliud curat: cum et domestici omnes hoc est fideles cu
randi sint: & hi precipue qui genere nobis proximi sunt: & cõsanguinitate cõ-
iuncti. ¶ Fidem negauit.) Cur fidem inquit negauit: quia eius opera nequaq̃
sint in deum credentis: si enim crederet illum utiq̧ audiret dicentem: a dome
sticis eius qui tuo ex semine sunt non auerteris: deum enim profitentur se scire
operibus autem negant. ¶ Et est infideli deterior.) Eo quidem deterior est:
quia qui fide caret & si alienos contemnit: suos tamen naturę obediens non as
pernatur: hic uero legi & humanę ita & diuinę maxime aduersatur: nam quis
eum crediderit in alienos esse beniuolum: qui suos neglexerit: quod si & exter
nos suis posthabitis uideat̃ cõmiserari, cur nõ supbię sit hoc ascribendũ? reputa
igitur si longe est infideli deterior: qui suos nil curat: quo malignitatis statuen
dus sit gradu qui illis iniuriam fecerit: quin nec satis huic ad salutem erit pro-
pria uirtus: ut qui & si uirtute sit preditus: nequaq̃ uel instruxerit uel commo
nefecerit genitores. ¶ Vidua eligatur non minus sexaginta annorum que fue
rit unius uiri uxor.) Cum superius dixerit eam que delitiis uacet: nec suis pro-
uideat indignam esse que uiduarum numero interserat̃: nunc uero nos edocet
quid illa ut habeat sit necesse: & primum quidem ętatem presinit: causam uero
in sequentibus explicabit: neque enim temere sexagenariam illam decernit: tã-
etsi uel in ea ętate possit aliqua indigna uiduitate haberi: moxq̧ et unius uiri
vxorem deposcit: tanq̃ in eius castitatis & continentię argumentũ: & alia quo
dam ut in sequentibus audies sint necessaria. ¶ In operibus bonis testimoni
um habeas. (Id sane hãc potest uiduarum catalogo dignam efficere: deinceps
enumerat sigillatim & opera. ¶ Si filios educauit.) Filios educare non est fili
os enutrire: sed quemadmodum dicet: ut dictum est instituere: ut in fide salu
cet & sanctitate permaneant. ¶ Si hospitio recepit.) Vides quemadmodum

que in suos cōferunt uidue beneficia: illis proposuit que in alienos contulerūt: nam cum si filios educauit dixisset: tunc & si hospitis excepit adiunxit: perinde quod priori posuit loco magis expediat: nametsi ceteris bonis careat quispiam: domum tamen habebit: ut ei sub diuo manendum non sit. ℂ Si sanctorum pedes lauauit.) Id uero intulit: quia & si alienos hospitio admittunt nonnulle: ancillarum tamen non sua in illis excipiendis utūtur opera: cum itaq; uiduam actuosam hic esse uelit & exercitam: non languidiorem & mollem: hanc ipsam per se iubet hospitibus inseruire: langor enim & molliores ipsa eius est potius que in delitiis agit: quinetiam ne quis inopiaz omnino excuset: ad hospitalitatem hanc exercendam: perinde nec domicilium habeat quo hospites queat excipere: si pedes inquit sanctorum lauit istiusmodi nanq; ablutio: nec sumptus deposcit nec opes. Sancti autem sunt quotquot fidem sunt rectam cum operibus consecuti: uel similia edāt miracula. ℂ Si pacientib9 tribulationem sumministrauit.) si eos uidelicet qui afflictantur pecuniis iuuit: si tutata est. ℂ Si omne opus bonum subsecuta est.) Hoc est si ipsa exequi id opus nequiuit: alteri tamen recte operanti bona hęc presentia communicauit.

ℂ Si sumministrauit.) uidelicet si lectum strauit hospitibus ad quieteq;: & alia huiusmodi factitauit: quibus sunt feminę accomodatiores. ℂ Adolescentes autem uiduas deuita.) Cur enim de uirginum nil quicq̄ ętate definit? nimiruz quia uidue adolescentiores labendo iam sepius delinquebant: unde & occasionem prebuere apostolo: ut timotheum hunc in modum commonefaceret: cum de uirginibus hisce nondum compertum huiusmodi aliquid haberetur.

ℂ Cum autem luxuriate fuerint: in christo nubere uolunt.) hoc est cum diu male castimoniam dissimularunt: ut ubi in delitiis sunt & luxu uersate: in christum superbiunt: quem cum habere decreto dedig̃entur: in sponsum in nuptias recidunt: nubentq;: quippe qui haudquaq̄ certo animi iudicio: uiduitatem elegerunt: in finem usq; tutandam. Aduerte autem quemadmodum & uidua christum habeat sponsum: nec secus q̄ uirgo. ℂ Habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt.) fidem conuenta dicit & pactiones: he itaq; inanes reddidere conuentiones: quas cum christo pepegerant: quocirca & damnationez adipiscuntur. ℂ Simul autem & ociose discunt circuire domos.) Ad eam damnationez & aliud scelus accedit: id scilicet: quia ociari perdiscunt & tempus in cassum terere: cum per alienas domos uagantur: ocium enim omne malum edocuit: sit itaq; ut feminis turpe est ita ut uiros hoc ipsū dedeceat: ℂ Non solum ociose: sed & uerbose & curiose loquētes q̄ non oportz.) Non iniuria he: tales redduntur: siquidem per alienas domos circumuage: aliorum facta renuntiant: unde necesse est cum indagari omnia uelint: ut curiose reddantur & nugaces: quippe que ad multos deferūt que a multis gerant̄ & hunc in modum precipites eunt. ℂ Volo ergo iuniores nubere: filios procreare: matresfamilias esse.) In illussem eq dez inqt maxime: uiduas hasce a pactionibus cum christo initis minime desciuissent: sed cum nuptias malint & ipse assentior: dummodo iuniores sint que nubere uolunt: est enim satius matremfamilias fieri: id est domus & familię curam suscipere: & aliquid operari: q̄ per alienas domos circumuagari: & ad nugas conuerti: & otium cum uero dicit

filios procreare ostendit eo his esse nubendum:ut filios pariant:& plures offe
rant deo. ¶ Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia: iam enim
quedam conuerse sunt retro post satanam.) Q ui matresfamilias fieri has uelle
se dixit:ne uideatur quietem illis & ocium ad delitias contulisse: adiecit nullã
occasionem aduersario dare:subinde dicat: ita domũ & familiã curent: ut nihil
aĩa patiatur iacturę: aperit preterea hoc loco qua mẽte illis ut nubãt consense
rit:uidelicet ne occasionem pbeant aduersario ut sese illudant: ut cũ christo de
nupserint prę iuuentutis infirmitate adulterenť:quocirca eo has inqt sub ma
trimonii iugo traduxerim : ne si curis uacauerint:quę dicta sunt mala mox sub
sequanť. ¶ Si qs uero fidelis habet uiduas filias suministret illis.) Atq fide
lium uiduas haudquaq̃ deceret ut ab infidelibus alerenť:ne illorũ ope uidereť
egere:cum uero suministret inquit:qd satis sit:his arguit tribuendũ: nihil ad
luxũ. ¶ V t nõ graueť ecclesia ut his q̃ uere uidue sũt sufficiat.) Qui enim ui
duas suas aluerint:& ecclesie uiduas cõducãt necesse est: ut nihil aliarũ onere
oppressa ecclesia:maiore copia rerũ quas habz enutriat:eas scilicet quę uere sũt
uidue: hoc est quę nec uirũ habeãt aliquẽ sibi psp̃icientẽ: & ab omnibus sint
destitute. ¶ Qui bene presint presbiteri duplici honore digni habeanť:maxie
qui laborãt in uerbo & in doctrina.) Quales hi sint qui bene presunt:dñs edo
cet inquiens:bonus pastor animã suã ponit p ouib9:uidelicet nemini parcens
ut oues curet:honorẽ aũt dicit: ut ex sequẽtibus patet que in uitę alimoniã cõ
ferunť:oportet enim abundẽt qui alios instruũt:his rebus quę hominũ uite
sunt necessaria:ne horũ cura distracti pdicãdi munus omittãt:sic enim & oliz
leuitę degebant :duplici autẽ quo ad uiduas uel ad diaconos:intulit:uel dupli
ci pro habundanti positum est:uerũ ubinã gentiũ sunt:qui optimo uiuendi ge
nere opus esse affirmant:non sermone:quo cęteri instruanť: audiant paulum:
uti sermonem hoc loco cęteris preferat:est nanq & si aliud quippiã sermo hic
apprime necessarius:nam cũ aliqua de decretis inciderit disceptatio:quodnam
ea in re prodesse:uite genus:uel optimũ poterit:sermonem uero non tumiduz
exigit & iactabundum.sed qui sacrorum scriptorum sit uirtute & sensu referť
utcunq sit ille pronuntiatus. ¶ Dicit enim scriptura:non infrenabis os boui
trituranti:& dignus est operarius mercede sua.) Subnectit & testimonia:legis
alterum;alterum christi:aduerte autem quemadmoduz undiq cogiť insudare
;qui docet : nam ut frumenta dissoluere & in grana deinceps comminuere:nõ
mediocris est labor. sic & qui alios instruit necesse est ad angoris & penurię.&
laborum se tollerantiam preparet :cum uero de operario disserit:ostendit ne-
quaq̃ huncoportere delitias & quietem conquirere:operarius nanq sua est di
gnus mercede:siue cibo dixeris & uictu:qui uero nil operatur uľ his indign9
esse arguitur. ¶ Aduersus presbiterum accusationem noli admittere.) Con-
tra iuniorez accusatio uel sine teste est admittenda :at si fieri potest:contra ne-
minem admittatur:sed in eum precipue qui puectiori sit & senili ętate: nolim
delatores admittis:non enim dixit & in hunc noli iudicium ferre: sed ne accu
sationem inquit admiseris : hi nanq p etatem minus delinquũt q̃ solẽt adoles-
centes:presbiterũ aũt hoc loco senem dicit. ¶ Nisi sub duob9 uel tribus testi-
bus .) Cum enim ex suspitione & cõiectura pleraq iudicẽtur:sunt quidem &

testes ex prisca lege haberi: qui delicti coarguāt: quid tum inquiet aliquis: si & hi mentiantur: id sane ꝑraro cōtingit: licet tñ uel id iudicio indagatū ꝓcōprehēdi: moris est tñ duos in testes ꝓduci: qñquidem peccantes seorsum & clā ꝓraua cō n̄trūt: quid preterea si palam aliqs crimē ꝓfiteatur: & nulli sint testes: sit tn suspectior qui delicta cōmisit hac de re fecit superius mentionē cum dixit: oportet aūt uel ab his qui foris sunt bonū habere testimonium: ❡ Peccantes aūt coram omnib9 argue: ut & ceteri timorē habeant.) hoc est eos qui in prauis facinoribus perseuerant: & quos inqrendo deliquisse compereris: ꝓpalam obiurgato non ut iracundie medearis: sed ut ceteri affecti formidine a peccatis abstineant: oportet itaq ut aliis terrori episcopus sit: nam ut sine causa quēpiā condemnare: temeritatis est: & imprudentie: sic sontes & noxios non increpare pestiferū nam in plures morbus ī posterū disseminabitur: uerū cur dñs dixit: uade & argue eum: inter te & ipsū: si in te deliquerit frater: ꝑmittit tñ uel in ꝓpatulo si delinquere ꝑseueret redargui: qd ergo: nōne acerbius delinquētē per cellit: apta hec castigatio: quin contra potius illud offendet si cum facinoros9 aliqs notior sit: nec tñ a quoq peccati admonitus feratur in preceps: ꝓpterea pharaonē & nabuchodonosor deus: & alios ꝗmultos in mediū ꝓductos: tormētis affecit: ꝙt hominū uita a uitiis cōprimeretur. ❡ Testificor corā deo & dño ie, su xp̄o ut electis angelis.) Cū de multis disseruisset & ꝑsertim de reb9 celestibus: nunc qa de iuditio dixerat: deū ipm & horribilē sane in modū in testē ꝓducit: nō ut timotheo timorē iniiceret: sed magis ut cofirmaret: nā cū de seipso sic loqueretur ne aliis ꝑdicās ipe reprobus fiam: lōge magis timotheo uerebatur uocat aūt & iesū filiū in testem tanq ut in futuro possit iudicio excusari si aliter res q ipe iniūxerit forte cōtingat: cur aūt si queras & angelos testificando cōplectit: nimirum qa in eo iudicio & angeli sūt affuturi dñi milites: est ꝑterea hūane consuetudinis: tā ꝑstantiū ꝑsonaꝝ q inferioꝝ excipe testiōniū: atq & Iacob uel deū testatur & mōtes: & serui demuꝫ hoc mō admittunt in testes: electis aūt angelis dicit: quia & demones angeli sunt sed reiecti.

❡ Vt hec custodias sine ꝑiuditio nihil agens per ꝓaduocationem)

Hoc est ut equum te prebeas litigantibus: ne fiat preiuditium id est ne quis anticipando te circumueniat & familiarem sibi ac propitium reddat: ut scd̄m se uel ante iuditiū sententiam feras: nec quippiam uelim ꝑ aduocationē feceris hoc est ad gratiā: uel qđ in alterā ꝑtē sis uoluntate ꝓpensior: ꝑinde dicat uocat te ex altercantibus alter: seorsumq cohortat: ut se iuues: decernasq ei9 eē cām potiorē: noli ergo ꝓ illius uocatu & exhortatiōe aliqd exequi. ❡ Man9 cito nemini imposueris.) Descēdit tandē ad rem admodū necessariā: ecclesiasticoꝝ uidelicet ordinū collationē: qbus haud dubie ecclesia ipsa cōtinetur: inqtq haudquaq cito: id est temere uel cūprimū q ꝗpiā fueris secūdoue aut tertio penitatus: sed sepe ut diligenter oībus inuestigatis: manus cuiq īposueris: neq enim expers periculi ea res est: qle aūt hoc periclm sit ex his que subsequunt intellige. ❡ Neq cōicaueris peccatis alienis.) Es nanq inquit alienis delictis obnoxius his scilicet que ille in futurū cōmiserit: cui manus imposuisti: q sit ut uirtutū illi ꝑticipes sis futuris: si recte uixerit sic peccatoꝝ nō immunis si ꝑaue: eiusdem & prauis eo obstringeris facinoribus: qa nulla hoꝝ habita ra

tione tenebras lucem effeceris: nec hunc ipsum denuntiaueris cōmissa p̄n9 deflere & corde cōpungi. ¶ Noli adhuc aquā biber̄ sed uino modico utere ꝓpter stomachū tuū & frequentes tuas infirmitates.) Vides queadmoduz hunc uel tot affectum laboribus aque potione macerabat apl̄us: perdisce ergo nequaq̄ grauiter ferre si qui & nos ad continentiā cohortent̄: qm̄quidē timotheū & paulus aquā tamdiu potantē ut stomachū morbo infecerit: de abstinētia cōmonefacit. neq̄ enim simpliciter uino utere dixit: sed modico confestiz adiecit: & ad ꝓsperā ualitudinē non ad luxū: feruet enim suapte natura iuuentus & celerrie ex habundanti mero ad luxuriā concitabitur: queret aliq̄s cur paul9 q a mortuis alios reuocabat ad uitā: non huius aduerse ualitudini aliter medebat̄? id scilicet ut nihil ipsi hoc tempore offendamur: si sanctos & innoxios male pati conspicimus: quinetiā ut nequaq̄ existimemus supra nr̄am naturā fuisse ueteres illos: sed homines & nobis assimiles demum ne timotheus ipse de sua uirtute forsitan efferatur superbiatq̄: constat p̄terea cū ob tuas frequentes infirmitates dicit ualitudinariū timotheū illum fuisse: nec solum stomachi morbo laborasse: sed alus membris affectū egrotasse frequentius. ¶ Quorundā hominuz peccata manifesta sunt: precedentia ad iudiciū: quosdā aūt & subsequunt̄.) Cū enim de ecclesiasticis ordinibus conferendis: instituerit timotheum: noli dixit alienis peccatis communicare: uerumtamen poterat & illud non iniuria obiecisse: quid si ignarus & nesciꝰ: ipse id egerim instituerimq̄ ad sacros ordines non merentē? ad hęc tacite respondet apl̄us nōnulli inquiēs palaz & manifeste delinquūt: q̄ꝝ peccata ad iuditiū his ip̄is p̄cedūt: idest cōdēnāt: & ī ꝓpatulo sūt: ita ut facile q̄as hec īternoscere quorūdā ꝟo īcerta sūt & obscura delicta quę forsan inuestigando dep̄henderis: subsequunt̄ autē cum inquit huiusmodi aliquid pretendit tanq̄ id dicatur: licebit & hos precauere qui prauis facinoribus abstringuntur: cum impartiens q̄ si illoꝝ ignores improbitatē quos ipse sacraueris: nequaq̄ eris crimini ipse obnoxius: sed culpa uacabis; & illi quidem pro sacratis habentur: tametsi uita fuit minus probata: non enim sacra illa dona improbitas ulla dissoluit: que omnino illū sequunt̄ cui fuerint collata: magnꝰs uero basilius in alium sensum hęc uerba traducit: neq̄ ad eos hęc retulit qui consecrandi sunt: sed ita inquit: si forsitan quispiam fornicetur fureturue hunc id solum delicti precdit ad iudiciū trahens: uerum si prauo quis edocet: & pnitiosioris sapientie studiū affert & disciplinam. hunc sane peccatū subsequitur: quod utiq̄ non in ipso uel extinguit̄ uel finitur: sed restant eiusmōi pestilentis doctrine successores cuiusmodi sunt grecoꝝ sapientes quales & reliqui omnes qui preter ecclesiastici dogmatis ueritatē multa conscribūt: daturi autē hi pęnas sunt: non solū quia ipsimet erroribus sunt inuoluti; sed quia se subsequentibus erroris cām prebuere. ¶ Similiter autē & facta bona manifesta sūt & quę aliter se habent abscondi non possunt.) His dictis eos p̄cipue qui recta gesserint consolatur: affirmans & in p̄nti hoc seculo patere omniū facta & in futuro ubi nuda sunt omnia. ¶ Quicūq̄ sub iugo sunt serui: dn̄os suos honore dignos arbitrent̄: ne nomen dei & doctrina blasfemet̄.) Cōmonefaciro inquit & instruent si uel infideles sint dn̄os nacti morē illis ut serui gerant: & omni honore dignos: & re & uerbis existiment: neq̄ eniz quia christi fidē exceperit

credant se liberos fore: uerum libertate utuntur: cum a prauis sunt facinorib9 liberi corpore uero seruituti obnoxii: quę seruitus pro libertate habetur: cum eam pro christi nomine quisq; subierit: nam tum maxime detestarentur infideles: christi domini hoc sanctissimum dogma: cum illud per fideles ipsos oppugnatum in conspicerent: quippe quod ad tollerantiam & placabilitatem: sectatores suos instituit: nec contumaces esse permittit: q; si benignos se serui prestiterint & ad parendu; faciles erunt: demirabuntur hauddubie domini infideles & obstupescent christiane religionis uirtutem: que tanti sit: ut seruorũ etiam mores: qui componi & castigari haud facile possunt: tam faciles reddat: ut imperanti mox pereant. ¶ Qui autem fideles dominos habent: non contemnant quia fratres sunt: sed magis seruiant quia fideles: sunt & dilecti quia beneficii participes sunt.) Neq; enim quia baptismi gratia eum qui in te dominetur in te fratrem sis nactus: contemptui habendum censebis: quinpotius quia fidelis sit & dilectus: hoc est pro domino: fratris locum sortitus: ob fidem: eo illi magis inseruies: presertim cum in te sit idem beneficus: quippe qui ut te alat aut uestem suppeditet: & bona reliqua impartiatur: curis maximis conflectetur: habet ita plurimum dominus ęquitatis: ut emptionem preteream: quo te seruitute obstringat: cum uero dilectos inquit seruis formidinem demit: & caritatem inducit: nam quos uerentur & timent: eos plerũq; & odio habent: quin potius inquit eo libentius serui dominis obsequantur: & seruiant: quo & beneficiorum sint effecti participes: domini uero eo fideles sunt & dilecti: quia beneficiis uiuant: quippe qui seruis ut beneficiantur: curent. ¶ Hęc doce & exhortare.) Non itaq; auctoritate solum & dogmate docẽti est opus: quod sane cum doce inquit pretendit: sed benignitate & mansuetudine, quod cum exhortare dicit prefertur: fungit̃ qppe p̃ceptor medici mũere: siquidem modo lenit: modo exaspirat ulcera. ¶ Siquis autem aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus qui sunt domini nostri iesu christi: & ei quę scd̃m pietatem est doctrinę: superbus est nihil sciens.) Vides quemadmodũ in desperatione; inducat ignorantia ipsa: & insolentiam afferat: utq; & qui sanos sermones non excipit: infletur & intumescat: nam istiusmodi tumor animi ęgrotantis & morbidi est nimia corporis adustione non aliena: non enim in superbiam ille prolabitur: q domini dicta perceperit. Is nanq; qui seipsum exinaniuit: & ablutos discipulorum pedes abstersit: sic inquit: discite a me quia mitis sum & humilis corde: is inq̃ humiles spiritu beatos dicit: & humilitate iustificatu; excepit: qui istec igitur aut repudiauerit aut ignorat: intumescat & efferatur necesse est.

¶ Sed languens circa questiones & pugnas uerborum.) Est ergo langore & morbo affici: perquirere & inuestigare quę minus sunt indaganda: ubi enim deerit fides: & morbus inest & uerbis contenditur: quandoquide; qui ad suadendum sit efficatior: aduersantem alterum confutare conabitur: atqui fides pro luminibus ipsis habetur & oculis: his qui caruerit nil prorsus inueniet: sed tantum erit ad inquirendum intentus. ¶ Ex quibus oriuntur inuidie: contentiones: blasfemię: suspitiones male.) Dogmata enim quedã iniqua & praua ex huiuscemodi questionibus ortum ducunt: siquidem tunc & detestamur & maledicimus & quę minus decent & suspicamur de deo: quum ad inquirendum

incidimus. ¶ Conflictationes hoc ē studia quedā superuacanea diatrinas eniȝ
quid grece habetur diligentiam solemus & studium dicere: que rei cuipiam im
penditur: uel secundum latinam traductionem consuetudinem dicit hominum
mente corruptorum: nam quemadmodum infecte & morbide oues: si cum sa
nis & integris diuersentur: & illas morbo inficiunt: ita & hi qui peruersis sunt
moribus uel dogmatibus prauis imbuti: eos corrumpent: quibus cum: consue
tudinem ceperint. ¶ Hominum mente corruptorum: & qui a ueritate priuati
sunt existimantium questum esse pietatem.) Vides quemadmodum & uerba
contentiosa uel turpe pariant lucrum: quippe cum homines istiusmodi conten
dendo & altercando plures post se tradant discipulos & opes uendicent arte:
& dicacitate ad se alliciant multos. ¶ Discede ab eiusmodi.) non enim dixit:
uerbis contendito & hos oppugna: sed discede: perinde inquiat: cum semel aut
bis istos commonefeceris: missos facito: qui enim potens homines pecuniaruȝ
& lucri gratia: altercantes peruincere: hos itaq cum corrigi nequeant: declina
¶ Est autem questus magnus pietas cum sufficientia.) Illi inquit longe fallun
tur cum questum male existimant pietatem: Inest quidem pietati & lucrum:
sed nequaq̃ cuiusmodi hi oppinantur sed longe prestantius quandoquidem lu
crifacere pietas dicitur: non cum pecuniis affluit: sed cum his caret. sufficien
tia enim & quod sat est: ingentium opum & stabilium ducitur loco: nequaq̃
ergo animo concidant qui pietatem sectantur: q nullis abundent diuitiis: nec
pecuniis potiantur. ¶ Nihil enim intulimus in hunc mundum hauddubiuȝ
nec efferre quid possumus.) Ostendit hoc loco id questus cui illi incumbunt
& student: nullius esse momenti: quippe quod nostrum post obitum in terris
sit remansurum non nobiscum commigraturum: quid ergo opus est nobis ni
mia rerum abundantia: si nihil sumus ex his ueram in patriam delaturi.
¶ Habentes autem alimenta & quibus tegamur: his contenti sumus.) Diffi
nit tandem quid ista sufficientia sit: atq sufficientiam esse tantum rerum po
tiri: quantum nobis ad uictum sat sit: non ad luxum: & talibus operiri: quibꝰ
tegatur. non ornetur hoc corpus sitq in uestem quodcunq offertur. ¶ Nam
qui uolunt diuites fieri incidunt in temptationem & laqueum diaboli.) Ex re
bus presentibus ad honorum contemptum hortatur: ut futura inquiens om-
mittam: presentia hec ipsi aduertite: nec diuites dixit effectos: sed uolentes di
uites fieri: potest nanq diuitias quis possidere: & illarum fieri contemptor: eas
optime dispensando: & egentibus pro necessitudine impartiendo: sic enim ne-
quaq̃ dicitur quis opes appetere: in temptationem autem & laqueum cadunt:
qui a fide aberrant: & pro opibus his comparandis: periculis obuoluuntur: &
singulos quosq uerentur & timent. ¶ Et desideria multa & insensata & noci
ua.) Quo enim pacto non insensati & stolidi hominis est argumentum: picas &
psitacos alere beluasq & pisces magno ambitu intercludere & equos auro ex-
ornare: uel ad domus usq fastigium aquas perducere: & pauimenta ipsa sectis
tegulis & phengite lapide sternere: ut magis eluceant: hec profecto omnia:
nec sane sunt mentis & officiunt plurimum: animeq thesauris obsunt: & sen-
sibiles opes: que manibus attrectantur disperdunt: & delent: quinetiam uel
plerique cum tyrannidem affectarent: iacturam sunt demum haudmediocrem

perpessi. ¶ Que mergunt homines.) quandoquidem ut dictum est: deferre se cum nil possunt. ¶ In interitum & prediCationem.) ita ut neq; hoc seculo his bonis fruantur: in futuro plane disperant: & morti adiudicent̃. ¶ Radix enim omnium maloꝝ est cupiditas.) Quippe que nec uiuentibus parcit: nec mortuis qui uel hos ipsos spoliat predaturq;: & in parentes ut insurgant liberos cogit & fratres ut fratribus litigent: & humana simul & diuina iura peruertit: hanc itaq; si tollas auiditatẽ: nec bellum erit: nec odia: nec quispiam fornicabitur: nam & femine argenti cupiditate seipsas prostituunt. ¶ Quam quidam appellantes errauerunt a fide.) Neq; enim finit cupiditas hec ut salutis uia cernat̃: que celos hominũ ad se conuertit: nam quo pacto euangelio fidem prestiterit pecuniis inhians: cum paupertatem illud iudicat: & hanc ut sectemur suadeat. ¶ Et insuerũt se doloribus multis.) Quippe q hac cupiditate tenent̃ merent dum uiuunt & dolent q explere auidissimũ habendi animum nequeãt: bene autem insuerunt dixit: sunt nanq; sencib9 similes cure diuitiaꝝ ut testat9 est dñs: que undequaq; ubi ipse attigeris in natis eculeis: manus cruentant: infiguntq; uulnera & doloribus agunt. ¶ Tu autem homo dei.) magna profecti hec dignitas: cum enim mortales ceteri dei dicantur: proprie tamen iusti: non modo creationis ratione: sed & propinquitatis & coniunctionis sunt dei: noli inquit ea querere aut sectari que a deo auertunt: sed que ad eum reducunt.
¶ Hec fuge: sectare uero iustitiam.) Vtrunq; augẽdo expressit: neq; enim dixit abscede & ueni: sed fuge & sectare iustitiam: ut non pari corripiaris cupiditate: qua & qui diuitias expetunt capiuntur. ¶ Pietatem.) dogmatũ scilicet fidem que longe est a diuitiaꝝ appetentia aliena. ¶ Caritatem.) Id est rectum uite modum: huius nanq; caput est caritas. ¶ Patientiam: mansuetudinem.) a caritate patientia & mansuetudo deriuant: omnia enim sustinet ex quadã animi magnitudine caritas. ¶ Certa bonum certamen fidei.) Hoc est stabilem te erga fidem & firmum redde & inuictum: cum & uirtutis sermone: tum uite puritate & innocentia. ¶ Apprehende uitam eternam.) Vides uti in mercedẽ & palmam uita affert̃ eterna. ¶ In qua uocatus es & confessus bonã confessionem coram multis testibus.) Hoc loco timothei & strenuitatem collaudat & fiduciam: quod uel in uite discrimine: professus sit christum uel confessionẽ dicit quã alios instruendo aperuit: ea uidelicet qua ꝯfitemur fore a satana abscedendum & uitam cum christo ducendam. Aduerte autem quemadmodum non solum confessione sit opus: sed etiam tollerantia: ut semper sit confessionis actiori insistendum certamini: & ab ea nil prorsus diuertendum. ¶ Precipio tibi coram deo.) Vt & formidinem augeat: & cautiorem reddat discipulum: testem inuocat deum arguẽs haudquaq̃ humana esse sua precepta: utq; & ille hunc testem animo repetens: uel sola recordatione contremiscat ¶ Qui uiuificat omnia.) His uerbis hunc & pericula subeunda hortatur: ut resurrectionis commonefacit subinde diceret: nil prorsus mortem horresce: dei enim es seruus: qui uitam potest omnibus condonare. ¶ Et in xp̄o iesu qui testimoniũ reddidit sub pontio pilato bonam confessionem.) Rursum preceptoris exemplo hũc cohortat̃: qui & si testimonium tulit: hoc est mortem sustinuit: debemus & ipsi hunc imitari: regnanti enim pontio pilato & roganti: ita respondit: ego ad

hoc natus sum & ueni ut testimonium perhibeam ueritati. & pleraque alia & testificatus est & confessus. ¶ Ut serues mandatū sine macula irreprehensibile:) Hoc est neque dogmatum nec uite gratia labem tibi aliquam imprimas. ¶ Usque in aduentum domini nostri iesu christi.) hoc est usque ad tui ipsius cōsummationem & finem: quo tibi ex hac uita sit excedendum: tametsi id haud palam expressit: id tn̄ sentit apostolus: ad domini autem usque aduentum dixit: ut magis hunc exciteret, cum gloriam illam christi futuram & iuditiū illud horribile recordatur. ¶ Quem suis temporibus ostendet.) hoc est decentibus ac p̄finitis nil inqt merore conficere: q̄ nōdū ille aduenerit. ¶ Qui beat9 est & solus potens.) Vel hec sane ad cōsolandum hunc ualent: quibus mouetur: ne terrenis hisce intendat ob tutum: que hic beata uidentur: sed in eum qui ipsā & ueram habet in se beatitudinem: in quo nihil est quod tristitiam afferat: nihil quod sit insuaue: nec hic quidem seculi huius potentatus uereт̄: nec reges quippe qui solus sit potens: solus uero quo ad hominum differentiam dixit: & eorū qui falso dii sunt appellati: non ut aliorum sanctorum secernat substantiam.

¶ Rex regum & dn̄s dominantium qui solus habet immortalitatem.) Hic solus propriam habet et ueram ex eius substantia immortalitatem: angeli uero etsi immortales non tamen natura sed gratia sunt immortales effecti: quo fit ut non habeant immortalitatem sed immortalitatis participent. ¶ Et lucem habitat inaccessibilem.) Ergo inquiet aliquis & loco circumscribitur deus: & aliud lux esse deprehenditur: aliud ipse: is namque lux est: uides quemadmodum cum magnum aliquid proloqui uolumus ligua non suppetat. ¶ Quem null9 hominum uidit: nec uidere potest.) Scd̄m diuinitatem uidelicet: nam secundū carnem uisus est: & innotuit Basilius: tn̄ de filio & principaliter de patre dicta fuisse hec oia intelligit: tametsi & filio cōparant & spiritui. ¶ Cui sit gloria honor & imperium amen.) Si itaque illi perpetuum imperium est: nil uereare: si in presentiarum id munus patescit: atqui honos illi: & presto est & perpetua: qui etsi nunc afficitur ignominia: nil animo concidas presertim cum unum illud nobis facere liceat: ut laudibus hunc libere efferamus: oportune autem de deo hic disserit cum eandem uocat in testem: cuius & gloriam explicat: ut ea percepta magis ac magis timotheus nitatur iniuncta perficere. ¶ Diuitibus huius seculi.) Est namque & aliud quoddam diuitum genus: non hoc ipso in seculo: sed in futuro: iustorum uidelicet. ¶ Percipe non sublime sapere.) nam & diffidētiam diuitie pariunt & insolentiam. ¶ Neque sperare in incerto diuitiarum.) Sunt quippe opes incerte: nam ab his possessores persepe destituuntur: iccirco nec cupiende sunt nec sectande. ¶ Sed in deo uiuo & uero: qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum.) id est elementa ipsa quibus constat hec uita: & lucem hanc & annuos cibos: & bona reliqua ubertim suppeditat: tametsi cūcta sibi uēdicet auaritia: & tanq̄ priuata non communia ducat q̄ deus in mediū cōtulit in quo est spes omnis habenda & pro opibus ille ducendus: quandoquidem & uiuit in sempiternum: & nunq̄ corrumpitur: unde arguitur haudquaq̄ magni his eē momēti: q eo dolet q pauper sit & diuitiis careat quē expedit magis rectis actionibus habundare. ¶ Doce bene agere: diuites fieri in operibus bonis.) Uniuersis inquit hec manda: ut que recta sunt faciant: quod si

& opibus uelint affluere bona operãdo has parent. ¶ Facile tribuere.) Id est pecunias egentibus impartiri. ¶ Cõmunicare.) Vel hoc caritatis est. eos uero hoc loco communicare intellige: qui etsi diuites sint: non ceteros aspernantur sed humanos se prebent: & benignos: & quorum facilis est cõuersatio
¶ Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futuruz.) Vbicunq; bona iacta sunt fundamenta: eodem tuto poterit moles queq; imponi: & inedificari quod uelis: cunq; & uirtutis & futuri seculi bona firmiora sint & stabilia eo & fundamentum commeminit. ¶ Vt apprehendant ueram uitam.) potest quippe boni operatio quam & fundamentum uocauit uere illius uite fruitionem spectare. ¶ O timothee depositum custodi.) quecũq; scilicet sunt tibi per me demãdata: tanq̃ domini precepta seruato: nec hoꝝ quicq̃ imminues. ¶ Deuitans prophanas uocum nouitates.) prophanas idest impuras & inquinatas: uocũ uero nouitates: hoc est uerba inania: potest tñ & blateronem cum uana loquatur concedi nequaq̃ prophanum dici: uel secundum basilium uocum nouitates accipito: pro nouis quibusdam & nuper inuentis instructionibus & doctrinis a uero penitus alienis. ¶ Et oppositiones falsi nominis scientie.) Vbi enim nulla inerit fides: sed omnia humanis sensib9 excogitantur: dici scientia inquit sed scientie nomen mentitur: oppositiones autem dicit: quia plerunq; opponuntur nonnulla: quibus haudquaq̃ est respondendum: quin ab his potius aures auertende: neq; prorsus his inherendum. ¶ Quam quidam promittentes: circa fidem exciderunt.) Fst enim necesse: ut qui humanis obsequitur cogitatib9 a fide aberret: fides siquidem cogitationes huiusmodi nullas admittit: puto autem hec illorum gratia dixisse apostolum: qui tunc temporis gnostici dicebantur & erant in puritate quauis oppleti & identidem illud pretendere cum prophanos dixit: & nouarum uocum nouitates: perinde nouorum essent dictoꝝ hi inuentores: & in heresim tandez conciderunt: cuius princeps Nicolaus fuit qui ex septem erat diaconis unus huius sectatores nicolaite sunt appellati.
¶ Gratia domini tecum amen.) Tanq̃ dictorum omnium conclusionem: gratiam illi domini comprecatur qua bona omnia & condonantur & custodiunt̃. Velim itaq; & nos his bonis fruamur que a gratia hac ubertim accepimus nil tamen his imminutis: sed auctis potius & christum iesum gratiarum elargitorem summis laudibus efferamus patremq; simul & spiritum: cui laus sit in eternum & gloria :. :.

In secundam ad Timotheum Epistolã Athanasii ꝓlogus

Vt & secundam ad Timotheum conscribat epistolam. Id cãe est: dixerat nanq; in priori epistola. Spero me celerrime te conuenturum: quod ne uti pollicitus est: & pro uolũtate exequeretur eo est interceptum: quia in uinculis a nerone detinebatur: cum itaq; sibi nequaq̃ liber pateret: quo maxime cupiebat accessus: eundem per litteras consolatur: mestũ forsitan: tum quia pauli & preceptoris priuatus esset presentia: tum etiam quia minus eum ecclesię cura urgeret: & onus susceptum iam premeret: cui moderande uel uiri prestantiores succumberent: eo presertim tempore: cum procellis undiq; agitarentur fideles & oppugnarent̃ undequaq; acerrime: reuocat itaq; ad se timotheum apostolus quia morti iam erat propinquior. ❡ Paulus apostolus iesu christi per uoluntatem dei secundum promissionẽ uitę que est in christo iesu.) Principio statim timothei attollit erigitq; animum: subinde inq̃t: non enim mihi uitę huius discrimina commemores uelim: que nobis si tollerentur uitam haud dubie nil parerent sempiternam: nam eo apostolatus hic munere fungimur: ut morte affecti: in eternum uiuamus: quinetiam ne pro expectata consolatione: merore conficeretur timotheus: si preceptorem in periculo uersari preciperet: ut eum nunc consoletur sic orditur apostolus: si promissa nobis perpetua illa est uita noli ergo ex rebus hisce terrenis hanc querere: siquidem in christo iesu esse eandẽ hãc cõstat: & cũ xp̃o futurã: uel in xp̃o iesu eẽ uitã hãc dicit: ut quã nobis sit ille largit9: & in se ip̃o hãc cõtinet: nã si sensibilis hęc lex cibo & potu cõstat: spiritalis tñ illi cõtinet̃ in xp̃o: q̃ tũc nobis futur9 est oĩa. ❡ Timotheo carissimo filio.) pòt & q̃s filius esse nec tñ carus: erat utiq; paulo ꝑgrat9 ob ei9 ꝟtutẽ timothe9: arguit igit̃ cũ timotheũ carissimũ dicit: haudq̃q̃ q̃ ei successeat: aut aliq̃d eius iprobet faci9: se hũc desertuꝝ: sed ex ui sibi illata: q̃ppe quẽ paulopost erat nero obtrũcatur9: sic faciat sit necesse. ❡ Grã misericordia pax a deo prẽ & dño nr̃o iesu xp̃o.) Que antea cõsueuit: huic & nunc cõprecat̃ & idẽ hic sentit: q̃d in priori ep̃la: cũ eadẽ hęc illi optaret. ❡ Grãs ago deo.) Vides ne beniuolẽtię & caritatis magnitudinẽ: grãs inq̃t ago q̃a cũ te plurimũ diligã: tui mẽoriã habeo: est quidẽ id ueri amoris inditiũ: cũ q̃s glię dixerit: alteri9 cuiuspiã amicitiã. ❡ Cui seruio a ꝓgenitorib9 meis in cõsciã pura.) quo pacto in pura inq̃t paulus consciã: q̃ xp̃m a principio ignoraret! Cõsciam hoc loco ꝓ uita ponit: quã et si iudeus esset & iudaicos ritus seruaret honestissime transigebat: tametsi ecclesiam persecutus sit: quod sane egit ut paternas tueretur traditiones: non glorię ductus cupiditate: ut solent qui heresim excitant quod autem dicit tale est: nihil existimes aliter me sentire ac loquor: inest enĩ mihi conscientię puritas: nec sane pro mea consuetudine mentior: nec falso protulerim quod sum in presenti dicturus me scilicet tui semper esse caritate deuinctum: & te perpetuo recordari. ❡ q; sine intermissione habeam tui memoriam orationibus meis nocte ac die desiderans te uidere.) Gratias

inquit ago q͛ te non soluȝ animo & recordatione: repeto: sed interdiu noctuqꝫ orando: tui assiduo reminiscor: uotis deposcens & precibus: ut meis desideriis te reuisendi fiat iam satis: qui igitur fieri potest: ut tanta me uoluptate priuarem tuo fruendi conspectu: si esset mihi ad te abeundi facultas concessa? Cur ergo dicet aliquis non aperte causam explicat? eo uidelicet ad timotheum non concessisse: quia esset a nerone in uinculis detentus. Id saneiccirco egit ne sta tum illi tristitiam afferat: est tamen in epistole calce eiusmodi causam explicaturus. ❡ Memor lacrimarum tuarum ut gaudio implear.) Hunc contextū ita construito: cupiens te uisere ut gaudio implear: deinceps id sequitur: memor lacrimarum tuarum: subinde id inquiat: etsi admodum esseȝ natura ipsa caritatis expers: sunt tamen lacrime tue satis: ut flectar: & te animo uersem: Erat enim id decens: ut cum a paulo timotheus seiungeret: maiori hunc fuisse querimonia & fletu disiunctum: q̃ infans solet: cum ab uberibus matris diuelitur. ❡ Recordationem accipiens eius fidei que est in te non ficta.) Non soluȝ inquit lacrimas tuas memoria repetens uidere te cupio: quin & tue fidei reminiscens: quę simulationem prorsus caret et dolo: id enim me uel plurimum cogit ut iure optimo te beniuolentie prosequar: et caritate complectar: ❡ Quę et inhabitauit primum in nutrice tua loide et in matre tua Eunice.) Alia quędam hęc timothei laus q͛ ab infidelib9 portum duxerit sed a fidelibus et iudeis: tametsi huius patrem constet gentilem fuisse. Aduerte autem ex his quemadmodum lex solui iam ceperat: cum iudei infidelibus hunc in modum admiscerētur. ❡ Certus sum autem q͛ et in te.) Cum itaqꝫ recte se gesserint progenitores: si eorum uestigia persequemur: & tales nosipsi iam prestiterimus quales illi fuere: gloriam nobis ex illorum gestis hauddubie uendicabimus: si minus maioꝝ preclara facinora ad ignominiā nobis potius sunt con cessura: iccirco genitorum inquit uel fidem tibi inesse certior sum: eandemqꝫ te nil simulatam habere: tanq̃ superne & a deo ita fundataȝ ut contaminari nō possit. ❡ Propter quam causam amoue te ut resuscites gratiam dei.) Quoniam inquit spectata tua est mihi & testatior fides: uelim ęquidem te hortari q̃ maxime: & excitare ut spiritus gratiam: quam ad tutandam ecclesiaȝ & signa operanda: & omnem denique episcopum decenteȝ uirtutem acceperis: resuscites & uiuidam reddas & floridam: nam quemadmodum ignis ligno ut ardeat indiget: sic spiritus gratia animi exigit promptitudinem studiumqꝫ & uigilantiā poscit: ut perpetuo ferueat: quibus si careat extinguitur facile: ut alibi dicit. spiritum nolite extinguere.

❡ Que est in te per impositionem manuum mearum.) Inest quidem tibi istiusmodi gratia quam simulat tibi manus imposui: accepisti cum te scilicet episcopum constituerem et sacrarem: uelim itaqꝫ ut spiritum uehementius excites subinde dicat adeptus es sermonem fidentius predicandi: hunc totis uiribus & animo maiori prosequere.

❡ Neqꝫ enim dedit nobis deus spiritum timoris sed uirtutis.) non enim eo inquit spiritum ipsi accepimus: ut formidine contrahamur. Sed ut aduersum temptationes simus ualidiores: audenterqꝫ & libere nos periculis offeramus:

timoris nanq; hic spiritus plerisq; est traditus: ut in libris regum proditum est: & cecidit spiritus formidinis super eos: hoc est pauorem illis iniecit deus ¶ Et dilectionis.) Eius uidelicet quam erga se ac proximum esset habiturus nam & quod deum colimus ut patrem ex spiritu habemus: qui abba pater dicere nos facit: nil uero a proximi caritate seiungi: gratia est diuina ueritate effectum: ut contra: a proximo offendi nec pacienter hūc tollerare formidolosi est: & pusilli animi & inconstantis oportet itaq; ut priores ipsi: q̄ nostra sunt proferamus. ¶ Et sobrietatis.) Vt scilicet sobrii simus & continentes & mente integra ac stabili: uel ut spiritum ipsum nostri habeamus moderatorem: & cū aliqua offertur temptatio hanc ad castigationem excipiamus: uel alios ut ad continentiam erudiamus. ¶ Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri iesu christi.) Sunt sane miseri & calamitosi nonnulli: qui humanis sensibus conquirunt: que supra hominem sunt: nec comprehendi a mortalibus possunt & ignominie ducunt: fuisse dei filium cruci affixum: nescii hanc ipsam ob crucem sontem & noxium hominem: in dei filium fuisse ascitum. Tu itaq; timothee uelim nil prorsus testimonium christi & mortem: quam per crucem subiit erubescas: sed glorie potius id ducas & predices: non enim noli timere dixit: sed noli erubescere: ut arguat nihil inesse huic rei discriminis: sed pudorem dumtaxat subinde dicat si mortē neglexeris: omnia tibi in tuto erunt.

¶ Neq; me uinctum eius.) Nec mei inquit te pudeat: qui etsi mortuos suscito: & orbis sum terrarum magister: nō enim ut facinorosus his uinculis astringor: sed illius sum uinctus: id est propter illum: quem si nihil patibuli puduit: cur ipse compedes erubescam. ¶ Sed collabora euangelio.) Hoc est non modo id prę te feras: nil scilicet te euāgeliū erubescere: sed reipsa & opere christo & mihi taʒ crucis q̄ cōpedū participē reddito: hęc aūt & ex superioribus dictis ostendit cum diceret: & contulit nobis spiritum uirtutis: quid uero pretendit cum inquit: euangelio collabora? num euangelium tum laborabat aut periclitabatur? nequaq̄ sed uel illud inqt & labore mecum propter euangelium insudme: uel euangelium dicit: euangelii ipsius precones: & diuinorum archanorum participes: sicuti in epistola ad Corinthios dixerat: collabora his qui euangelii sunt. ¶ Secundum uirtutem dei.) Cum grauior forsitan iniunctus hic labor sit uisus: ei rei hunc in modum medetur: non tua inquiens sed christi uirtute: euangelio insudabis: quin uoluntatem tantisper uelim ad id negotii offeras: & animi promptudinem. ¶ Qui nos liberauit de peccato: & uocauit uotatione sua sancta.) Aperit nunc diuine uirtutis inditia: liberos enim nos inquit & saluos fecit: uel longe distantes: & ad se exciuit: ut sanctos redderet: qui itaq; uel inuitis salutem largitus est: longe magis est uolentibus opem laturus. ¶ Non secundum opera nostra: sed secundum ꝓpositum suum & gratiam) Cogente nemine aut consolente: sed secundum suum propositū hoc est sponte & sua bonitate ductus. ¶ Quę data est nobis in christo iesu ante tempora secularia.) hoc est quę prefigurata sine principio est & ante secula: ut nobis ꝑ christum iesum concederetur: neq; id paruii existimandum: ꝙ non temere & negligenter: sed ante secula hanc nobis destinauerit deus. ¶ Manifestata

est autez per illuminationem saluatoris nostri iesu christi.) Et si erat istiusmōi gratia predestinata: nūc tamen innotuit: ubi & saluator illuxit. ¶ Qui destruxit quidem mortem illuminauit autem uitam & incorruptionē p euangelium.) In proprio quidez corpore re ipsa & opere mortem deleuit: cuz illud reddidit incorruptum: nos uero per euangelium illuminauit: ut uitam speremus & immortalitatem quā nobis euāgeliū confirmauit qui etsi nondum sumus uel immortales effecti uel incorrupti id tamen fore spes est. ¶ In quo positus sum ego predicator & apostolus & magister gentium.) Cuius rei gratia gentium se apud timotheum nuncupat preceptorē: nimiruz ut ostenderet & timotheo cū gentibus diuersandū: eoqꝫ ne aīo concidat cohortatᵉ: sed se potiusꝫ imitetur: q ob doctrinam & euangelii predicatione: constrictus uinculis sit. ¶ Ob quam causam & hęc patior.) Id scilicet: qa gentibus predico: non quia prauū aliq ꝺ admiserim facinus: simuletiā & suis dictis uēdicat fidem: pinde dicat: si minꝰ crederem mortem esse deuictam: nequaq̄ hęc paterer. ¶ Sed non confundor.) Vides quemadmodū re ipsa affirmet quod timotheū commonefacit: arguitqꝫ nil prorsus se erubescereque pateretur. ¶ Scio enim cui credidi & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illū diem.) O confidentiā & spem plane indubitatam: scio inquit & certus sum: depositum aūt aut fidem dicit & euangelii ꝑdicationem: tanq̄ id inquiat: xp̄s qui mihi id negotii demandauit: hoc ipsum seruabit: & omnia tollero: ne mihi thesaurus meus hic subtrahatᵉ: aut fideles dicit: quos sibi christus iam demandarat: uel eos depositum esse affirmat quos ipse domino cōmendasset: uti & alibi dicit: cōmendo autem uos domino: subinde dicat: nihil me carceris pudet: nil equidem uincula erubesco: quippe qui sperem me plurimos domino ablaturum iudicanti quos ille tutabitur: & salute donabit: ut eorum gratia & mihi gloriam largiatur & uitam. Nam qui bona dum uiuit exequitur deo hęc ipsa demandat: ut pro his in tempore coronetur.

¶ Formam habens sanorum uerborum.) Tanq̄ pictor descripsi tibi & formam imaginem: quam ipse aduertens animo tuo depingas: & sanorum uerborum formam a uero nil aberrantium: exempli habeas loco: ita ut siquid tibi in posterum erit effigiandum: ab ea desumas: in ea nanqꝫ uerborum forma omnia reconduntur. ¶ Que a me audisti.) non enim solum meis ex litteris sed meo ex ore hęc percepisti: haudquaq̄ itaqꝫ existimemꝰ pauli epistolas mancas esse: perinde non sint cuncta complexe: quandoquidem & sine scripto uerbis ille q̄multa disseruit. ¶ In fide & dilectione in christo iesu.) Mea hęc dicta fidem complectuntur & caritatem: hoc est dogmata ipsa per me lata: quemadmodum uiuendum sit explicarunt: siquid itaqꝫ tibi erit uel decernendum uel differendum: uel pro ueritate aliquid peragendum: poteris ex meis illiusmodi uerbis formam desumere. ¶ Bonum depositum custodi per spiritū sanctuz q hītat in nobis) hoc est precepta que tibi sunt ꝑ me ꝺ uita fideqꝫ tradita: uel depositū gratiam dicit: quā ille acceꝑat: ut dixit superius: uerum quo pacto grāz hāc ipaz tutaberis? certe nō hūanis uiribꝰ ullᵉ: sed p spūm sāctū q nobis baptismi inhabitat gratia: si spiritū itaqꝫ hūc asseruabimꝰ: neqꝫ a nobis hunc prauis facinoribus abigerimus: seruabit & ille nobis quę a deo sumꝰ iaz

consecuti: stude ergo spiritum hunc custodirẽ & ille cõtra depositũ tibi tutabit nam nisi custodierit dominus ciuitatem: in cassum uigilat qui custodit eam. ¶ Scio enim hoc ꝙ a me auersi sunt omnes in asia: ex quibus est philippus & hermogenes.) Explicat quibus sit malis immersus nõ ut discipulũ terreat: qui ut suadeat potius: si in eadem ille inciderit: non tanq̃ insolens aliquid patiatur abhorreat & formidet: sed ęquo animo ferat: paulus enim cum esset a nerone comprehensus: a cunctis est mox destitutus qui in asia erant fidelibus: hoc ẽ qui ex Asia secum romam concesserãt. ¶ Det misericordiam dominus onesifori domui.) Vide ut paulus philosophaẽ & pacienter omnia tollerat: siquidem nil eos qui a se discissent execreẽ: uel insecteẽ maledictis: sed rem uti gesta est simpliciter narrat: ei uero qui sui alendi susceperat curam: bene precatur: nec illi solum sed familię uniuersę & domui: adeo onesifori domestici omnes uirtute prestabant: & ab eo iam optime erant instructi. ¶ Quia sepe me refrigerãt.) Nec secus inquit hic me recreauit: q̃ si quis creatorem aliquem sulleuẽt foueatq;: qui squalore sit iammulto oppressus & cõtẽdẽdo defatigatus: nec semel ait hic me refrigerauit: sed sepę: sic itaq; & nobis semper agendum: ut aliis opem feramus qui recti aliqd operanẽ: hunc enim in modũ & illis erimus meritorum participes. ¶ Et catenã meã nõ erubuit.) Vbiq; pudoris non periculi meminit: timotheum hunc cohortando: tanq̃ huic rei plus ruboris q̃ discriminis insit: tametsi inesse discrimen aliqñ uidebaẽ: Nero nanq; in paulum seuiebat: quia domesticos suos nõnullos & familiares ad fidẽ instruxerat. ¶ Sed cũ Romã uenisset sollicite me q̃siuit & inuenit.) Nõ mõ uil meũ ille defugit colloqũ: sed conqsitum inuenit: quod sane huius & utilitatẽ pretendit & fidem. ¶ Det illi dñs inuenire misericordiam a domino in die illo.) Misertus inquit est mei: uelim itaq; & id admodum concupisco: ut huiusce misericordie retributionem: ĩ die illa horribili capiat. Cum omnes uel qui sanctimonia pollent misericordia indigebunt: si itaq; nisyphorus ille christi ob gratiam periculis se obiectauit: ex dei commiseratione saluatur: longe magis & nos salutem sumus ex dei clementia habituri: hoc loco quia Paulus bis dominum ponit: Insultant qui marchionis morbo laborant: asseruntq; duos dominos esse quod sane longe secus se habet unus nanq; est dominus ut alibi testatur apostolus: consueuere tamen littere sacre id domini nomen sepius iterare: ut & alibi pluit dominus a domino: hoc est a se ipso: nec secus hoc loco id fuisse constat: ꝙ si patrem & filium significari domini iteratione hoc ceperis: nil erit absurdum: est nanq; & pater dominus & filius dominus: quin & spiritus dominus nuncupatur: sed in tribus substantiis unus dominus demonstratur. Attende autem quemadmodum nequaq̃ dixerit: det illi dñs aliud misericordiam preter: quam sane precipuam existimabat. ¶ Et quanta ephesi ministrauit mihi: melius tu nosti.) Est certe ille bõis operibus insuetus: nec semel in me beneficus fuit: qui & ephesi bona mihi suppeditauit & Romę: oportet itaq; istiusmõi hoĩem qui xp̃m profiteatur talem eẽ ut continenter & per omnem uitam quę recta sunt operetur. ¶ Tu uero fili mi confortare.) Aduerte quemadmodũ omni affectione hunc monet & consolatur: fili mi inquiens: tanq̃ his uerbis animum erga hunc suum aperiat: itaq; si filius dicens patrem imitare. ¶ In gratia que est in christo iesu.)

non modo inquit mei exemplo recuperande tibi sunt uires: sed christi ex gra/
tia: hancq; habeas uelim tuo hoc in certamine adiutricem: per quam potesta/
tem accepimus conculcare omnes inimici conatus: & nihil ipsi offendi.
¶ Et que audisti a me per multos testes.) Que audisti inquit non que inqui
sisti: fides nanq; ex auditu constat: audisti quidem non clam & in angulis: sed
in propatulo: & testium multorum presentia: nonnulli uero moltos testes pro
lege & prophetis acceperunt: perinde ac inquiat sacrorum scriptoruз testimo
nio dicta mea confirmabantur. ¶ Hec commenda fidelibus hominibus.) Nō
enim enarra dixit: sed commenda tanq̄ thesaurum aliquem: his commendaret:
quodcunq; enim alterius fidei demandatur in tuto reponitur: reddit preterea
ex his attentiorem discipulum fidelibus: id est non conquisitionibus & oppinan
tibus: his nanq; nequaq̄ est credendum depositum. ¶ Qui idonei erunt &
alios docere.) Quid enim prodest si quispiam fidelis sit: & omnia nil rogans
excipiat: cum nequeat aliis proferre doctrinam: rursumq; nec uerba hic edat
nec alios possit partes sibi docendo efficere: duo itaq; necessaria sunt precep
tori: q; fidelis sit & alios instruat: hec enim timotheo apostolus de presbiter s
& episcopis disserit: non laicis. Id quippe absurdius uideretur: cum ipse & gē
tibus predicaret: & iudeis: arbitror autem de rebus etiam misticis eum hic fa
cere meationem: que sane fidelibus sunt & aliis instruentibus commendanda.
¶ Tu itaq; labora sicut bonus miles iesu christi.) Vides quemadmodum mi
liti sit insudandum: & mala perpetienda: non ergo erit officium militis in o/
cio diuersari: nec est quidem animo iniquo ferendum: si laborat & premitur:
qui fuerit in militum numero constitutus: uerum quante illud est dignitatis
christi militem esse: quandoquidem nonnulli plurimi faciant sub terreno aliquo
imperatore militiam exercere. ¶ Nemo militans deo implicat se negotiis secu
laribus ut ei placeat qui se probauit.) Ad uniuersos hec uerba habentur epi
scopos: & preceptores: cum uero implicet inquit magis reз patefacit: certe enim
uite huius negotia compedum loco sunt: negotia uero cum dicit: uarias animi
perturbationes molestiasq; designat: ab hisq; ut declinemus hortatur: subinde
dicat: quid te molestioribus rebus & negotiis implicas: militie dumtaxat uaca
hoc pacto christo gesseris morem: qui te ad id militie munus elegit. ¶ Nam
& qui certat in agone non coronabitur: nisi qui legitime certauerit.) Neq; enim
si certa minis locum adierit quispiam delibutusq; oleo ut assolent certatores cō
serat manus fecisse satis uidebitur: nisi enim potus & cibi mensuram: athletis
& decertantibus prefinitam certandiq; leges ipsas seruarit & modum: nequaq̄
sinetur pro uoluntate colluctandi gratia uel decertandi prodere in medium.
Attende autem q̄ prudenter hec dixit: prius nanq; militaris officii meminit:
q; ad cedem mortem promptior esse debeat subeundam: qui militat: & certato
rem commemorauit: ut qui pro christo decertat: omnia tolleret: assidue exerce
itur necesse sit: ¶ Laborantem agricolam oportet prius de fructibus percipe
re.) Inducit & tertium quoddam exemplum: quod precipue doctoribus con
gruit: nā que de milite dixit & certatorib9: uel subditis: cōpetūt & alieni iur/
dib9: agricola uero nil sibi studet: sз terre excolēde intendit: vñ & bñficii ui/
cissitudinē recipit: non mediocrem ob fructuū copiā: sic & p̄ceptor ñ in cassuз

laborat: quin ipse pre ceteris propriis sudoribus perfruetur: deo ubertim illi uicem reddente: nemo itaq; hanc future mercedis tarditatem grauiter tulerit: iam inqt hanc capis: inest nanq; uel in ipso labore & retributio: qđ si uel aliud nihil obuenturum esset utilitatis: animarũ tamen ex tua industria & labore profectus: magnum tibi allaturus est lucrum. ¶ Intellige que dico.) Cum in enigmatis modum: omnia siue de milite siue de certatore & agricola protulisset: intellige inquit: hęc enim ideo sic explicaui ut te acuam conciteniq;: demum ut proprio filio bene precatur. ¶ Det autem tibi dominus intellectum in omnibus.) Non in his solum quę dixi sed in omnibus: in uerbis scilicet & actionibus. ¶ Memor esto dominum iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid.) Hęc paulus hereticorum gratia infert. Erant namq; nonnulli tunc temporis qui ignominię ducerent: dei filium fuisse mortem perpessum: undeq; per fantasiam & quibusdam prestigiis rem uisam fuisse asserebant: pudebat enim & hos: si deo placet: diuinę humilitatis quam nostri ob gratiam pre se tulerit deus: quinetiam ut hunc consoletur hec intulit arguens uel christũ ipsũ magistrum & dominum patiendo mortem uicisse: hunc inquit tu recordare: nec segnior eris quodcunq; discrimen uel mortem ipsam adire. ¶ Secundũ euangelium meum.) Et si sunt inquit qui alia predicent: nequaq̃ illorũ dictis sed euangelio meo est intendendum. ¶ In quo laboro usq; ad uincula mea quasi male operans.) Rursum ex sui ipsius exemplo discipulum consolatur: cum defatigari se dicit & male pati: perinde aliquid commisisset.

¶ Sed uerbum dei non est alligatum.) Ne quis forsan id dixerit: quid tua in se habent emolimenti hęc uincula? uel quid mirum si uinctus es & coniectus in carcerem? ostende quid ex his lucri emergat: quidue quod sit demirandum: ait itaq; nequaq̃ alligatum dei est uerbum: neq; enim corporea res aliqua est: & sensibilis: ut ex corporis uinculis hisce intercipiatur uerbum: res sane diuina est: & dei sermo: & nobis ligatis soluens est illud & liberum: percurritq; passim: ecce & si ipsi astringimur uinculis: scribendi tamen & predicandi fungimur munere: uide ergo miraculum: aduerte quod inde lucrum emanet. ¶ Ideo omnia sustineo propter electos.) Ecce & alium quendam in modum hunc consolatur: neq; enim mei ipsius hęc gartia patior: sed pro aliorum salute: neq; ut ipse gloriam assequar: sed ut hanc sibi uendicent alii: qui uero hi sunt? dei nimirum electi: si hos itaq; deus elegit: cuncta ergo sunt nobis pro his toleranda. ¶ Ut & ipsi salutẽ consequant̃ que est in christo iesu.) Ut salutem assequantur & hi quemadmodum & nos qui pro eis iam patimur: fit itaq; ut beneficii uicissitudine ea res constet: non gratia deinde ne quis forsitan illi obiciat: quid ais paule: tibi in his tuis compedibus finienda est uita: & aliis salutis te causam fore nunc iactas? non enim de corporali inquit salute nunc dissero: sed de ea que in christo consistit: que recte & uera est & gloriosa Vacat enim gloria corporis salus: ut ex sequentibus patet.

¶ Cum gloria celesti.) Non solũ inqt ut salui fiant: sed qđ prestantius est ut nobiscum perpetuo & gloriam uendicent. Unde & si ignominiosa uidentur hęc uincula: gloriam tamen his qui electi sunt subministrant: & eam quidẽ

celestem & sempiternam: si itaque ceteris gloriam pariunt: longe magis & mi-
hi qui illis obducor: constringorque: nulla q̃ te mei cura diuexet: quia malis af
ficier. ¶ Fidelis sermo.) Cum ambigant de futura uita nonnulli & gloria: il-
lud sedulo usurpantes. Cum uitam hanc interea duco: certe mortibus trador:
Cum uero mortem obiero tunc plane uicturus sum: & huiusmodi. Iccirco id
dictum affirmat: atque fidelis sermo: quis ille sermo, quia gloriosam uidelicet
uitam sortientur electi: & salutem perpetuam. ¶ Nam si cõmortui sumus &
conuiuemus.) Idipsum & coniecturis affirmat: tametsi superius rei huiusce
& signa protulerit & argumenta: memor esto dominum resurrexisse a mortu
is: ostendit enim quemadmodum post mortem hic surrexerat: qualis ergo est
illa pauli asseueratio: certe ut dicat si damnibus & mestis in rebus illi socii su-
mus: in bonis uero & letis nequaq̃: nec mortalis quidem hoc quispiam egerit:
quanto magis nec deus qui iusticie & booitatis fons est: mortem autem eam
dicit: que cum per baptismum: tum per passiones multas & temptationes sub
itur. ¶ Si sustinemus & corregnabimus.) Neque enim sat est ut semel quis
morti se offerat: sed semper id agat necesse est: Inquit enim quotidie morior:
est itaque inquit patientia opus: ut queat quis euadere nobiscum eo euadere ut
regnum celeste illud adipiscatur. ¶ Si negauerimus & ipse negabit nos.) Vel
ab his que minus prospere cedunt sermonem confirmat: nõ enim in bonis dũ
taxat: sed in malis etiam uicissitudo rependitur: qui enim me inquit in hominũ
conspectu negauerit: & ipse hunc coram patre meo negabo. Attende itaque
quid eum pati necesse sit: qui a christo sit abnegatus. ¶ Si enim non credimus
ille fidelis permanet.) Si hunc resurrexisse non credimus: nil prorsus ex nostra
incredulitate hic leditur: quippe qui nobis fatentibus uel diffitentibus uerax
sit & eternus. ¶ Negare seipsum non potest.) Hoc est fieri non potest ut ille
non sit: neque naturam habet que idipsum non esse admittat: semper enim &
si hunc ipsi negemus perstat integer: non itaque in eum uel confitendo uel abne
gando iactura ulla peruenit: sed in nos ipsos malum omne redundat.
¶ Hec commone.) ne quis forte existimet: necessariam esse istiusmodi timo-
theo doctrinam: alios inquit ipse commonefacito: instrueque. ¶ Testificans co
ram deo noli uerbis contendere ad nihil enim utile est nisi ad subuersionem
audientium.) Cum enim uoluptatem habeat in se disceptatio: concupiscatque
semper mortaliũ animus conquirere pleraque: & de multis differere: ipse inqt
coram deo hos obtestare: nec uerbis contenderis: sed deum dumtaxat in testẽ
accipito: ut intelligant si te paruifecerint: quemadmodum ille sit eos iudicatu-
rus non enim solum nil prorsus proficit contentiosa huiusmodi disputatio:
nec illum allatura est fructum: quin plurimum est obfutura: quippe cum au-
dientium fides scrutando conquirendoque tandem euertitur: haud secus ac
solet turris aliqua ferro & nectibus diruti. ¶ Cura te ipsum probabilem exhi-
bere deo operarum inconfusibilem.) Explicat quemadmodum effici probatior
queat si operarum scilicet inconfusibilem hoc est: cuiusuis note expertem & ig
nominię uidelicet si nihil eum ea facere pudeat: que ad pietatem facere uide
ant̃: sic enĩ a dño ipso ꝓbabit̃ si ꝓ eo & subeat cũcta: & pagat ubique paulꝰ pu
dore hũc magnifacit: qa a multis ignominię christi crux & patibulũ ducebat̃

& euangelii ipsius preconium & apostolos contemptui esse: tanq̄ uiles & te-
nues: utpote qui ultima queq; paterentur: horum igit̄ itaq; inquit: nihil te pu-
deat. ¶ Recte tractantem uerbum ueritatis.) Etsi pleriq; id uerbū discerpūt
traducuntq; alio: tu tamen id ipsum recte pertracta: uel pertracta inquit hoc ē
dirige & circumcidito inutilia queq; & deme gladio sermonis & uerbi: que ab
euangelii sunt predicatione aliena. ¶ Prophanas autem & uaniloquia deuita.)
Vbiq; basilius prophano uocum nouitates quasdam innouationes intelligit:
nonnulli uero peristaso p ualde iusta ut alioꝝ additiones inanes reddas interp̄-
tantur: quod tamen secus se habet. ¶ Multum enim proficiunt ad impieta-
tē & sermo eorum ut cancer serpit.) Violentū inquit hoc malum est: quippe
cui nec mederi quoq̄ pacto potest: quidam enim uniuersa deuastant: nec corri-
gi possunt: cancer siquidem morbus est: qui & circumiecta & propinquiora de-
pascitur. ¶ Ex quibus est himeneus & philetus: qui a ueritate exciderunt di-
centes: resurrectionem iam factam & subuertunt quorundam fidem.)
Recte superius dixit multum proficiunt ad impietatem. Videtur autē id om-
ne malum in falso afferta a quibusdam resurrectione consistere: nam ex ea q̄
multa que probari non possunt oboriuntur: si enim ut illi affirmant facta est:
resurrectio: & futurum plane iudicium tollitur & retributio: & probi quidem:
& sancti: doloribus sunt & malis affecti: Improbi uero per luxum et delitias
pęnas luerunt: quid ergo opus uirtute erit si istiusmodi sunt remunerationes?
nec omnium quidem dixit fidem: sed quorundam: inquinatorum uidelicet &
nimis constantium. ¶ Sed firmum firmamentum dei stat.) Quod inquit tale
est: haudquaq̄ omnes peruersi sunt sed infirmi duntaxat: & inconstantes: nam
si non fuissent huiusmodi: minime concidissent: q̄emadmodum neq; Adam
ante q̄ laberetur firmior erat: qui uero bene fundati sunt: stabiles permanent:
& immoti. Aduerte autem non secus esse fidei inherendum q̄ firmissimo ali-
quo fundamento. ¶ Habens signaculum hoc: cognouit dominus qui sunt ei-
us: & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.) Hoc est ha-
bens tanq̄ in lapide epigramma & insegne aliquod insculptum: ex ipsis operi-
bus rebusq; gestis illi conueniens: nouit dominus: hoc est ab eo longe ante
sunt cogniti: qui eius sunt fortis: & hi quidem iccirco sunt preelecti: ne cum
putrentibus illis corruant & inquinatis: ab iniquitate inquit discedat: hoc est
a dogmatum errore: uel a quauis plane iniustitia: nam qui iniquior est: nec
in fundamento nec in deo consitterit: non enim dei habet insegne qui nequior
sit & iniustus. Aduerte autem necesse fore ut qui dei sit nomen inuocaturus: a
re q̄uis iniusta abscedat a q̄ q nō declinauerit: nec dign9 fideliter q iure possit
dominum inuocare: nil enim decora est uel accepta peccantis laus. ¶ In mag-
na autem domo non solum sunt uasa aurea & argētea sed & lignea & fictilia.)
Quoniam multi quod mali in mundo uersentur inique ferunt: iccirco apostol-
lus reliquis ommissis de causis: unam hanc aperit inquiens: In magna aliqua
domo uasa esse diuersa: hanc uero mundum esse non ecclesiam dicit hoc loco:
nam in ecclesia nihil uult ligneum esse sed ex auro uniuersa effecta quippe ubi
& christi corpus inesse constat & prorsus careat labe. ¶ Et quedam quidem
in honorem quedam autem in contumeliam.) Aurea quidē id est qui uirtute

sunt prediti: in honorē lignea uero siue fictilia: idest improbi etsi si ad uirtutē ad mundi tamen confirmationem & statum utiles sunt uel ad dispensationem nonnullas maxime conferunt: ut pharao & ceteri pari improbitate homines.

¶ Si quis ergo emaudauerit se ab istis: erit uas in honore sanctificatum.) Vides quemadmodum uel aureuz esse uel fictile nec nature sit nec materiate necessitatis ut asserunt manichei: sed nostre uoluntatis & animi: quippe cum liceat cuiqꝫ ex lignea illa sese: uel fictili uoluntate purgare: aureamqꝫ & argenteaꝫ reddere. atqui paulus cum fictilis esset: effectus est aureus: iudas cōtra qui aureus fuerat: est fictilis redditus: dicet aliquis si a deo contemnunt̃ fictilia: cur alibi sic paulus inquit: habentes thesaurū hunc in uasis fictilibus? ibi quidem de corporis natura disseruit: nā quemadmodū fictile uas preter lutuꝫ incoctū nil esse aliud constat: sic corpus hoc nr̄m nil aliud est: q̄ lutum calore anime obfirmatum: hic uero facit: de uoluntate animi mentionem. ¶ Et utile domio) Ligna ergo inutilia erunt: quoad mentem dn̄antis dei & nutum: qui omnes uult saluos uos fieri: etsi ut dictū est uideant̃ alioqn inutilia fore. ¶ In omne opus bonum paratum.) Subinde dicat etsi nondū tempus adsit aliquid operādi: erit tamen id saltem promptum paratumqꝫ ad uirginitatis & testimonium.

¶ Iuuenilia autē desideria fuge.) Iuuenilia desideria non solum fornicanda dicit cupiditates: sed absurdas quasqꝫ concupiscentias: siue dominandi quis trahatur cupidine: siue pecuniaꝝ: sunt nanqꝫ istiusmodi affectus insani & mentis ꝑferūt ualitudinē: sit qdem uel senex ad iuuenilē redit ętatē: & stultior fit: cū talia concupiscit. ¶ Sectare uero iustitiam.) iustitiā pro quouis uirtutis genere ponit. ¶ Fidem.) idest ueram & stabilem & in eos quos ames affectum: quasi dicat: noli te perfidum & mobilem exhibere: mox & ista subiungit.

¶ Caritatem & pacem cum his qui inuocant dominuꝫ in corde puro.) hoc est illis solum confide qui non simulate nec dolo dominum inuocant: qui pacifici sunt & minus contentiosi: cum talibus inq̄ uersare. ¶ Stultas autem & sine disciplina questiones deuita.) uel quemadmodum ubiqꝫ hunc ab inquirendo & disceptando auertat: nec eo quidem ꝙ minus confideret timotheum alios posse refellere: sed quia prorsus uideretur inutile huiusmodi certamen adire: quod preter contentiones & odia nil in se boni haberet: has itaqꝫ stultas nuncupat questiones cum & alias esse non insulsas in sacris litteris constet.

¶ Seruum autem dei non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes.) Mansuetum id est benignum & facilem uerum: quo ergo pacto apostolus alibi increpa eos inquit: cum omni preceptione: & acriter: & nemo adolescentiam tuam contemnat? quia uehemēs certe est increpatio: & tunc maxime mordet: cum per mansetudinem & placabilitatem infertur: possumus nanqꝫ placidioribus uerbis longe facilius quempiam admonendo urgere & ut pudeat male facti traducer̃: q̄ iurgio aliquo audaci: & contumeliis. ¶ Docibilē.) Erga eos qui instrui uolunt & facilem ad docendum: hereticum uero cum semel aut bis commonefeceris abigito. ¶ Patientem.) Id enim uirtutis uel maxime assequi debent fideles: ut prauorum semper expectent conuersionem: habendusqꝫ his continuus & perprauus sermo: nec statim intercidenda oratio est: ut aliis proficiamus docentes: uerum attende quod sequitur.

¶ Cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati.) Per iurgia namq;
& contentiones nil boni perdiscitur: est itaq; precipua quedam erga eum quez
doceas seruanda modestia: dicet aliquis: quo pacto poterit quispiam erga eum
q temerarius sit & contumeliosus: humanũ se & mitem prebere? quo pacto in
quis? si eum qui sit heresi aliqua irretitus: post unam item itaq; alteram castiga
tionem abegeris: is namq; corrigi nequit & insanabilis est: uerum hoc loco de
his qui nondum sunt desperandi: quo minus aliqua restet ad sanitatem redeun
di facultas edisserit. quod sane ex sequentibus patet. ¶ Nequando det illis de
us penitentiam ad cognoscendam ueritatem fidei.) forsitan inquit aliqua erit
his emendatio: nequando autem illud incertis & dubiis preponitur rebus: fit
itaq; ut sit ab his desistendum quibus mederi non potest: at hi quorum in am
biguo est emendatio in uiam ut redeãt temptandum esse. Aduerte autem quẽ
admodum ad humilitatem instituens nil prorsus nequando queas adiecerit:
sed ne forte his tribuat de9 resipiscere qđ si uel aliqd docẽdo ꝓfeceris domi
ni est non tuum id munus: unde nec tibi est aliq̃ mõ superbiendum. itemq; si
cui que recta sunt faciat suaserimus: nequaq̃ nobis id ascribamus: perinde no-
stra uirtute id simus persuadendi munus adepti. ¶ Et resipiscant a diaboli la
queis.) Hec non solum de ipsis dogmatib9: sed de rectiori uiuẽdi modo dicta
esse intellige: quippe cum non solum dogmatum ipsorum errore: sed uitę ui-
tiis a diabolo irretiuntur: mortales: quo fit ut qui quemadmodum sit ducẽda
hęc uita falluntur: modestius sint & benignius castigandi: nam ut passer si uel
una pedis parte comprhenditur sub eius est potestate qui pedicam fixerit: ita
& ipsi: & si minus utroq; pede fide scilicet illaqueamur & uita: at solis prauis
uite actionibus: diaboli erimus ditioni subiecti. ¶ Quibus captiui tenentur
ad ipsius uoluntatem.) Erroribus inquit innatant: sed capti a deo ad ipsius
uoluntatem hoc est dei: forsitan enim ab ipsis procellarum erroribus emersuri
sunt tandem. Est autem dei uoluntas non soluz ut sibi credatur: sed ut recte
ducatur hęc uita: de ducenda itaq; recte uita: non de dogmate tantum & fide
paulum hęc dixisse intellige: nonnulli tamen captiui illud tanq̃ a diabolo com
prehensi: intelligunt & ad eundem referunt que subsequuntur:
¶ Hoc autem scito ꝙ in nouissimis diebus instabunt tẽpora periculosa.) Cuz
enim tunc temporis prauorum hominum multiplex numerus redundaret: ne
timothei obturbarz ea res animum predixit illi quod paulo superius dixit: in
magna aliqua domo et cętera: & nunc inquit uel in posterum tempus isthusmo
di futuri sunt homĩes: quin & moysi temporibus scelerati fuere: noli ergo no
uum id ipse existimare: quando neq; id tuam usq; ętatem nequissimorum ho-
num multitudo hęc terminabitur noli ergo id grauiter ferre: sunt namq; &
modestiora hęc tempora & praua: haud tamẽ ꝙ dies ipsi sint mali & tempoꝝ
spatia: que enim inesse potest diei malignitas: sed quia mala que interdiu ob-
ueniunt: diebus hanc indidere malignitatem: & nos quidem in eam sententiam
tempora mala: uel bona ex rebus ipsis dicimus & usurpamus: que per hec uel
aduerse contingunt uel prospere ¶ Erunt enim homines seipsos amantes.)
Statim malorum omnium causam produxit in medium in ꝙ suis quisq; magis

prospiciat q̄ proximi commodis ei nanq; qui sui ipsius dumtaxat trahitur ca-
ritate accidit sepe ut nec ipse se amet: nam quemadmodum solet & in membris
contingere: quorum cum unum aliquod leditur & reliqua ledantur necesse est
quod utiq; & edificia patiuntur· sic dici & in ecclesia potest: qui proximum ne
gliat: & ipsum se curet sibiipsi officere. ([Cupidi·) Cum malorum explicaf
set radicem: & ramos sigillatim enumerat; inter quos prior & longe protẽsior
auaritia est: nam uti ex caritate in alios uniuersa bona proueniunt: sic & mala
ex priuato affectu: qui prorsus est a uera caritate seiunctus. Illa siquidem &
amplissima est & ubiq; redundans diffunditur: hec uero in angusto uersantur
& in uno aliquo terminatur ·([Elati.) Qui in homines efferuntur·([Super
bi blasfemi·) horum nanq; erumpente malitia; uel ad deum pertingit iniuria:
nam cum aduersus homines quispiam superbum se prebet: ac sibi ipsi eius om
ne officium & rectefacta non diuine gratie imputat: tunc sane blasfemus hic
redditur·([Parentibus non obedientes: ingrati scelesti sine affectione sine pa
ce·) Et iure quidem: si enim deo si maledicunt: quo pacto genitores uenerabũ
tur? qui uero parentes nil uenerantur: nec illis obtemperant: uel in ceteros in-
gratos se prestent necesse est: qui uero istiusmodi erunt & religione carebunt
& quouis scelere opplebuntur: quandoquidem: quod debent nil seruant: sunt
pretrea sine affectione futuri: quem enim hi colent: qui in se beneficos aspernã
tur & respuunt: sine pace: id est qui nemini iuncti sunt amicitia neq; his quidẽ
qui in se contulerint beneficia. ([Criminatores.) hoc est omnibus detraben-
tes: qui enim sibi nullius est boni conscius: omnes: ut inuidus carpit & crimi-
natur: subinde aliquam suis malis medellam excogitet. ([Incontinentes·)
Lingua scilicet uentre & reliquis membris! ([Immites·) Vides ne quales
nimia hec sui ipsius indulgentia: & cupiditas ipsa efficiat: utq; ex hominibus
beluas reddit. ([Sine benignitate·) hoc est bonorum omnium hostes. Id enĩ
afilagathi greca dictio rectius exprimit· ([Proditores) Qui uel amicos &
beniuolos prodant. ([Proterui·) Id est instabiles: nil rati aut pensi habentes
([Tumidi ;) hoc est inflati & ementes· ([Voluptatum magis amatores q̄
dei.) Id enim necessario sequitur: ut: ubi mundanorum inerit oblectamento
rum cupiditas: dei inesse amor uel desiderium nequeat. ([Habentes quidem
spetiem pietatis; uirtutem autem eius abnegantes.) Id est figuram duntaxat
& umbram preferunt pietatis & simulant: operibus uero hanc abnegant & ab
omnitantur· Aduerte aũt pietatis potentiam: & ut ita dixerim: neruos: in actio
nibus ipsis & factis preferri: unde & merito dicitur fides sine operib9 mortua
est: formam autem & spetiem paulus alibi pro bono accepit cuz inquit: doctor
enim formam scientie habet: hoc est discipulis scientiam effingit & format.
([Et hos deuita.) Queret aliquis si nouissimis temporibus futuri sunt istius
modi homines: cur paulus inquit istos deuita? fieri enim potest ut tales essent
nonnulli tunc temporis: qui & si minus prestarent scelerum magnitudine ini-
qui tamen & improbi sint futuri: subinde dicat uel hos ipsos deuita q uel hoc
tempore istiusmodi reperiuntur:· quemadmodum infert: ex his enim sunt qui
penetrant uel posteros et nouissimos dies paulus dicit: qui eius post obitum
sunt obuenturi: quibus superstes futurus erat timotheus: uel quod uerius est

& basilius censet: sub timothei persona ceteros commonefacit ut eiusmodi uiros deuitent. ¶ Ex his enim sunt qui penetrant domos.) horum impudentiã & uitam non liberalem & assentationes dolo refertas q̃ alienas domos inuaderent: patefacit. ¶ Et captiuas ducunt mulierculas: non enim fallẽtes dixit: sed captiuas ductantes: ut quibus pro mancipiis uterentur: qui enim decipitur morem fallenti gerit. Aduerte autem quemadmodum mulieres uel mulierculę potius facile circumueniuntur: quo fit ut si uirorum seducitur quispiam: dici merito muliercula queat. ¶ Oneratas peccatis.) Delictorum multitudinẽ arguit & confusionem: neq̃ enim simpliciter feminas circumueniant: quippe eq̃ earũ non sit incusanda natura: sed eas seducunt que ingentem habent commissorũ congeriem: nam qui nequaq̃ sibi recte factorum est conscius improbissimo cuiq̃ dogmata decernenti obsequitur: & se consolatur: quasi nullas sit penas pro istiusmodi operibus luiturus. ¶ Que ducuntur uariis desideriis.) Id est pecuniarum, glorię, luxus, decoris: ostenditq̃ has turpes esse cupidines: cum uero ducuntur ait: beluarum has more deferri coarguit. ¶ Semper discentes & nunq̃ ad scientiam ueritatis peruenientes.) Dicet aliquis uenia ergo erunt he non indigne? nequaq̃: quinpotius nec parci quidem his potest: siquidem & facinoribus sese obruerunt: & libidinibus: obtusaq̃ illarum est mens & obceca ta: ut perdiscere nequeant ueritatem: quod uitium illis non natura obuenit sed uoluntate. ¶ Quemadmodum enim iãnes & Mambres restiterunt Moysi ita & hi resistunt ueritati euangelii. Magi quidẽ hi: extitere tẽporibus moysi uerumtamen unde istorum nomina accepit apostolus cũ in sacris litteris nusquam libi exprimantur: nimirum uel ea auditu acceperat: uel spiritus sancti reuelatione cognouit: par enim erat ut paulo essent hęc non incognita.

¶ Homines corrupti mente reprobi circa fidem.) Cum enim quispiam mente infectus et circa fidem inquinatus improbis sit necesse est: dixit insipiens in corde suo non est deus: vnde illud: quia corruptus erat & plenus iniquitate: Sequitur ergo q̃ mens incorrupta fidem excipiat: cauendũ est itaq̃ ne & nos corrũpiamur & adulteremus hoc pacto fidem.

¶ Sed ultra non proficient.) Quomodo alibi dicit proficient plurimum impietate: quia praua tunc dogmata inuasere: & alios circumuenire nil destitere: sed noua semper excogitabãt: hic uero inquit nequaq̃ hos dolos nectere ut alios fallant: nec fore ut multos corripiant: quin etsi uideantur circumuenire: tollerabiles sunt tamen futuri: subdit itaq̃. ¶ Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus sicut & illorum fuit.) Id est magorum: subinde inqens: si dictis his fidem non adhibueris edisces quemadmodum cum magicis hisce actum sit hi nanq̃ sunt prestigiis quibusdam mira quedam ad deceptionem edidisse deprehensi: cum moyses ederet ueriora unde comprehendi potest ad tempus aliquod breue: fallacias istas florere. ¶ Tu uero assecutus es meam doctrinã.) Illi inquit istiusmodi extitere: tu uero cũ nostra admodum calleas: haudquaq̃ talia esse: quippe qui non solum mecum uersatus es: quin & meam es assecutus doctrinam: subinde dicat: diutius es apud me commoratus: & animum rebus antehac per me gestis hauddubie intendisti: prebe te uirum sic fidei hostibus aduersabere. ¶ Institutionem.) Doctrinam quidem quoad sermonẽ dixit

Institutionem uero quoad uitam & couersationem. ¶ Propositum.) Id est animi promptitudinem & uirilem presentiam: neq; eniz uerbis dumtaxat enitebar sed factis. ¶ Fidez.) Idest uel indecernenda ueritate: uel in adeundis periculis firmitudinem que ne animo conciderem ipse: effecit: quin ut deo magis ac magis confiderem: iri me aliquando libertatem. ¶ Longanimitatez.) Cum hereticis scilicet magno obsisterem animo: ita ut neq; his obsistendo indignatione essem & ira commotus: sed per mansuetudinem & placabilitatem exciperem omnia: & aduersarios coarguerem. ¶ Dilectionem.) Id est caritatem: quā uel in his obiurgandis preferebaz. ¶ Patientiam:) quam scilicet in persecutionibus ipsis preferendis prestabam. ¶ Persecutiones passiones.) Non modo inquit ab aduersariis persecutionibus afflictabar: quin & mala plurima sustinebam: cum utrunq; illud preceptorem obturbat & hereticos esse qui se psequātur: & ab his perpeti que minus oblectarit: hec itaq; paulus ita differuit: & ab hereticis se q̄multis molestiis fuisse affectum eo affirmat: ut timotheo tandem suadeat: constanti animo sit: cum ab illis urgebitur: & suas demum passiones commemorat ut discipulum reddat fidutiorē.

¶ Qualia mihi facta sunt Antiochię, Iconie Lystris) Antiochiam pissidię dicit; lystras uero quia inde esset timotheus oriūdus: cur uero horum dumtaxat meminit cum & alibi multa esset perpessus: nimirum uel qa timotheo essēt hec notiora: uel quia his ipsis in locis nupirrime mala hec tollerasset: Aduerte autem quemadmodum nequaq̄ hec sigillatim commemoret; quod eo facit: ne ad ostentationem uideatur hec: & iactantiam meminisse, que ad disciplūz consolandum ut confirmandum coactus conscripserat: ·

¶ Quales persecutiones sustinui; & de omnib9 liberauit me dominus.) duo q̄dam thimotheo demonstrat apprime necessaria: & ut ad malorum tollerantiā paratior sit: & nequaq̄ a deo se destitutum in hec tollerantez: ait itaq; ipse q̄dē quales sum persecutiones perpessus: & animo fui in his sustinendis promptiori & audanti & exemit tamen me his omnibus dominus. ¶ Et omnes qui uolunt pie uiuere in christo iesu persecutionem patientur.) Vel id maxime ualet ad consolandum: quid inquit de me solo hec dixerim: cum omnes qui uolunt in christo iesu & scd̄m euangelium pie uitam hanc ducere: persecutionibus affligentur necesse sit: persecutiones autem hoc loco dicit: nō eas solum que ab infidelibus inferuntur; sed pressuras quaslibet & labores: quos subeunt qui uirtuti se addixere; est nanq; hec uita secundum iob temptatio quedā & per angusta incedit & necessario premitur. ¶ Mali autem homines & seductores proficiunt in peius: in errorem mittentes & ipsi errantes.) nil uelim ꝓpterea obturberis: si in delitiis illi: in pressuris ipse uitam hanc degas: sic enim fert ipsarum rerum natura: iusti certamen desudes necesse est: est quidem plane insulsum: quietem certando & ocium querere: illi enim peruersi & seductores: & si uidentur proficere: haudquaq̄ in melius prouehuntur: cum in erroribus eoꝝ omnis constet esse prouect9: ut aūt in peius illud quod dixerat explicaret hos & in errores inducere: & errare subiecit. ¶ Tu uero permanein his que didicisti & credita sunt tibi.) Ipse inquit immobilis presta: nec prauis & malignis in rebus quempiam emulibere: nec eum quidem qui omnia prospere cesse

rint: non enim simpliciter didicisti: ut cui q̃ a nobis acceperas & credita sunt hoc est cũ certitudine & fide ꝑdidicisti: itaq; si contra res euenire ac institutꝰ es ipse prospexeris: noli id molesto animo ferre: quandoquidem & abraam: etsi audisset in isaac uocabitur tibi semen: eundem tamen iussus: ut immolaret: nihil tamen est obturbatus. ¶ Sciens a quo didiceris: & quia ab infantia sacras litteras nosti.) duas causas affert quibus debeat ille immobilez se prestare: cũ quia non ab aliquo parui momenti uiro: sed a se & paulo ea didicerit quod perinde est dicere acsi a christo acceperit: tuz quia non nuper aut pridie: sed a paruis fuisset edoctus quasi dicat: irradicata est in te diuina scientia: & ita ut neq̃ q̃ sit insanum aliquod & stolidum facinus. ut subeas permissura: & qualia multi perpetiuntur: nam qui sacris litteris fuerit ut decet instructus; nunq̃ a cepto proposito immutabitur: sacras autez litteas dicit diuina scripta. ¶ Que te possunt instruere ad salutem per fidem que est in christo iesu.) non enim ut exterior hęc et mundana scientia hominem ad fallatias circumuentiones & concertationes uerborum erudit: sic diuina illa nos instruit: quinpotius ad salutem instituit: quam illam si queras! non ea certe que operibus constat & uerbis: sed que in inchristi iesu fide consistit: nam cum sacra hęc scripta hominem in xp̃m ut credat inducunt: salutem ei hauddubiam pariunt. ¶ Omnis enim scriptura diuinitus inspirata utilis est.) q̃multis explicatis ad consolandam hunc mõis nunc que maxima est consolationem inducit eam uidelicet que ex sacrarum litterarum lectione affertur: est enim triste aliquid illi denũtiaturus: ꝗ propediem ei sit obeundum: ne itaq; animo concidat: utpote q preceptore sit paulopost se consolante priuandus: habes inquit in mei uicem scripturas: que & leuare te poterunt & prodesse: querunt nonnulli: cur paulus dixerit oĩs sciptura diuinitus est inspirata! quod si ita est ergo & gentilium scripta a deo suggesta sint! oportuit sane hos non ignorare quod superius dixerat ꝗ sacras litteras nosti nunc omnem scripturam dixisse: quam illam nimirum quaz ante expresserat: & de qua ꝗ sacra esset disserunt: scriptura itaq; omnis: que istiusmodi est: & diuinitus inspiratur: uniuersis conducit: ut inferius demonstrabit. ¶ Ad docendum:) Prodest inquit quia nos instruit: quid sit perdiscendum: nihil est enim quod nequeat scripturis dissolui. ¶ Ad arguendum.) Si coarguenda scilicet fuerint mendatia. ¶ Ad corripiendum ad erudiendum ad iusticiam.) Si necesse est inquit: ut aliquid uel corrigatur uel instruatur: hoc est ad iusticiam reddi continentem & sobrium & ea que iusta sunt exequi: ex sacris litteris id oĩe suppeditabitur. ¶ Vt profectus sit homo dei.) Emendatio inquit ex scripturis paratur: ut nihil homini desit qui secundum deum incesserit: si itaq; ipse integer fieri & ꝑfectior cupis: sanusq; & semper ęquabilis reddi: nec contrahi aduersis exoptas: nec prosperis rebus offerri: id enim prefert perfectionem & mẽtis equabilitatez: has sacras litteras consule cum mea carebis presentia: atq; si thimotheo spiritu sancto oppleto: de eiusmodi lectione conscripsit: quãto magis sumus & nos ad eam hortandi: qui spiritu hoc indigemꝰ. Aduerte autem quemadmodum in sacre littere opitulentur: integros nos & perfectos reddi non posse. ¶ Ad omne opus bonum instructus.) Non enim simpliciter bonorum est operum particeps: sed instructus his ipsis & absolutus: neq; una aliq̃

in te erit ille perfectior: in aliis uero minime: sed ad omne opus quod rectum sit: & ad rem unamquanque est ille instructior. ¶ Testificor coram deo & christo iesu qui iudicaturus est uiuos ac mortuos.) Et si alibi timotheum deterruit inquiens: precipio tibi coram deo qui uiuificat uniuersa: nunc tamen magis horrendum reddit sermonem: cum iudicium illud recordatur. ait enim illum ipse qui penas est exacturus testem inuoco; quia neque id te clam habui: uiuos ac mortuos uel peccatores dicit & iustos. uel eos qui uita hac excesserunt: & qui tunc superstites deprehendentur: nonnulli uero uiuos & mortuos animas ipsas & corpora intellexerunt. ¶ Per aduentum ipsius per regnum eius.) Cum enim ille iudicium facturus aduenerit: cum imperio prodibat & gloria: non ea quam prius humilitate concesserat. ¶ Predica uerbum.) Quid ipse testificor: ut uerbum predices: ne gratiam in occulto teneas: quid uero nobiscum agetur quando nil predicamus. ¶ Insta oportune & importune.) Hoc est instando & iubendo eloquere: nec intercisa sed perpetua utere oratione & continenti; ita ut nullum tibi ad predicandum prefinitum sit tempus: sed oportune insta. i. in pace & ocio: cum in ecclesia pacifice nullo turbante uerseris: & importune. i. eum in discrimine fueris: uel extra ecclesiam loquere & euangelium ipsum edissere: oportunitatem uero & importunitatem ad multorum dixit opinionem: existimantium oportunitatem quietem esse: importunitatem tempora periculosa & intempestiua & rursum edocendi hoc munus obeundum in ecclesia arbitrantur & oportunum ducunt ut in ea ut euangelium predicetur: intempestiuum uero & nil oportunum cum de ecclesia eiectus id exequi uelit: uel aliter subinde dicat: nihil ut homines delinquant expectes: sed antequam facinoribus obstringantur: hos instrue: uel oportune & importune: hoc est quouis tempore euangelium predica.

¶ Argue.) Videlicet cum id uideris necesse fore & cum delinquentem deprehenderis: uel ut delinquat futurum: nihil te subtrahas. ¶ Obsecra.) uel mitioribus & supplicibus uerbis utere: nequis in facinus prolabatur. ¶ Increpa.) Vbi aliquem deliquisse compereris & castigaris si minus desistat: mox increpa; subinde dicat: quibusuis modis enitere ut medearis peccanti. ¶ In omni patientia & doctrina.) Est namque haudtemere de his & mox desperandum: qui praua commiserint: sed uel precibus est insistendum ut desinant malefacere uel doctrine: ut tandem resipiscant admoniti: & in omni pacientia. hoc est in quouis patientie genere: & que ita prestetur ut omnibus modis eluceat: tam operibus quam uerbis & gestu. ¶ Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt.) Prius inquit: hosque eant precipites compe: ecque & superius dixit oportune & importune id est quousque hos habeas obsequentes: quouismodo enitere. ¶ Sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros.) Temerariam & inconsultam preceptorum turbam cum coaceruabunt inquit: hic patefacit: quoque & a uulgo hi congerantur: qui nullis nituntur rationibus sed ut animus tulerit; inconsiderate deferuntur: & eos efferunt laudibus & eligunt preceptores: qui suis fauent cupiditatibus; ipsorumque ad gratiam cuncta & uoluptatem: differunt & exequantur. ¶ Prurientes auribus.) Hoc est aures dumtaxat oblectantes: homines enim: istiusmodi deliniti: que iuuent semper & minus contristent: audire percupiunt. ¶ Et a ueritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem

conuertentur.) Vides quemadmodum non ignari a ueritate aberrent: sed scientes & ultro decipiantur: nam auersis inquit a ueritate auribus conuertuntur ad fabulas: quo fit ut malum id uoluntariũ sit: hęc autez intulit non ut i segnitiem inducat discipulum: sed magis suadeat ut temporis sui facilitate & ocio recte utatur: & si illud obtigerit a christo in eam sententiam denuntiatuz eius affligendos esse discipulos & irrupturos aliquando lupos rapaces ferat id animo ęquiori. ¶ Tu uero uigila: in omnibus labora.) Vides quemadmodum eo hec illi predixerit: ut uigilandum iniungeret: subinde dicat: priusq̃ corruptionis huiusmodi & maloruz tempus adueniat: & lupi irrumpant labori incumbe & libenter insuda: ut oues in tuto constituas. ¶ Opus fac euangeliste:) Ergo illud erit euangelium predicantis negotium ut cum a se ipso & ultro: tum ab his qui forinsecus sunt: mala perpetiatur: & labores excipiat non inuitus.
¶ Ministerium tuum imple.) Tunc enim cuiuspiam cum officio ministerium adimpletur: cum opus impositum exequendo: tollerat mala: & operando insudat. ¶ Ego enim iam delibor & tempus resolutionis mee instat.) Non enim immolor dixit sed delibor: quod sane prestantius est: siquidem haudquaq̃ que immolationis sunt ad deum omnia referuntur: libationis uero uniuersa. ¶ Bonum certamen certaui.) Dicet aliquis cuius rei gratia magna de se quedam nunc paulus iactat? non enim hęc iactandi gratia intulit: sed ut discipulum consoletur: ne eius ob proximum e uita excessum: dolore & mestitia afficeretur: quandoquidem optimum esset uitę finem iam habiturus: decessurus propediem ad coronas & palmam. Quemadmodum enim pater aliquis ferme iam moriens: ut filium sibi assidentem & mestum soletur: his utitur uerbis: fili parce lacrimis: desine me obiturum deflere: recte enim & uitam duximus: trophea ereximus: & plurimis sumus potiti uictoriis: pro quibus & magnas nobis debet gratias imperator: cedentq; in tui admirationem & gloriaz: res per me geste haud sane dubium quin genitor ille hęc in sue laudem dixerit: ut merentez filium consoletur: ut leuius ferat eius decessum sic dictis his paulus & timotheum per epistolam tanq̃ testamento aliquo lenit solaturq; inquiens: bonuz certamen certaui: itaq; idipsum & tu factites uelim: & certamen ut subeas istiusmodi. Dicet aliquis: num paule ubi & cathene iaz insunt: & uincula boni aliquid inesse certaminis poterit: etiam inquit: est enim q; christo per me initum certamen: q; uinclis astringor: nam & qui pro bonis hisce mundanis decertãt multos conterunt sese exercendo: & insudando dies: & uno ac breui momento uictores referunt palmam: at christi athletas certantes premia quedam perpetua manent & clara: uideor itaq; certamen bonum certasse: quod & iocundum est & decorum. ¶ Cursum consumaui.) Quid ni cum ei habunde euãgelium predicanti a ierusalem undequaq; ad illiricum usq; decursuz est: & ita decursum ut multa interciderent impedimenta: mortes scilicet insidie & alia pleraq;: aduersantia nec secus ac igneas alas haberet q̃multas regiones predicans incredibili celeritate persuasit. ¶ Fidem seruaui.) Erant enim q̃multa que fidem hanc intercipere conarentur: cum comminationes & mortes: tum ubi hec parum ualeant: ad gratiam & uoluptatem promissa: ipse tamen furem q̃maxime cauens: uigil & excitus: istiusmodi uniuersis reluctabatur.

¶ De reliquo reposita est mihi corona iustitię.) Satis hec sane que dicta sunt
ad consolationem facere uidebantur: uerum hoc loco & premia adicit: ut ma-
gis ac magis discipulum excitet: & confirmet: neq; enim dolendum est inquit
q̃nquidem coronam sum accepturus: per iustitiã autez unũquodq; uirtutis
genus uel hoc loco designat. ¶ Quaz reddet mihi dominus in illo die iustus
iudex.) neq; enim dabit inquit sed reddet tanq̃ debitũ aliquod non munus sit
recepturus: quippe qui iustior sit: mercedẽ omnino decernet laboribus: fit itaq;
ut uel debita corona hęc sit ob iudicis ęquitatem. ¶ Non solum autem mihi
sed & omnibus qui diligunt aduentũ eius.) Hoc loco uel ipsuz excitauit timo
theum dicens: si omnibus longemagis & tibi: uerũ quis hunc aduentare desi-
derat. Is nempe: qui pro eius aduentus dignitate se gesserit: quo fit ut qui ea
non egerit: nil uideatur ut iterato ad uos ille se conferat cupere: sed potius id
detestari: ne digna factis recipiat merita. Epiphania aũt grece eo aduentus di
cit̃: quia superne apparet & celitus orit̃: preter hunc uero uniuersalẽ aduentum
siue apparitionez: ut greci dicunt: est & alius quidam. quo & se ipsum his p e
bet uisendum: qui se ut uisant merentur: non mundo quemadmodũ & alibi
dicit: ego & pater ueniemus & mansionem apud eum faciemus. ¶ Festina ue-
nire ad me cito.) Cur ad se paulus reuocat timotheum: presertim cum ei credi
ta esset & demandata ephesina ecclesia & genus id omne ephesiorum? nimiruz
quia & uinculis coercebatur: & in carcerẽ fuerat a nerone coniectus: nec ad ti-
motheum licebat ei accedere: & ideo Romam hunc ad se reuocat: cupiens forsi
tan priusq̃ mortem obiret: complura illi committere. ¶ Demas enim me dere
liquit diligens hoc seculum & abiit thesolonicam.) Non enim dixit ut te uisaz
anteq̃ moriar: ne illi mortem afferret: sed quia solus sum destitutus: nec quem
piam habeo ad euangelium diuulgandum adiutorem: accelera ergo tuũ ad nos
reditum: uerum quid sibi uult illud diligens hoc seculum? Id quidem: subin
de dicat: quietem & ociuz abiens ille adamauit: & in tuto esse decreuit: maluit
enim domi per delitias uiuere: q̃ mecum periclitari: & hac in re solum hunc ui-
detur arguere cum tamen cohortari nos potius uelit: ne in periculis remolles
camus: q̃ hunc criminari: quinetiam ut timotheum ad se celerius trahat id di-
xit. ¶ Crisces in gallitiam: Titus in dalmatiã.) Hos quidem nil carpit apl̃us
Titus siquidẽ inter prestãtiores erat & admirabiles uiros cõnumerandus: ita
ut huius cure fuerit Creta insula demandata: hi itaq; duo haudquaq̃ seculi hu
ius cupiditate: uel alia quauis necessitate: sed predicandi gratia alio se contule
runt. ¶ Lucas est solus mecũ.) Es nãq; sic paulo ipsi adheserat: ut ab eo nũq̃
discederet. Idẽ preterea & euãgeliũ & apl̃oꝝ acta uniuersa cõscripsit: de hoc itez
& paulꝰ meminit dicẽs cuiꝰ laus in euãgelio ẽ ꝑ oẽs eccl̃ias. ¶ Marcũ assu
meet aduc tecũ: est eni mihi util' in misterio.) nõ in ociũ dicit: s̃ in euãgelii mi
misteriũ. Apl̃us nãq; & si uinclis erat cõstrictꝰ: p̃dicãdi tñ id muꝰ nõ itermi
ferat: eoq; & timotheũ non sui causa reuocat: sed euangelii: ut nihil fideles sui
obitus tempore obturbarent̃: cum multi essent ex eiꝰ discipulis affuturi qui
turbam & tumultus siqui forte oborirentur: sedarent: confirmarentq; : qui ei
us mortem ferrent intollerantius. Erat enim necesse ut magni essent momen
ti uiri: quibus Roma demandaretur in curam.

. . y e

¶ Titum autem misi ephesum.) Solus itaque derelinquor: quocirca necessarius est tuus ad me aduentus. ¶ Phelonem quem reliqueram in troada apud carpum ueniens: affer tecum & libros.) Phelonem id est uestem: hanc enim deposcit: ne ab aliis exigere indumenta cogatur: ubique enim plurimum cauit ne aliorum ope indigeret aut cuiquam oneri esset: nonnulli uero arculam hanc esse dicunt: qua libri reconderentur: ueram quid libris indiguit: qui propediem esset ad deum demigraturus: ut illos nimirum fidelibus post eius mortem relinqueret: quos sui loco haberent. ¶ Maxime autem membranas.) Hi forsitan libri utiliora quedam in se continebant. ¶ Alexander faber erarius multa mala mihi ostendit.) huius autem meminit temptationis & mali: non ut hunc carpat sed ut timotheo suadeat: magno animo ferat aduersa: que ab infimis & uilioribus ingeruntur: plerique enim cum a prestantibus uiris uexantur: fortiter tollerant quia diuexantium magnitudo soletur: ab his uero aliquid perpeti que & tenues sint & abiecti: angere magis & urgere uidetur: ideoque & paulus inquit: multa mihi mala ostendit: hoc est admodum me oppressit & uariis modis: accedit preterea quod hi nullius sunt pretii: nec ulla sunt insigniti uirtute: cum aliorum de se iudicium negligunt: ubi aliquem ceperint diuexare nil prorsus de sua malignitate remittunt; nec parcunt ei quem semel ut perdant egrediuntur. ¶ Reddat ei dominus secundum opera eius.) Confide non enim impune hec illi procedent: sed reddat dominus idest redditurus est: quod pauli dictum uaticinii potius optinet locum: quam execrationis & uoti: non enim id dixit: ut aliorum deposcat supplitia: quippe qui sanctitate polleret: sed predicationis necessitate compulsus: ut comprimerentur qui se interciperent predicantem: quod sane uel hos admodum consolatur: qui imbecilliores sunt: & in fide nondum obfirmati: credentes nullam habere impunitatem peccata. ¶ Quem & tu deuita.) Non penis hunc inquit & supplitiis afficias uelim: presertim cum uel id facere illi per spiritus sancti gratiam licuisset: sed declinandum ab eo secedendumque precepit: deo item remittens & penas. ¶ Valde enim resistit uerbis meis.) Id est obsistendo oppugnat predicationis mee dicta. ¶ In prima mea defensione nemo mihi affuit. sed omnes me dereliquerunt.) Rursum & temptationes alias & pressuras enarrat: ut longemagis discipulum consoletur: prima defensione quam illam dicit: hanc scilicet: nam cum primum esset neroni illi seuissimo astitutus: mortem euasit: & ita ut eo ex tempore predicandi sibi esset facultas: sed cum instruxisset ad fidem quem nero uini habebat: & domi pregustatorem: mox ille uesania furens & paulum coniecit in carcerem: & paulopost ei caput precidit: timiditatem pretendit: cum omnes se deseruisse fatetur: subinde diceret: uel familiares me & domestici prodidere: & quauis sum consolatione priuatus: ipse ergo si quando fueris medius in malis ab omnibus destitutus: eandem adhibe ad te consolandum medellam: qua ipse sum in tempore usus. ¶ Non illis imputetur.) Vides quemadmodum his uel grauiter delinquentibus ueniam impartitur: quos cum haberet familiaritate coniunctos: sese tamen destituisset: non enim eque ab aliis paruifieri nos stomachamur: ac cum a notis & domesticis ipsis contemnimur: precatur tamen id facinus minus his in peccatum ascribi: tametsi summum sit sce

lius & non negligendum: sed animaduersione & supplicio dignum. ¶ Dominus autem mihi astitit.) Ecce & alium quemadmodum in modum: discipulũ consolatur: affirmatq; se qui sit ab hominibus derelictus a deo non deseri: nec permitti ut graue aliquid molestum ne patiatur.

¶ Et confortauit me.) hoc est fidentiorem me fecit: & fidutiam mihi largitus est: neq; ut conciderem animo ille permisit. ¶ Vt per me predicatio impleatur) Aduerte immensam uiri huius humilitatem: non enim inquit quasi huius sim muneris dignus: eo mihi & uires deus suffecit: sed ut euangelii impleatur per me predicatio: id est confirmetur: uel ut absoluatur & finẽ habeat: nec secus mecũ agatur si euangelium illud absoluero: ac agi solet cum his: qui eo soluantur & mortem deuitant: quia regiis sint insignibus communiti: ¶ Et audiant omnes gentes.) hoc est ut cunctis celebrior fiat & notior predicationis hec gloria & q; mihi prospexerit deus omnibus innotescat. ¶ Et liberatus sũ de ore leonis.) hoc est Neronis: leonẽ enim hunc nominat ob eius imperii robur & magnitudinem: uel forsan ob eius seuiciam: non enim longe a morte tunc abfuit: cum primo in fauces incidesset leonis. ¶ Et liberabit me ab omni opere malo.) Tunc quidem me inquit a corporis morte exemit: postq̃ uero satis iam predicaui hunc hauddubie spero non modo me a corporea hac internitione liberaturum: quippe qui delibandus iam sim: sed uel ab omni opere malo hoc est omni peccato: subinde dicat nequaq̃ me sinet in morte hac tolleranda flaccescere: sed adusq; sanguinem uires suppeditabit obsistendi peccatis: quod sane haud secus duxerim ac si a feri & sensibilis leonis faucibus commolirer: est itaq; hec salus longe maioris existimanda: q̃ prior illa: qua mortem euaserat. ¶ Et saluum faciat in regnum suum celeste.) Hoc est ex omni me ille delicto eripiet: & ibi tutabitur. Id enim est in regnum celeste saluum reddi: cum in hac uita mortem pro christo obimus: ait nanq; qui in hoc mundo animam oderit suam: in uitam seruabit eternam: erit ergo uera hec salus cum in celesti regno fulgebimus.

¶ Cui gloria in secula seculorum amen.) Ecce nunc haud secus filio gloriam q̃ patri & laudem impartitur: is nanq; dominus est. ¶ Saluta Priscam & acylam.) Hi sunt qui apollo illum excipientes edocuerunt: ad quos & paulus ipse diuerterat: & quorum frequenter meminit: proponit autem feminam uiro: id est priscam acylle: quia & fidelior erat: & firmior: hunc enim prisca & apollo simul ad fidem instituit: & apostolũs frequenti excepit hospitio: iubet autem utrosq; saluere: ut suam in hos preferat caritatem.

¶ Et onofori domum.) Hoc est quos domi habet: ipse nanq; Rome erat: & pauli curam carcere & uinculis detenti susceperat ut dictum est: ex huiusmodi autem impartita salute facit hos promtiores: ut suum onoforum in prestandis obsequiis: imitentur. ¶ Erastus remansit corinthi: trophimum uero reliqui infirmum mileti.) Cum in superioribus nullam horum mentionẽ fecisset: nũc meminit: arguitq; se undiq; destitutum ut timotheum mox cogat ad se redire miletũ. ubi ephesi erat propinquior locus: põt itaq; cõiectura ĩtelligi paulũ ĩ iudeã uersus nauigantem: mileti hunc reliquisse: siue cum prius Romam uenisset

deiñ ad eas se partes contulerit: nil habeo certi quod afferam. ¶ Festina ante hiemem uenire.) Cum enim undiqȝ deseror ut perspici licet: omni studio tuuȝ ad me accelera reditum: nec priusq̄ moriar inquit accedito. Id nanqȝ merorem illi afferret: sed ne hieme interceptus adesse nequeas: nec me uisendi habeas facultatem: id enim subintelligi debet tametsi minus expressit. ¶ Salutat te Enulus et & spudes & linus.) hunc linum ferunt nonnulli post petrum rome secundum fuisse episcopum. ¶ Et claudia.) Vides quemadmodum & femine in fide essent ardentiores & mundo iam crucifixe: atqui nulla in re inferius est femineum genus: uiroꝝ conditioni: si modo uelint ad bonum eniti: namet uiros in uitę huius negotiis plurimuȝ iuuant: utpote que domus curam suscipiunt: qua uiri dempta paratiores reddunt̄: siue ad ciuilia ꝓcuranda: siue ad exequendum que spiritus sunt: & spiritalibus in rebus: exercendaqȝ continentia plereqȝ potiores sunt uiris: ad decusqȝ ipsum & sanctimoniam preferendā: tollerandaqȝ ieiunia accomodatiores: ita ut nil deniqȝ sit quod mulierbre id genus: si se uirtuti addixent interpellet. ¶ Et omnes fratres.) horum neminem nomine exprimit: nam cum maxima esset fidelium multitudo illos dumtaxat nomine explicat: qui & clariores essent & humanarum reꝝ omnem iā euasissent cupidinem & spiritus ardore pollerent. ¶ Dñs iesus christus cuȝ spiritu tuo.) Nil inquit doleas qȝ sim abs te abscessurus: dñs nanqȝ tecum est nec tecum dixit: sed cum spiritu tuo: duplex est itaqȝ opitulatio & gratie spiritus & dei qui huic faueat: quin illud preterea patefacit: tunc quideȝ nobiscum futurum dominum: cum spiritum ipsum apud nos asseruabim9: nihil hunc per nequitiam repellentes. ¶ Gratia uobiscum amen.) Eidem demū bñ precatur: ut deo in perpetuum placeat apud eundemqȝ & gratiam assequatur: nam quemadmodū qui imperatoris assiduo utatur conspectu: sitqȝ & illi pergratus nil potest omnino quod molestum sit perpeti: sic etsi ab amicis deserimur: dei modo nos gratia muniat: subire malum neqbimus: quod sane fieri haud aliter potest nisi & ipsi ea facere conitamur que deo sunt grata: & quemadmodum domi hi sunt seruorum gratissimi dñis: qui illos rectis operibus magis oblectant: sic nostrum quilibet apud dñm illum cōem: inuenturus est gratiam: si ea animo & cogitatione uersabit: que illius sunt cui in secula laus & gloria sit.

In epistolam ad Titum: Athanasii prologus

Itus hic cum probitate ceteros anteiret: q cū paulo uersaret̄ icciro & cęte maxīe insule in epm elect9 & consecrat9 ꝑficit̄: & tāmulti sibi epi & iudicādi & consecrandi sunt crediti: nūc itaqȝ & ut suppleret qđ cuiqȝ forte deesset: tanq̄ ꝓbatissimo uiro: ꝑ hāc eplam: demādatur: quā utiqȝ paul9 ꝑus illi cōscripsit q̄ uinclis cohrceret̄: cū aīo qetior eēt: & ocio habūdaret: non enī ullas his lrīs ꝑssuras commemorat: arbitror ꝑterea eplam hanc ꝑus fuisse conscriptaȝ q̄ ad Timotheum superior hęc scriberetur. quippe q̄ morti eum esset propinqor scripserit: facit itaqȝ hac in epla frequētius de gratia mentionem que nobis saluti fuit: satis existimans ad consolationē hanc ualiturā: nā q secū reputat q̄s

antea extitisset: & quibus sit postmodum donis dignatus: & gratia: quali affectus studebit enixius nil eum ad iracundiam concitare: qui de se fuerit tam benementus. Inuehitur etiam in iudeos: quorum si uniuersum genus & respuit & detestatur: nil mirum: non enim tanq̃ maledicus & detractor: hos improbat sed immenso dei amore & zelo ductus id facit: quemadmoduz et christus pharisæis indignabundus exprobrat q̃multa: nõ sui gratia: sed quia alios perderēt perbreuem autem scribit epistolam: ut uel ex ea titi perdiscamus uirtutem: titum enim tantum ut confirmaret haudquaq̃ longiori opus erat oratione: sed hunc ut paucis admoneret.

¶ Paulus seruus dei apostolus autem iesu christi.) Diuerse paulus suuz nomē imponit epistolis: nunq̃ enim dei seruum uel dei se apostolum asserit: nunc uero contra: quippe qui nil internosceret a filio patrem differre. nec a patre filiuz

¶ Secundum fidem electorum dei & agnitionem ueritatis: que secundum pietatem est.) Multipliciter potens id intelligere: uel quia apostolus sum ut per me qui electi sunt credant. uł quia ut apostoli munere fungerer sum: non meis ullis offitiis destinatus sit s̃ quia ita deo sit uisũ: ut mihi eius electi: uel predicanti prebeant fidem: quo fit ut id omne eius sit gratia factum: qui mihi euangelium credidit: nec quia dignior sim: sed electorum ob causam hanc ipse dignitatem accepi: proinde ut ad hęc aliquid etiaz per nos opere conferenduz esse demonstret: & agnitionem ueritatis adiecit: subinde dicat quia euangelii ueritatē cognorim eo & illud mihi credēdũ ē: quapoti9 nec a nobis ea cognitio produt: sed ille causa est: ut hanc assequamur: nam prius ipsi cogniti sumus deinceps & nouimus: uel quia ut cęteri electi: & ipse iam credidi: & ueritatis adeptus sum notionem. Ad rerum autem iudaicarum differentiam ueritatis adiunxit: illa quippe haudquaq̃ sunt uera nec penitus mentiuntur: sed figuram quandam & umbram preferunt ueritatis: cũq; & nos electos appellat iudeos euertit tollitq;: qui & si aliquando alicui9 momenti fuere: haudquaq̃ decętero huiusmodi sunt ueritatis preterea cum dixisset: que secundum pietatem est statim adiecit: est namq; et in opifitiis ipsis ueri cognitio uidelicet ut agri colendi modum siue lignariam artem quis optime calleat: ubi tamen de huiusmodi ueritate sermo habetur: sed de ea que in pietate consistit. ¶ In spem uite eterne.) Cum iam explicauerit quibus nos benefitiis affecerit deus: nunc & qui in futurum sit largiturus enarrat: & hęc sane ueritatis cognitio in maximum nobis beneficium cedit: quippe qua simus uanis erroribus liberati: & pro eadē illa nos deus uita sempiterna condonat: infert igitur quia cum cognouimus q̃ ueritas est: uitam speramus eternam. Vides quemadmodum initio statim dei commemoret beneficia: ut titum ipsum uł potius quos titus instrueret: deo de nobis tam bene merenti placere ut studeant faciat promptiores: cum uero in spem inquit uite eterne iudeis spem adimit & uelut inanem reddit: qui presentē haberent in premium uitam.

¶ Quā pmisit q̃ nõ mentit̃ deus añ tēpora secularia.) Si eni illũ haudq̃q̃ scim9 mēdacē: confert plurimũ qđ pollicit9 est uel post obitũ ipm: hęc enim inquit

superne predestinauit: nec predestinati hunc penitebit: neq; ob id quia iudei non secum senserunt istiusmodi est nobis premia collaturus: sed quia sic est di uina mente conceptum: & summa ille uel ante secula affectus est erga nos cari tate: est sane ingenuitatis nostre argumentum non mediocre: quod ab eterno tanto sit hic amore nos prosecutus. ¶ Manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in predicatione.) Ne quis forsan id querat cur deus in his con ferendis: que ante secula predestinasset: tanta est usus dilatione: subdit itaq; id quidem dispensationis gratia egit: & ut tempore suo id faceret: suis autē dicit temporibus pro debitis scilicet & congruentibus: uerum quid ille manifesta uit: uerbum uidelicet suum: id est euangelium: quo modo in predicatione: hoc est aperte & fidenter qui enim predicat nec quippiam addit: nec demit: sic & ipsi ea nunc predicamus que sunt nobis iniuncta: ita tamē ut exaudiri nos ab omnibus liceat: quemadmodum dixit & christus: predicate supra domus fasti gia ut cum ex modo ipso tot loco eius doctrinę apertam sinceritatem commē det: manifestauit autem inquit eius uerbum ut ostendat cuncta euangeliū am plexari uel ea quidem que nobis sunt in presentia collata pietatem uidelicet fidē & ueritatem: et infuturum perpetuā uitam: nonnulli uero uerbum filium ipm intellexere: ¶ Que credita est mihi secundum preceptū saluatoris nostri dei.) Que inquit predicatio mihi est demādata: si res igitur ita se habet: nequaq̄ de beo que indigna sunt co:sentire: qui mihi hanc demandauit: nec aspernari aut grauiter ferre quod mihi est creditum et hęc quidem secundum preceptum mi hi est: credita predicatio hoc est uelim nolim: ut hanc exerceam necesse est: que cunq; enim ut fiant cogit necessitas: partim ex aliorum fiunt mandato: partim aliena exhortatione perficiuntur: reconciliare nanq; fratri tuo iubētis est dictū quod qui non egerit penas luet: illud uero uende substantiam: & qui potest ca pere capiat: adhortantis est: & qui minus id exequetur nequaq̄ est tormētis ob noxi9: mihi itaq; iniuncta ex precepto est predicatio: hoc est id ut agam neces se est: & hue mihi si non euangelizauero: quod sane necessitatis est non prima tum concupiscentiis: at cuius mandatum hoc est & preceptū: saluatoris nimi dei ille itaq; qui uult saluos nos fieri deus: hęc ipsa iniunxit cur ergo salutare id opus non subministret. ¶ Tito dilecto filio.) Potest nanq; & filius dici nec tamen dilectus: ut quispiam qui & si christianus sit fornicator. tamen est & auaritię deditus: filius quia per baptismum regeneratus: nequaq̄ uero dilectus quia indignus est patre. ¶ Secundum communem fidem.) Cum titum filium appellasset: & patris in morem hunc suscepisset; delatum tamen sibiipsi honorē imminuit inquiens: nil amplius ego sum q̄ ipse quod secundum fidem habeas assecutus: est enim hec utrisq; nostrum communis: per quam nobis & genitu ram peperimus cur ergo filium hunc dicit: nimirum uel ut sui amoris erga eu3 preferat magnitudinem: uel quia hunc ipse baptismi aqua perluerit. Cum igi tur eadem utrisq; sit fides fraterno & mutuo uinculo connectuntur: & quia ti tum paulus baptizarit, huius & pater nuncupatur: itaq; cum secundum fidem inquit communem fraternitatem pretendit.

¶ Gr̄a misericordia pax a deo p̄re & dn̄o iesu xp̄o saluatore nr̄o) uel fraternā

ex hoc coniunctionem ostendit: cum inquit deo patre: & titum excitat: ut cui9 sit filius recordetur: q; dei uidelicet: aduerte autem que uľ idiotis & secularib9 bona precetur: eadem hunc episcopo & doctori precipere: quippe cum is precipue diuina gratia egeat: qui multis oneribus urgeatur: nec minus & miser. cordia: ut qui multis esset malis obstrictus: & pace: ut qui perturbationibus & inumeris certaminibus uexaretur opus itaq; uel per unum aliquod quod recte gessent celos episcopũ promereri: & ob semel maluз commissum facinus: deferri ad inferos. ([Huius rei gratia reliqui te c̄ete ut ea que desũt corrigas.) Vt enim uel multorum in domibus que fuerint administranda: partem singuli sibi desumunt: & peragunt: sic & hi sibi diuersas sunt mundi plagas ad fidem instituendas partiti: & ea tamen in re omnes operam intendebãt: quod sane hoc loco designat cuз inquit: reliqui te c̄ete tanq̃ ipse illo relicto: alio predicandi gratia concessisset: aduerte autem quemadmodum nihil hunc pudeat: ad discipulum scribere: ut ea suppleret: emendaretq; : que fuissent abs se intermissa: ad communem nanq; utilitatem intendebat & commodum: nõ propriis honoribus prospiciebat: nec minus illud attende: quemadmodum que laboriosa essent & plena discriminis: per se ipse exequebatur: que uero uel gloriam essent: uel laudem allatura: discipulo demandabat: episcoporum dico institutiões consecrationesq; & h9modi que cerimoniis indiget.

([Et constituas per ciuitates presbiteros sicut & ego tibi disposui.)
Presbiteros hoc loco episcopos dicit: sicuti & in epistola ad timotheum predixerat. Instituit autem ut ciuitatibus singulis: singuli preficerentur episcopi: neq; enim uolebat insulam uniuersam uni episcopo demandari: sed unamquãq; urbem proprium habere pastorem iniunxit. existimans hoc modo leuiorem fore tolleratu laborem: & diligentius hos populum curaturos.

([Siquis est sine crimine.) Si uitam scilicet duxerit inculpabilẽ & que nequeat criminis incusari: si nemo inquit huius carpserit uiuendi moduз: si enim lux ait tenebre sunt: tenebre quante erunt. ([Vnius uxoris uir.) Vt hereticorum ora occludat nuptias obtrectantium: uel eum qui uxorem habeat in episcopuз suscipit: nam adeo honorabile coniugium est: ut uel ex eo possit ad sanctam illam episcopatus sedem ascendi: ut autem incontinentes & luxuriosos castiget uelim inquit unius sit uir uxoris episcopus & iure quidem: nam qui erga primam & unicam nulla sit caritate affectus quo pacto poterit ecclesie prefici? & cum necesse sit: ut culpa uacet episcopus digamus: sane binis uxoribus usus: nequaq̃ erit non criminandus: tametsi ex humanis legibus nil forsitan crimini uideatur obnoxius. ([Filios habens fideles non in accusatione luxurie aut nõ subditos.) Qui eni ñ recte proprios instruxerit liberos: quo pacto ad ea que rectiora sunt instituet alienos? quid utiq; ex eo perspicuum est: naз si ab ineunte ętate diligenti cura filios educasset nequaq̃ inobedientes euasissent & contumaces: nec simpliciter dixit: non incontinentes: sed qui nil prorsus luxurię incusentur: nec praue sint conscientie.

([Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem.)
Quoniã hic pacto crimie uacabit: si infideles & dissolutos habeat liberos? is nãq; quẽ ꝓprie domui deus ꝓfecerit: locũ obtinet dei: necesse ẽ itaq; nũquaq;

hec sibi ac suis diligenter prospiciat: caueatq ne in facinus aliquod prolabant.
¶ Non superbum.) Qui enim exteriori hoc & mundano potitur imperio: in
uitis imperat: eoq & in eos pro suo arbitratu superbius dominatur: episcopuz
uero qui uolentibus presidet: nequaq̄ decet imperiosum se prestet. & insolentē
uel pro eius arbitrio & subditis inconsultis: aliquid peragat. Id enim tyranni
factitant. ¶ Non iracundum.) Superbiam sequitur iracundia oportet itaq :
ut ab hac etiam caueat: nam quo modo alios instruet ab eiusmodi animi ptur,
batione abstineant: qui se non castiget. ¶ Non uinolentum.) Hoc est non
contumeliosum & conuitiatorem: quid enim est aliis conuitiandum: siquidem
deterrendi sunt potius contumaces geenne comminatione: q̄ contumeliis: &
probro afficiendi. ¶ Nō percussorez.) Nec manibus inquit: nec uerbis acerbi
oribus intempestiue quenq̄ offendat episcopus: est enim hic medici loco habē
dus: qui mederi uulneribus debet non exasperare. ¶ Non turpis lucri cupi-
dum.) hoc est ut plurimum pecuniarum pre se ferat contemptum: necesse est:
est nanq quodcunq lucrum episcopo uel si iustius sit indecorum.
¶ Sed hospitalem.) Non modo scilicet hunc ut alius questui habeat dedecet
quin & sua in excipiendis hospitibus conferat oportebit. ¶ Benignuz.) Beni
gnum appellat qui humanitate sit & modestia preditus: & nulli inuideat.
¶ Continentem.) Id est purum. ¶ Iustum.) Qui nullius personam uel prefe
rat: uel habeat acceptatorem. ¶ Sanctum.) Qui scilicet pium se erga diuina ex
hibeat: & deo debita reddere nil desistat. ¶ Sobriū.) nō modo qui in uictu sit
partior: sed tam lingue q̄ manibus: & pronis ad lasciuiam oculis imperet : qui
enim se talem prestiterit uere est continens. ¶ Amplectentem eum qui secun
dum doctrinam est fidelis sermo.) hoc est prouidentem & id habentem nego
tii: ut sermoni imitatur: qui fidelis sit: hoc est uerus non qui oppinationibus &
argutiolis proferatur; unde & secundum doctrinam intulit: arguens hunc uel
sine hesterne huius & mundane sapīe aminiculo: instruere alios posse: non enī
turgentibus uerbis est opus: sed sacrarum scripturarum peritia: & altioris in
telligentie uirtute & sensus: ex his nanq doctrina .qualis & pauli fuit: proue,
hitur. ¶ Vt potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contradicunt ar
guere.) Hoc est ut domesticos & familiares tutetur stabiliatq: quo fit ut qui
nec suos seruare in fide ualet: nec confirmare: & confutare aduersantium dicta
nil nouit. & omnem sensum capturum in christi obedientiaz ducere: falso episco
pi fungatur officio : atqui uel in subditis & inferioribus poterit quispiam cete
ras omnes inuenire: quod tamen maxime episcopum exprimat preferatq: doct
rina est & aliorum instructio. ¶ Sunt enim multi inobediētes uaniloqui sedu
ctores.) Cum inobedientiam dixit: omnium expressit malorum radicem. Nam
q obtēpare alteri nolit: nec pati imperiū potest: sed alios magis ut presit; inua
serit nec recti quicq̄ nec sani didicisse se ꝓfitebitur: q ut ab aliis instruatur nil
sustinet is sane & uaniloquus est & deceptor: qui cum seipsuz: tum alios fallat.
¶ Maxime autem qui ex circumcisione sunt:) His quidem & dominus presi
dendi exprobat cupiditatē: qui uel post fidē susceptā id morbi nil ommiserunt
¶ Quos oportet redargui.) hoc ē ualde sūt obiurgādi: & ita ut eoꝝ ora inter
cludantur. Dicet aliquis quid inde obuenturum est lucri si his cōtumaces cuz

sint et rebelles: silentium indicatur: his quidem prodesse nil poterit: sed aliis plurimum: qui possent ab his & corrumpi & inquinari: si conticeret episcopus pro his enĩ & rationem est redditurus: iccirco continendi sunt & frenandi: qui uero id facere neqt nec episcopatus dignitatẽ assumat. ¶ Qui uniuersas domos subuertunt docentes que nõ oportet turpis lucri gratia.) Vides quemadmodum cum ad inobedientiam & ipsa accesserit habendi cupiditas: & turpe lucrum: uel domos ipsas euersum iri his enim uectibus demon & dolabris nititur ut dei domum euertat. ¶ Dixit quidam ex illis proprius ipsorum prophete. Cretenses semper mandaces: male bestie uẽtres pigri testimonium hoc uerum est.) Queri potest cur paulus a grecis productum testimonium laudet: presertim cum illud haudquaq̃ recte proditum extitisset? & quis preterea dicti huius auctor fuerit? Epimenides sane is est: qui grecorum omnium fuit qui sapientes sunt habiti mordacissimus: & rebus uesanis & detestabilibus carpendis: admodum intendebat: & ita ut uera predicere & uaticinari sit uisus: is itaq; conspicatus cretenses & tumulum Ioui excitasse: & hunc haudsecus ac mortalem aliquem uenerari concitatus mox est: dei patrii zelo: & isthusmodi Iouem affatur: tibi Iupiter Cretenses mendaces & uentri addicti: & male bestie tumulum exstruxere: tu uero haudquaq̃ mortem obisti sed uiuis perpetuo. Nunc itaq; uerba hęc paulus quibus ille in Cretenses est usus: uera esse testatur: cum repetit: dicet aliquis: quid ergo erat gentilis hominis testimonio opus? ita quidem: sic enim illos pudere cogebat: cum eorum nequitiam greci philosophi & coniunctissimi testimonio exprobaret. Consueuit.n. sic facere paulus: quẽadmodũ & apud athenienses dũ interea concionaretur: aram professus est quam illi ignoto deo dicatam asseuerarent ueri esse: & eius quem continenter is predicaret: solent enim homines ex propriis & cognitis argumentis conuinci: sicuti & apud iudeos disputans prophetarũ testimonius utebatur: non euangelii: idipsum facit & deus: cum singulos hisce ex reb9 trabit ad sui cognitionem. quibus & insueuerunt magis & credunt: quemadmodũ & magos per stellã ad se traduxit: & saulẽ per uẽtriloquã illã: cui fidẽ prebeat & uaticinatores per boues q arcã traherẽt: nõ q; hi uera predicarẽt: sed ut proprio ex ore illos coarguat: qnetiã & balaã sinit & benedicere & uaticinari: solet enĩ ea semper permittere: que nobis sunt profutura. Queret aliquis: cur ergo cristus & paulus ipse prohibendo demones coercebant: nequid de se testificarentur? quia satis erant ad persuasionem miracula que per se edebantur: quinetiã uel cum seipsum christus & fateretur & predicaret: facere satis is uidebatur.

¶ Quam ob causam increpa illos dure.) Cum itaq; inquit mendaces sunt: quod utiq; dolus pretendit: impudentesq; & uentri dediti acriter sunt & durius increpandi. quandoquidem nil his prodesset benignitas: nam quemadmodum si mansuetum quis & natura modestiorem uehementer incessat: deperdit: sic sane qui impudenti & immiti blanditur: corrumpit: quippe qui nequaq̃ sinat hũc blãdiẽdo: suis ipsius hr̃e cognitionẽ: hoc aũt loco nõ alienos dicit: sed domesticos ẽ coarguẽdos.

¶ Vt sani sint ĩ fide nõ intẽdẽtes iudaicis fabul.) erit enĩ id salutiferũ: cũ nihil qd adulterinum sit ul' externũ & accersitũ ĩ fide ĩ duxerint: que uel sola potest

per se salutem afferre: mortiferum uero si contra egerint: duplices itaq; fabulas
res iudaice preferunt: tum quia intempestiue sunt & inutiles: tum quia si illis
intenditur officiunt plurimu3: ut igitur nihil est fidei fabellis prestandum: ita
neq; per hos ulla biserit fides prestanda: nametsi ueteris testamenti uolumina
sanctitate sunt: si recte intelligãtur oppleta: ita ut nec dici fabule possint: quid
ni: cum ab his ad euangelii ueritatem instruimur: expositiones tamen & que in
posterum sunt a iudeis peruerse interpretata; fabule sunt & commenta: quod
plane ex sequentibus patet. ¶ Et mendatiis hominum auersantium ueritatẽ.)
Vides ne quid esse fabulas dicat: hominum scilicet mandata ueritatem refugi
entium: sicuti cum in isaia: tum in euangelio scribitur: & reliqua item: cuiusmo
di sunt escarum obseruationes ut in sequentibus clarius innotescent.

¶ Omnia munda mundis inquinatis autem & infidelibus nihil est mundum
sed coinquinate sunt illorum & mens & conscientia.) Non enim pro earum na
tura uel munde uel immunde res sunt: sed pro eorum uoluntate: qui illis ues
cũtur: nam qui puriores sunt & fideles: cuncta pro mundis habent: ut que a
deo sint condita: flagitia dumtaxat ĩmunda duxerint: nam si nonnulla: lex con
tineret immũda: & ab his cauendum iuberet; haud temere id faciebat: sed ut
luxum iudeis & delitias intercideret: nil tamen ignara: haudquaq̃aliter hos si/
bi qui ad gulam essent & uentrem propensiores fuisse obtemperaturos: si uero
impuri sunt qui immundis in cibum utuntur: & infideles: his plane erunt uni/
uersa immunda: quid ita? quia pisces plerunq; humana carne depasti; puriores
his uidebuntur qui superuacanea ista conquirunt. Galli nacti uero pulli q; si/
mo uescant̃ & sordib9 ĩmundi: fit itaq; ut mens inqnatior de his male existi
mans que nobis sunt in esum creata; sibi ipsi & stulte; ista confingat immunda:
cum suapte natura nequaq̃ sint: nec secus agunt istiusmodi homines: ac solet:
qui affecto sit stomacho cum cibos & si suauissimi sint insuaues tamen existu
mat: nec minus & capitis uertigine laboranti: terra circumferri uidebitur: cu3
firmior & stabilis maneat: est eni3 morbo huic ea annexa suspitio: ut omnia uo
lutentur in gyrum: hoc sane morbo & manichei laborãt: & Marchioniste &
heretici omnes. qui nuper ab his prodiere: quos galatas appellant. ¶ Confiten
tur se nosse deum factis autem negant eum: sicut abominati & increduli: & ad
omne opus bonum reprobi.) Vides ne quidnam immundos & sordidos red/
dat? opera scilicet facere inquinata: est sane & sine operibus demortua fides: est
& horrori q mortuus est & quauis in re & reiciatur & improbatur.

¶ Tu autem loquere que dicent sanam doctrinam.) Etsi nullam dictis tuis
adhibeant fidem: & reprobi sint: tu tamen quod tua interest facito: nihil obti/
ceas: sed uerba ede: uel si minus his uacent auditores: nec exequantur que dix
eris. ¶ Senes ut sobrii sint.) Cu3 etatis uicio senes tardiores sint obliuiosi &
torpidi & ad motũ difficiles: eo inquit & sobrii sint: id est exciti: & in his que
dei sunt perspicatiores & diligentes.

¶ Graues pudici.) Sapientes & graues uiros pudicos & castos dicit: q; men/
tis integre sint. Sunt namq; ex senibus furibundi nonnulli & rabidi: & plane
ementes plerunq; uino: multi desperatione & animi pusillitate concitati.

¶ Sani in fide in dilectione & patientia .) Senioribus precipue iniungitur tollerantia: nec inmerito: ut quibus atra bilis summis insideat naribus. & minimis obturbentur. ¶ Anus similiter in habitu sancto .) Aniculas dicit uel ex gestu ipso & habitu debere pre se decorem & modestiam ferre: nonnulli uero que in ecclesia ministrandi munere funguntur: has esse dicunt: quas uel ex ipso amictu deposcit: ut sanctitatis preferant decus: idest que sacris congruant ministeriis. ¶ Non criminatrices: non uino multum seruientes .) Cum enim natura frigidior sit ipsa senectus: uini cupidior est: cui cum nequeat ut inbecilla obsistere: mero obluctãte peruincit̃: nec sane ab eo quod hauserit moderatius sed animo & abundanti superatur: quocirca ad alios criminandum sunt anicule procliuiores. ¶ Bene dicentes.) quo pacto alibi dicit mulieri ut doceat non permitto: sibi quidem de communi doctrina & instructione fit mentio: que in ecclesiis exercet̃: & hec ferme femĩs interdicit̃: hic uero ea cõmemorat̃ q̃ domi apud mulierculas & seorsũ habet̃: quod utiq; ex sequẽtibus sic se habere intelliges. ¶ Vt prudentiam doceant adolescentulas ut uiros suos ament.) Non domesticas modo & filias sed reliquas omnes que iuuenili florent ętate ut uiros ament doceant: subinde dicat: singule anus adolescentiorem erudiant ut uiri amore detineantur ut thori coniugalis & uinculum perstet: & domestica bona precellant: quod sane si fiet: & bona reliqua subsequentur: augebitur enim & res familiaris & pecunia abundabit: ut contra si uxoris in uirum substiteris caritatem uel si presto sint & ubertim affluant omnia: in nihilum facile dilabuntur. ¶ Filios diligant.) Mulier enim que radicem hoc est uirum dilexerit longe magis & fructus: hoc est filios ipsos amore prosequetur non mediocri. ¶ Cõtinentes castas domus curam habentes benignas propriis subditas uiris:) Que enim uirum dilexerit: castam se & puram mente prestabit & corpore: id est aliorum uirorum concubitu & appetentia abstinebit. & domus curam habebit: hoc est optime rem domesticam dispensabit: quippe que ob uiri beniuolentiam diligentissime rem familiarem curabit nil prorsus uel luxui uel superuacaneis sumptibus & ornamentis intenta: cui enim poterit alteri morem gerere: que ei quem plurimum amet: toto animo obsequatur? Aduerte autem ut apostolus qui semper nos a rerum presentium cura disiungit: nunc sedulo ut domi res bene curentur: hortando insistit: ut eã ostendat que domi se recte gesserit: & in spiritalibus profecturam.

¶ Ne uerbum dei blasfemetur:) Vides quemadmodum pre cęteris predicationis curam susceperit: non rerum presentium: si enim fidelis mulier infideli cohabitans nequaq̃ uirtute sit predita: fidei nostre: hauddubie per impios maledicetur: & blasfemia omnis in fidem & execracio recidet.

¶ Iuuenes similiter exhortar̃ ut sobrii sint.) Adolescentibus quidem femellis anus instituendis preposuit: id est mulieribus mulieres: iunioribus uero titum: uidelicet uirum uiris: ubiq; enim apostolus decorem & honestatem tutatur: quid uero inquiet aliquis ad continentiam cohortãdi sunt hi? quia ea p̃cipue ętate ex uoluptatibus ignis emanans iuuenes ipsos infestat: qui utiq; & restinguendus est castitati studendum. ¶ In omnibus te ipsum prebe formam bonorũ operũ.) Erudiãt inqt anicule adolescẽtulas & ipse

iuniores instruito: ea lege ut in communem doctrinam & uirtutis exemplum tua sit uita tanq̃ speculum aliquod & imago: exposita: bona cupientibus contemplari: que illi merent. ¶ In doctrina in integritate in castitate.) ne scilicet corrupta sint & falsa que doces: sed integra & a recta ratiõe prodeuntia. ¶ In grauitate.) ut nil scilicet: habeat tua instructio quod nouum sit & insolitum & insipiẽtes offendat: sed cuncta & religiosa sint: & pro dei dignitate deprompta. ¶ Verbum sanum & irreprehensibile.) hoc est orthodoxum: quod recta sentiat: nec habeat quicpiam quod possit coargui. ¶ Vt is qui ex aduerso est uereatur: nihil habens malum dicere de nobis.) Aduersantem uel diabolum dicit: uel alium quẽuis qui illi inseruiat. ¶ Seruos dominis suis subesse in omnibus placentes.) Fit itaq; ut qui sub continentie & castitatis pretextu a uiris uxores seiunxerit: & dominis subduxerit seruos: reprehensione non careat: nanq; & causam prbet amplissimam: ut maledictis fides hec nostra & religio laceretur: & in ea carpenda omnium ora patescant. ¶ Non contradicentes non fraudantes: sed in omnibus bonam fidem ostẽdentes.) Aduerte quemadmodum uel ea a mancipiis exigat que omnium apprime sint dominis grata: uidelicet ut iussi nil contradicant: sed quod iniunctum est mox exequantur: ut nihil furentur uel subtrahant: sed fidos se prestẽt: hęc enim domini qui uite huius bonis incumbunt: diligentissime curant ut assequantur. ¶ Vt doctrinam saluatoris dei nostri ornẽt in oĩbus.) Enimuero si tales se prestiterint serui: christiano nomini glorię erunt: nam gentilis aliquis conspicatus tam benea christi sectatoribus substitutum: quo pacto poterit christianam doctrinam non obstupescere: q; tanti sint ut uel seruilem animũ quiuerit emẽdare: & ad rectiora traducere: est enim nescio quo pacto seruorum genus petulans: nequam et improbũ qa nec recte sint & liberaliter educati: sed a dominis semper neglecti: nec sub ratione proborum hominum ueniant & libertate fruentium: nec libere sunt uel enutriti uel instructi itaq; & alibi paulus hunc in modum eosdem haud temere cõmonefacit: tanq̃ deo seruientes non hominibus: si enim hero morem optime gesseris: honos tamẽ deo defertur: cuius ob gratiam te tam morigerum exhibes. ¶ Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus.) Cum multa et magna exegisset a seruis: quod ex eorum uidelicet uita uirtute predita: & domini decoretur doctrina: ostendit nunc quemadmodum merito ab his ista deposcat: nam & in his ipsis et si seruili conditione sint. Saluatoris apparuit gratia: quandoquidem omnibus apparuisse hanc dicit hominibus: quibus multorum facinorum & gratis concessent ueniam: quocirca debent sane & hi ad dei gloriam tambene de se merentes & uitam ducere impollutam. ¶ Erudiens nos ut abnegãtes impietatem: & secularia desideria.) Ex his preterea ad uerecundiam hos ipsos compellit: subinde dicat demum quidẽ instructorem iam nacti quo pacto non & uitam agere pro eius dignitate debetis; siquidem eius in nos beneficium nequaq̃ hactenus progrediens terminetur: ut missa fecerit per uos olim commissa: sed in futurum etiam tutiores nos faciat; quos plerunq; iccirco castigat ut in reliquum continenter uiuamus; cum primum impietatem omnem reiicimus: & mundi cupiditates: quas abnegando toto animo ad deum nos esse conuersos significamus: impietatem antẽ deorum

cultum appellat & dogmatum prauitatem: mundana uero desideria aua-
ritiam dicit & luxum: & reliqua que celum minus pertingunt : sed cum
hoc mūdo & ꝑficiunt & dissoluuntur: ob id igitˀ & christus aduenit ut
& impias oppiniones penitus abnegemus & uitam scelestam : & ita ut
utrūq; toto animi affectu odio persequamur. ¶ Sobrie & iuste & pie
uiuamus.) Cum sobrie dicit non modo luxurię: sed & ceterorum indicit
uitiorum abstinitutiam: nam si pecunias concupiscas ducere uitam sobrie
non uideris : quin eo eris incontinentior: quo istiusmodi auaritię morbꝰ
nullum ducit a natura ortū :& demum a quocunq; uitioruꝫ genere quis
deuincatur: incontinens erit & minus sobrius. ¶ In hoc seculo:) Presens
enim hoc seculum certamen habet: futurum uero & premia. ¶ Expectā-
tes beatam uitam & aduentum glorie magni dei & saluatoris nostri iesu
christi.) Ecce quemadmodum in premium fit secundus christi
futurus aduentus: qui uere beatissimus erit: recte autem glorie dixit naꝫ
duos asserit christi aduentus: quorum prior ut dictum est gratiam ha-
buit: & ueniam peccatorum: humilisq; & abiectior fuit. Secundus uero
retributionem est cuiq; pro meritis allaturus: & cum gloria maiestateq;
patefiet: ut in euangelio sic dictum esse iatis iam constat. Cum uenerit fi-
lius hominis in maiestate sua: uerum ubinam gentium sunt qui filium ip-
sum imminuunt: nec deum fateri hunc patiuntur: audiant nunc quemad
modum & deus sit ille & magnitudine prestet : que magnitudo dei esse
assentur: non ut cum inferiore aliquo comparetur: sed quia magnus sit il
le & prestans qui & si aduersarios & sibi infensos saluos fecit: quid ille
non nobis aduenıens: si probos deprehenderit daturus est? ¶ Et dedit
seipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniquitare.) Vel id quidem
eius est cum potestatis tum magnitudinis argumentuꝫ: q; sese pro nobis
tradiderit: nec ea quidem ratione ut hunc redimat: illum uero nequaq̄.
sed ut omnes & a quauis eximat prauitate: est itaq; nobis redemptio hęc
precibus deposcenda. ¶ Et mundaret sibi populum acceptabilem.) per
baptismi lauacrum & diuinorum ipsius & purgantium preceptorum ope
ratione & uirtute: populum & puriorem efficiet & familiarem & accepta
bilem reddit quod enim latine acceptabilem interpretatum est periusion
greci & significantius dicunt: per inde populus is exprimatur qui circa
domini sui substantiam procurandam: & opes uersetur tanq̄ precipuus
unus ab hero electus: qui nihil ceterorum sit similis.

¶ Sectatorem bonorum operum.) Hoc est acceleratius ad uirtuteꝫ pro-
ficistentem preferentemq; ad bonos sectandos emulationem & zelum:
proculdubio ardentissimum: ad deum itaq; redemptio spectat : ad nos
uero ut opera rectiora sectemur. ¶ Hec loquere & exhortare: & argue
cum omni imperio.) prius inquit loquere & hortare: id est leniter in-
strue: deinde redargue: nec quidē simpliciter: sed cum omni imperio: hoc
est cum acrimonia multa & audentia: nam cum essent cretenses ad bonū

difficiles ut duriorem se & acrem aduersos hos prebeat mandat: sunt autem pleraq; que austeritate non indigent sed monitis tantum & persuasione uincuntur: ut cum dicimus contemnendas esse pecunias: nonnulla uero que acerrima egent castigatione: quemadmodum adulterium furta auaritia & magice artes. ¶ Nemo te contemnat.) Cum oportune scilicet austerum te exhibueris obiurgando nemini eris derisui: ut contra solet q minus necessario tempore alios increpando incesserit. parui fieri.

¶ Admone illos principibus & potestatibus subditos esse: dicto obedire ad omne opus quod bonum est paratos esse.) Vbiq; statuit ut se principibus subdant: ostenditq; & qui debeat i ea subiectione haben modus hic scilicet: ut ad opus bonum quodcuq; seipsos subiicere paratiores sint unde perspicuum est eos qui ad malum sunt prompti & expediti: principum iussis minus obtemperare: itemq; non ad impietatem uel eiusmodi aliqua: que offitiant anime; exequenda: uel si principes ipsi iniugant: parere hos iubet. ¶ Neminez blasfemare non litigiosos esse sed modestos.) Quoniam moneas uelim ut neminem maledictis incessant: nec eum quidem factitet mala: est enim necesse ut a quouis conuitio os nostrum immune seruetur: quod uel si iure infertur: nil tamen interest nostra: alios iudicare: at si iniuria: licet perspicere q̃ summum ex eo nobis impendat discrimen. ¶ Omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.) Siue iudei sint .s. siue greci: siue mali fuerint siue iniusti q iniuriã inferũt Eramus enim aliquando insipientes & increduli errantes seruientes desideriis & uoluptatibus uariis.) In ea quidem quam ad galathas conscripsit epistola ex rebus futuris ne alios iudicent inquiens perterrefacit: qui uidetur stare uideat ne cadat hic uero ex preteritis cõtinẽtiores hos facit hoc mõ: non enim libet ut alios incessendo ipsi cõuitietur: qui oliz in peiora ꝓlapsi deliquim9: quod itez ut latro noxio alteri obiiciebat: q; eodez crimine esset: quo ipse obstrictus: at quando insipientes nos fuimus? nimirũ añ xp̄i aduẽtũ nã quo pacto non dici insipientia debet: diis & idolis inseruisse? quo modo non error ingens: mortalibus immolare? accedit etiam q; desideriis uoluptatibus uariis operam dedimus: & nefariis facinoribus obstringebamur: uerum hoc loco furibundam & detestabilem in puros libidinem: & cum matre inita cõnubia: & cum sorore incestus: paulus tacite detestatur: & alia feda facinora: subinde dicat: sic uariis modis nobis illusit: diabolus.

¶ In malitia & inuidia agentes & odibiles odientẽ inuicem.) In malitia hoc est odio & liuore degentes assidue: & hęc fere pro uita ducẽtes quo fit ut digni odio simus qui mutuo nos inuicem odio persequamur: odio uero & liuore rectius dicit cum ab inuidia constet odium prodisse.

¶ Cum autez benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei.) Cum incarnatus scilicet est unigenit9 & similis nobis effectus.

¶ Non ex operibus iusticie que fecimus nos: sed secundum misericordiã

suam saluos nos fecit.) Hos inquit saluos effecit: non ex operibus quę ipsi fecerimus: id est neq; iusticię sumus opera executi: neq; salutem ex his nobis peperimus. ¶ Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti: quem effudit in nobis abunde: per Iesum christum saluatorem nostrum.) Q̄ ipsi eramus nequitia & improbitate offusi ut purgari hīs nequiremus: nisi de nouo nasceremur: id enim prefert: cum per lauacrum regenerationis & renouationis subiungit: hoc est secundo nos nasci & creari oportuit: nam quemadmoduz domus pre uetustate iamiam collapsura cum instauranda est nobis: nullis hanc sustentaculis obfirmamus: sed diruimus funditus: ut nouam edificemus: sic deus nō aliquid nobis inędificauit: sed denuo condidit & per spiritum sanctum: & ne id quemadmodum egerit queras: spiritus inquit uniuersa confecit at unū id liquet: quia hunc ī nobis abunde effudit: fit itaq; ut nos per hunc nō modo iterato condiderit: sed eundem nobis effuse sit impartitus: ut uł ex hoc: q̄d spiritus ualeat innotescat: nam ut nos ille purgauit: & spiritu statim affluenter oppleuit: purum enim qui purior est: nō impurum inuadit: hęc autem per iesum effecit: hic enim & intercessor est: & bona nobis uniuersa largitur. ¶ Vt iustificati gratia ipsius & heredes simus secundum spē uitę eternę.) Rursum per gratiam dicit: non debito iustitiam esse nos assecutos: quod sane ad humilitatem instituit: quippe cum nihil nostra uirtute efficimus: quinetiam ad optime de futuris sperandum inducit: nam si per gratiam nos saluos fecit: quibus spes omnis salutis abscesserat: lōge magis iusticiā assecutos bonis illis futuris donabit: ut heredes inquit efficimur quemadmodum & spes est: uitę perpetuę: uel quia iam simus quoad spem ipsam heredes effecti. ¶ Fidelis sermo & de his uolo te cōfirmare ut curent bonis operibus preesse qui credunt deo.) Subinde dicat indubitata sunt promissa celestia itaq; cum dei ineffabilis meminisset benignitatis: uelim inquit uel de subsequentibus his te ipsuz admonitum ut discant fideles non solum humiles seipsos prebere: nec beneficia siqua contulerint exprobare: sed & alios commiserari: nam qui nouerit quantā ipse sit in se dei misericordiam consecutus: in alios sese clementiorem prestabit: ut curent inquit: id est opere & studio assidue adnitantur: iniuriā patientibus: opitulari: siue uidue sint: siue parentibus orbati: & summatī ut dixerim: indigentibus uniuersis prospicere: id nanq; designat cum inquit: ut curent bonis opibus preesse: neq; opiant̄ adiri se ab egenis: sed ipsi ultro illorum suscipiant curaz. ¶ Hęc sunt bona & utilia hominibus.) Cura uidelicet istiusmodi & bonorum operum prefectura: uł ea ipsa que recte geruntur recta sunt & admodum futura. ¶ Stultas autem questiones & genealogias & contentiones & pugnas legis: deuita: sunt eniz inutiles & uane.) Stultas & inutiles dicit: cuiusmodi sunt que iudei fidelibus iactanter obiciunt: & proponunt: cum a maioribus suis patriarchis & prophetis progeniem repetunt: & in his gloriantur: que tamē

& declinandi esse iniuigit: non enim sunt opera neccessaria: ommittenda uel tempus incassum & uanis sermonibus altercando: & nihil profitientibus conterendum: quid enim potest his in contentionibus esse profectꝰ quibus nemo in domino captiuus comprehenditur: queret aliquis: quo pacto superius aduersantium iniunxit ut ora occluderentur? tunc quidē hos frenandos induxit: cum aliis obsunt & dum loquendo inficiunt: nūc uero sic ait: ut prodesse his queas: eorum est tibi uitanda consuetudo quippe cum nil prorsus ex tua conuersatione proficerent: qui corrigi penitus nequeunt

¶ Hereticum hominem post unam & secundam correctionem deuita: sciens quia peruersus est qui eiusmodi est & delinquit: cum sit suo proprio iudicio condēpnatus.)Quo pacto alibi dixit ne forte illos deus ad penitentiam ducat? Ibi quidem facit de his mentionem qui emēdationis spem aliquam preferunt: hic uero incorrigibilem dicit hereticū & undequaqꝫ a deo plane distortum: & tam uariis & multiplicibus nodis implicitum: ut sese nequeat his explicare: sed per se sit condemnatiōi adiudicatus: id est qui nullam habeat sui erroris excusationem: quippe cū nec illud possit pretendere: sese a nemine fuisse admonitum: uel ad ueritatem instructum: qui & admonitus sit: & optime institutus: quo fit ut sit per se condemnatus: qui nihil habeat quo sua errata excuset.

¶ Cum misero ad te artemon: aut tythicum festina uenire ad me nicopolim: ibi enim statui hiemare.) Cuius rei gratia rursum ad se reuocat titum & ab opere incepto diuellit: cui tantam & tam amplissimam insulam demandasset curandam? nimirum ut illi magis possit prodesse: & perfectiorem reddere: nec minus ut & creditum illi opus examinet: & si in eo tractando segesserit: nec ne. Nicopolis ciuitas est tracie: histro flumini imminens. ¶ Ienam legisperitum & appollo sollicite premitte ut nihil desit.) Legis iudaice scilicet peritum: in hac enim erat Ienas ille instructus: apollo uero eloquentior erat: & sacris litteris communitus: his tamen nondum fuerant ecclesie in curam alique demandate: ut autem nihil his desit: id est abunde his necessaria sumministra: uictū uidelꝫ & amictum. ¶ Discant autem & nostri bonis operibus preesse ad usus necessarios.) Subinde dicat: possem equidē uel aliter prouidere: ut multa hi re indigerent: velim tamen ut nostri: id est qui circa te sunt: discant ex huiusmodi necessariis rebus: Iene & apollo suppeditatis: bonis preesse operibus: quemadmodum est pecuniis indigentibus & uerbis: & quibus uis modis subuenire: neqꝫ adeo ut illi ex his aliquid lucrifaciant: sed ut ipsi fructum accipiant ex ea clementia: qua sunt in proximos usi: nam & dominus qui ad hominum quinqꝫ milia aluisset: & seipsum alere semper & discipulos poterat: maluit tamen a muliere cibari: ut & illa ex eo cibatu proficeret: nec secus dici de nostris potest: ut non adeo pauperes iuuent opem ferendo quantum & sibi ipsis afferant utilitatis cum illis im

partiuntur uite necessitatem: nam nobis & erratorum ueniam :& apud deum fidutiam pariunt inopes.

¶ Salutant te qui mecum sunt omnes: saluta eos qui nos amant in fide)Vel eos dicit salutem huic impartiri: qui pura erga se caritate afficerẽtur: uel qui se colerent fideles & christiani.

¶ Gratia dei cum omnibus uobis .) Comprecatur his uel dei donum ut eis seruetur: uel ut in hos sit ille clementior: uel forte ut subinde dicat uelim dei gratia qua maxime indigetis uobis adsit: & uestras cum animas ipsas tutetur: tum corpora in sancto spiritu cui gloria in secula seculorum :. Amen :.

In epistolam ad philemonem Athanasii prologus

Ec dominos christ9 nec seruos qui se adierit reicit: ipse
nanq; est omnium princeps: uel potius pater: quod sane
& si ex aliis plerisq; rebus: ex hac tamē epistola perspicu
um est que & philemonem herum complectitur & ser-
uum Onesimum: & utrosq;: ut cetera omittam: paulo
beniuolentia & fide coniunctos: philemon siquidē: uel ab ipso principio
fuit admiratione dignissimus: qui et si esset frigius genere: moribus ta-
men & uita fidelis: & sua: sanctorum indigentiis impartiebat: & elimosi
nas conferebat abunde: onesimus uero philemonis seruus & fugitiuus in
primis: quippe qui e philemonis domo clam sublatis pecuniis ceperat fu
gam: & ubi romam uenisset: predicantem paulum audiuit: a quo cum in
uinculis esset ad fidem instructus: & baptismi aqua perlutus: in admira
bilem uirum euasit: cum itaq; paulus nequaq̄ equum existimaret: phile
monem: onesimi fuga & maleficio: animo obturbari: & angi: uelletq; ei9
vulneri: cordi fere adacto: mederi: quod ob serui facinus excepisset: onesi
mum dimittit cum huiuscemodi commendatitia ad eū epistola: tametsi
dicant plerinq;: nequaq̄ hanc esse cum reliquis pauli epistolis annumeran
dam: quia de re uiliori pertractet: uelim tamē aduertas quot bona ex ea
fuga sint subsecuta: primum nanq; nos edocet: quemadmodū uel his ple
rumq; que abiectiora & infima sunt: profectus gratia animum intenda
mus. Ait enim & dominus nolite ex his pusillis aliquem unum paruifa
cere: scd̄o ut cunctis aperiat: & si seruum ipse furacem adeo: & maleficum
ad bonum conuerterat: nequaq̄ esse de nobis: si quicq̄ deliquimus: despe
randum presertim: qui adoptionis filii simus liberaliter & ingenue enu-
triti: tertio q; sub pietatis pretextu: nullo pacto sint serui inuitis dominis
subtrahendi: demum ut minime sint contemptui prorsus habenda manci
pia: que uirtute sint predita; neq; eorum consuetudinis & conuersationis
pudendum: quandoquidem & paulus filium appellat onesimū: qui esset
seruitute obstrictus: Quis itaq; erit qui uel epistolam hanc ceteris annu
merandam non merito censeat: que sit tot bonis referta. ¶ Paulus uinc
tus iesu christi.) Initio statī commonefacit: ne serui pudeat: qui sibi sit
nuper conseruus effectus: quecunq; enim pro christi nomine ipsi iam pa
timur: pro bonis habenda sunt: uel uincula ipsa: quibus cnostrictus &
paulus iocunditate afficitur: & glorie ducit hisce uinculis iunctum se di
ci & dignum existimas & precatur: identidem: ut per gratiā quod a phi-
lemone petit assquatur: qui sit pro christo deuinctus. ¶ Et timotheus
frater.) pinde ipse haudq̄q̄ satis ad depcandū facin9 ualeat: & timotheū eā
darez contubernalem assumit & socium: ut saltē qd̄ a plurib9 supplici-
ter postulat: impetrari facili9 queat. ¶ Philemoni dilecto & adiutori no
stro.) Si delect9 philemon & gratiā faciet postulanti: si adiutor nequaq̄

seruũ cum ad se uenerit coercebit: sed iterato ad paulum hunc remissus eſt: ut predicantis miniſtrando inseruiat: naz seruus: domini locum supplebit: cum fuerit paulo reſtitutus. ([Et Appię sorori cariſſimę & Archippo cõmilitoni noſtro.) forte dempta fuerat hęc philemoni muliere: & archipp9 illi amicitia erat cõiunctus: subinde dicat: eſt sane hoc commilitonis officium: ut pro ea re certet adipiſcenda: quam ipſi depoſcam9: is pre terea: ille erat archipp9 de quo paulus huiuſmodi scribit: ad Coloſenses: Dicite archippo uide adminiſtratõz quã accepiſti. ([Et ecclesie que eſt in domo tua.) Ecclesiam omnes dicit qui in philemonis domo erant fideles: & liberos ſimul & seruos cõplectitur. Aduerte quã pre se ferat humilitatẽ apoſtolus: ut uel philemonis domeſticos deprecetur: quater9 & precibus suis & uotis opitulent: & apud philemonem dominũ per se intercedãt. ([Gratia uobis & pax a deo patre nr̃o & dño ieſu chriſto.) Quo pacto inqt dei nobis affutura eſt gratia certe: si debito nobis ob ſtrictis: debita condonemus: quo modo & dñi ieſu: pacem tu aſſequere: si seruo oneſimo conciliabere. ([Gratias ago deo meo semper memoriã tui faciens in orationibus meis.) Quotienſcunq enim tui meminerim: nam et oranti mihi offertur perpetua tui memoria totiens: & deo grãs ago: pro tua uirtute: uerum cuiuſmodi illa ſit uirtus ita subiungit.

([Audiens caritatẽ tuã & dilectiõz & fidẽ: quam habes in dominũ noſtrum ieſum chriſtum: & in omnes sanctos.) Hoc loco ut misericordez hunc laudat: non enim & phrigia aduſq urbem huius eſſet fama perlata: niſi preſtantiſſi & excellẽs fuiſſet: ait itaq: cum erga omnes sanctos sis caritate affectus: debes & oneſimum hunc amore cõplecti: qui fidelis iaz ſit, ut hoc pacto: & deum ipſum cultu & beniuolentia proſequi uideare: vides ne: quam habeant uim in deprecando & persuadendo hęc uerba!

([Vt communicatio fidei tue euidens fiat in agnitionem omnis boni.) Orans inquit deo gratias ago: cum tue gratia caritatis: tum etiam: quia fides tua quam nobiſcum es ſimul adeptus: euidens eſt & operatur: ac perinde animata & uegetior redditur: in agnitionem omnis operis boni id eſt ut opus omne perfectum & ames & peragas: tunc enim inuidia dicitur fides: cum recta opera exercemus: ut contra cum opibus caret: habetur demortua. In uobis autem eo adiecit: ut arguat uel in preſenti philemonem omne in se rectum id opus habere: subinde dicat: omnis operis boni in uobis id eſt quod in te eſt. Cum uero communicatio fidei inquit philemonem ſibi coniungit & copulat: communis enim hęc fides e plurimus unum facit: quaſi dicat neceſſe eſt itaq ut idem ipſe ſentias mecum uel fidei communicationem: elemoſinam nuncupat: ut que ex fidei magnitudine prodeat: Ait igitur tui semper memoriam facio orans: ut tua hec mens qua bona tua fidelibus impertiris: nunq deſiſtat. ([In xp̃o ieſu.) quaſi id inqat: cũ bñficiũ te erga inopes & sanctos pcipue et liberalẽ exhibeas si oneſimũ hunc benigne exceperis: et mihi hãc feceris grãm: xp̃o

te scias beneficium contulisse. ¶ Gaudium enim magnum habui in consolatione & caritate tua.) Hoc est letitia sumus affecti: neq; id modo: quin & his in uinculis admodum consolamur: ob tuam hanc caritatem: id est ob tuam beneficam & liberalem animi promptitudinem. ¶ Quia uiscera sanctorum per te requieuerunt o frater.) prudenter rem hāc pertractat apostolus: cum philemonem commonefacit sue in alios munificētie: ut leuiat magis: suadeatq; ut si aliis uł ignotis beneficia impartitur: longemagis hęc sibi debeat ut preceptori prestare: nec simpliciter dixit: quemadmodum sanctis bona sua conferret: sed quia per te id est tua ope sanctoꝝ uiscera requiescunt: hoc est totis animi uiribus tuam in se excipiunt benignitatem: utpote que ubertim his & ad consolationem omnia sumministret. ¶ propter quod multaꝫ fiduciā habens impetrandi tibi quod ad rem non pertinet propter caritatem magis obsecro te.) Cum enim inquit in omnes sanctos te talem gesseris: ut eorum corda in te mens conquiescant: multomagis & ipse in christo: id est qui te in christo genuerim: confisus sum tibi iniungere: nō ut is qui in te habeam dominatum: sed nostre mutue caritatis ob gratiam quod ad rem non pertinet sic etiam grece legitur; subdit: quasi inquit: cōfisus sum tibi precipere ut exequaris qd ad rem non pertinet: hoc est superuacaneū est ut illud tibi iniungam qd per te facis: exposco tn̄ id a te precibus ut intelligas hanc meam pro onesimo intercessionem: adeo me necessariam existimare ut uel exorandum te duxerim. ¶ Cum talis sim ut paulus senex nūc autem & uinctus iesu christi.) Cum talis inquit sim nunti9 & intercessor ut exaudiri uidear non indignus: quippe qui senex iam longior doctrina: & ętate sim auctoritatem adeptus: & uinculis: christi: astringor ob gratiam. Id saltem ut uotis meis & precibus facias satis: te potest allicere. ¶ Obsecro te pro meo filio quem genui in uinculis meis.) Onesimi iccirco nondum nomen expressit: ut prius philemonem mitiget iniuria lacessitum: & seruum quidem extollit cum hunc filium dicit: cur paule hunc ipsum dignaris hoc nomine: ut perinde pater filium nuncupes: nimirum quia hunc genui: & ut baptismo ablueretur effeci: & id sane tunc egi: cū eēm catenis deuinct9: postq̄ itaq; philemoni satis irā sedasse est uis9: tūc demum et hui9: hūc in modum aperit nomē. ¶ Onesimo q tibi aliqn̄ inutilis fuit.) nouerat enī ex peccati cōfessiōe irā extingui: ꝑpterea his us9 est uerbis. ¶ Nunc aūt & mihi & tibi utilis.) Qm̄ pius est inqt & sanctus effectus: utrisq; nr̄m cōducit: si itaq; paulo q tam acerrimus esset ęqtatis exactor: onesimus uisus est ꝓfuisse: longemagis & philemoni ꝓdesse uidebit̄: quod sane paulus sic patefacit: cū inqt: hunc quidē uelim qui utilis mihi est rursum ad me remittas. ¶ Quem remisi tibi.) Subinde dicat tibi hunc trado pro tuo utere arbitratu: sic enim uel subiratum forsitan philemonis animum placat. ¶ Tu ꝯo illum ut mea uiscera suscipe.) id ē cū caritate hūc ip̄m excipito queꝫ ipse haud sec9 ac me ipsum & beniuolentia prosequor: & cordi habeo. ¶ Quem ego

uolueram mecũ retinere ut pro te mihi miniſtret in uinculis euangelii.)
Attende q̃ ſapienter & ſenſim in domini loco ſeruum aſtituat :ut pro te
inquit mihi miniſtret: oſtendit preterea ea ſe cupere: que philemoni uſui
ſint futura tanq̃ id diceret: ſi enim tu mihi obſtrictus es miniſtrandi of
ficio: oneſimus uero pro te hoc ipſum exequitur: nonne id tibi futurum
eſt lucro . ❡ Sine conſilio autem tuo nihil uolui facere.)Vel ex hoc
maxime philemonem ipſum demulcet: cum oneſimum aſſerit in tanta re
rum neceſſitudine: & uinclis: & his quidem dei ob gratiam iniectiſ: ſibi
eſſe miniſtraturum: id tamen te in conſulto exequendum non duxerim:
quo ergo pacto non ei conferenda eſt gratia: cui cum id agendi eſſet fa
cultas: noluerit tamen hac uti . ❡ Vt ne uelut ex neceſſitate bonum tu
um eſſet ſed uoluntarium.)Non enim ſecundum neceſſitatem dixit: ſed
uelut ex neceſſitate: ſubinde dicat: ne uideretur id bonum ui quadam ef
fectum: ſed ultro & te uolente: uelim ęquidem nil prorſus cęteris uiſum
iri: non tua id uoluntate fieri. ❡ Forſitan enim ideo diſceſſit ad horã.)
O miram pauli ſapientiam: cum enim oneſimus mente malefica: fugam
cepiſſet: hanc tamen ille quia optimum habuiſſet & euentum: ad com-
modum & utilitatem conuertit: quaſi hunc aſſerat: diuina quadam diſpẽ
ſatione fugiſſe: honeſtius uero hanc fugam abſceſſum appellat: ne fuge
nomine dominum concitaret: & cum temporis explicat breuitatem: ſuc
cenſenti & irato medetur philemoni: ait enim ad horam forſitan ille diſ-
ceſſit: ſimul etiam patefacit id omne tempus: quod apud ſe oneſim9 ege
rit haud ſecus eſſe exiſtimandum: q̃ ſi apud philemonem ipſum fuiſſet:
& illud dumtaxat temporis a domino abfuiſſe: quod interea dum paulũ
conueniret tranſegerat: & illud quidem fuiſſe perbreue & tanq̃ horę mi
nus ſpatium decurriſſe: quocirca inquit exiſtimes uelim: ſi per te fuerit
ut apud me maneat ille remiſſus: tecum uerſari. ❡ Vt eternũ illum reci
piaſ.)Ideſt habeas. ❡ Iam enim non ut ſeruum: ſed pro ſeruo cariſſimũ
fratrem maxime mihi : quanto autem magis tibi & in carne & in domi
no.)Ad multa inquit huius profuit fuga: quippe cum ipſe hunc pro mo
mentaneo & paulopoſt morituro: eternum ſis nactus: nam ſi uel omnia
uite huius humanę corricula: nullius ſint facienda: eternę illius contem
platione: longe magis & fugę tempus: quo a te abfuit: perexiguum erit &
breue: habes enim pro ſeruo fratrem: & pro eo qui nulli uſui fuerat: amã
tiſſimum tui & utiliſſimum uendicaſti: & in carne hoc eſt in carnalibus
miniſteriis amore eſt dignus : quippe qui ſit & ad conſolandum idoneus
& in dño: id eſt in ſpiritalib9 rebus. ❡ Si ergo habes me ſotiũ ſuſcipe il
lũ ſicut me.)hoc eſt ſi mecũ ſentis haud ſec9 hũc ac me ipm excipito: quẽ
enĩ uł iratiſſimũ nõ h9 uerba mollirẽt: aut q̃s paulũ nõ benigne ſuſcipet
❡ Si aũt aliqd nocuit tibi: aut deb; hoc mihi ĩputa.) Erat enĩ cõſentaᷓ
neũ cõſumpſiſſe iã oneſimũ que fugiens abſtuliſſet: ideirco ait id omne
mihi indebitum aſcripſeris uelim. ❡ Ego paulus ſcripſi manu mea : ego

reddam.) Lepide sane & gratia quadã spiritali oppleta hęc profert: qua si id dicat: ut cautior sis & certior me tibi id debitum aliquando persol-
liturum: ecce habes & litteras mea manu conscriptas. ¶ Vt non dicam q te ipsum mihi debes.) Ne philemoni uideatr inferre iniuriam: si mi-
nus consideret ab eo deposcere: ut uel nulla data cautione: serui furtum sibi relinqueret: presertim cum chyrographum iam illi fecisset: quod sa-
ne illum & inhumanum argueret: & nulla prorsus in preceptorem cari-
tate affectum: ostendit hoc loco: quemadmodum plurimum illi confidat sic inquiens: non enim tua: dumtaxat debita te mihi relacturum confido quin et te ipsum debito esse mihi obstrictum nil dubito: quod utiq plu
rimum confidentis est dictum. ¶ Item frater ego te fruar in domino.) A dictis hisce lepidioribus ad seria transit: oratq dicens utinam fruar tuis muneribus: nõ huius seculi bonis: sed in domino: id est his potius que dei sunt. ¶ Refice uiscera mea in christo.) Refice inquit & consolare meam in te beniuolentiam: uel meum hoc cor christi ob gratia: nec mihi id deferas munus sed christo.

¶ Confidens in obedientia tua tibi scripsi sciens quoniam & super id quod dico facies.) Non eniz iubendo & superbius imperãs ad te has lit
teras scripsi: sed confisus obedientie quod ferrum his uerbis non remol
lesceret? ¶ Simul autem & para mihi hospitium.) potuisset enim philemon id suspicari: nullam apud paulum alias sui fuisse habitam rati
onem: nisi onesimi reditus coegisset. Medetur itaq sic suspicanti: his uer
bis neq enim solum illius ob gratiam ad te scripsi: sed mihi etiam ad te uenturo ut hospitium pares sic quidem & illi tacite comminatur ut nisi onesimum benigne susceperit: fore ab se cuz uenerit ut in clementie argu-
atur. ¶ Spero autem per orationes uestras me donari uobis.) Duo que
dam hoc loco perdiscimus: alterum quod magna sit uis orationis & pre-
cum: siquidem etsi tanti sit paulus: horum tamen ope indigeat: pro se de
precantium: alterum uero q sectanda humilitas sit: quandoquidem & paulus discipulorum egeat precibus. ¶ Salutat te Epafras concaptiuus meus in christo ihesu.) Epafras iste a colosensibus fuerat ad paulũ trans
missus: unde perspicuum est & colosenses fuisse philemonem: concaptiuũ autem epafram appellat: ut ostendat & hunc multis pressuris afflictan
eoq & philemonem hauddubie ut pudeat cogit: siqdez constet epafram paulo in malis tollerandis comitem esse philemonem uero non posse a paulo exorari pro onesimo depcante: est aũt hic concaptiuus non rerum hu
manarum occasione: sed christi gratia: quippe qui pro euangelio mala p
petiatur. ¶ Marcus aristarchus Demas & Lucas adiutores mei gratia domini nostri iesu christi cum spiritu uestro amen.) Demas iste princi
pio quidem probus euaserat ut paulus testificatur hoc loco: utpote qui pauli eẽt adiutor: postremo tãdẽ insegnitiẽ uersus discessit a paulo ut in epl'a ad timotheũ idẽ pscribit: quã liqdo patet post hãc fuisse cõscriptã

Ait enim: Demas me reliquit: Lucas est solus mecum: hic uero & si po
stremo est positus loco omnium tamen post Demas discessuz: factus es
princeps: nemo itaq; sibi ipsi confidat : sed qui stat: caueat: ne labatur:
adiutores autem eo appellat: ut arguat uel hos secum apud philemonem
pro onesimo intercedere: iure ergo gratia hęc a tammultis petita conce-
denda est: uides itaq quantuz ex leuiori epistola hac: etsi clarior uisa est
& aperta: redūdet utilitatis: quo fit ut nihil ex scripturis huiusmodi nō
accuratius sit perscrutandum. Inest eniz & his spiritu sugerente: perutil
semper aliquis sensus: hęc siquidez paraclitus ille hauddubie prefatꝰ est
& conquirentibus nobis ueritatem comprehendendi daturus est faculta
tem a quo & ipsi illuminati ad ueritatem ipsam traducimur: ut & loqui
de deo possumus uitam ducere immortalem nullis prorsus . aut pra-
uis opinionibus circumuenti: aut mundi uoluptatibus his falsis illecti.
necesse est igitur ut ipsi uel si principes simus & aliis dominemur cum
seruos spectamus euasisse sanctos et apostolatos munere fungi omni stu
dio contendamus: nihil illis in christi regno inferiores deprehendi: qui
nostri gratia cum in mundum uenisset: formam pre se tulerit serui: & ue
rus noster sit deus cui perpetuo & potestas est & imperium :. amen :.

In Epistolam ad hebreos Athanasii prologus.

Entium erat beatus Paulus ut ipse ad Romanos scribit: desti
natus apostolus: nõ enim hunc toll'erassent iudei apud se predi
cantẽ nimirũ. cui preter ceteros incredibili odio succenserent: ꝙ
ob eius repentinã & insperatã conuersionẽ: inexpugnabilẽ chri
sti potentiam arguisset: quippe qui tam acrem & uehementẽ fi
dei persecutorẽ: ad se traxisset: quod sane maximũ est euangelice ueritatis argu
mentũ. ut Paulus ardentissimus iudaice legis sectator preter omniũ expectati
onem confestim ad dominũ se contulisset. & ideo hunc ex animo impugnabant
iudei, & ita, ut neq; loquentẽ ęquo animo ferrent: siquidẽ nec ipsimet qui ex iu
deis crediderant: Paulo intendebant: ut qui & legem & circũcisionem dissolue
ret alioquin etsi gentibus erat preco transmissus: & ad iudeos scribit epistolã.
quẽadmodum enim & si minus sibi fuisset baptizandi munus permissum: alios
tamẽ baptismi lauacro ꝑluebat: non enim id facere prohibebatur: sic & iudeis
copiosius scribit: & his preterea magnũ in modũ prospiciebat & fieri eoꝝ gra
tia anathema ardenter optabat: ad iudeos itaq; scribit & quidẽ fideles qui pa
lestinę & hierosolimis essent: consolandi gratia & confirmandi. hi nanq; ab infi
delibus iudeis diripiebantᷣ: & afficiebantᷣ malis innumeris: unde & hisdem ut
elemosinę undiq; transmitterentᷣ: summã paulus susceperat curam, & corinthi
os precipue & macedonas: ut eas conferrent enixe hortatur, & Petro predican
di munere impartito: iudeos & pauperes qui hierosolimis erant: cõmuniter cu
randos: constituit: necessario ergo ad hos paulus scribit: solaturq; & sulleuat:
animo iam concidentes: quippe qui admodũ essent ob mala sibi a contribulibus
suis ingesta, confecti merore. cum illi li[...]ere eoꝝ legibus hierosolimis uterentᷣ:
& iudicandi haberent effusissimã ꝑ[...]otestatẽ & constringendi quas uellent. qđ
quidem & paulus patefacit cũ inquit, Debilitatas manus & dissoluta genua di
rigite, Accedit preterea ꝙ cũ iudei essent quos iste solatur: eo magis doloribus
urgebantur quo & maiorum suoꝝ pristinã repeterent sortem, quorũ opera rec
tiora: bona ꝙ plurima & repentina subsequebantᷣ se uero & recte agendo: & in
fide perseuerando: nõdum esse quietẽ adeptos. quocirca paulus hac in epistola
de fide ꝙ multa dissent: ꝙ multa de tollerãtia: & plane demonstrat uel qui a se
culo sanctiores fuissent: nullis bonis cũ in humanis agerent fuisse affectos. un
de duo quedã orditᷣ: & quia uiriliter sint quecunq; acciderint sustinenda: & ꝙ
expectanda sint pro laboribus premia: non enim eos neglecturus est dominus
qui ab eterno sunt ad sanctimoniã destinati. Habet preterea longiorẽ de ueteri
testamento sermonẽ: & legẽ arguit nil ultra habere in se uigoris: & nullius iam
esse momenti, tamẽ si extare adhuc tẽplum uidetur. quod tamen ad breue sit
collapsurũ. nostra uero omnia ut uera cõprobat. Est autẽ presens epistola ea:
quã ad timotheũ scripsit uetustior: illa nanq; ostendit breui se excessurũ: e ui
ta: Ego enim inquit iam delibor: & tẽpus mee resolutionis instat: hac uero pol
licetᷣ iudeis fidelibus: sese illos quãdoq; uisuꝝ. Nouistis enim ait fratrẽ timo
theum solutum: cum quo: si celerius uenerit uisurus sum uos. & sane consenta
neũ erat: ut res ita succederet. fuerat enim annos duos in uinclis iã ipse detẽtus

deinde abire permissus est, ut ipse hoc modo testatur. In priori mea defensione nemo mihi affuit & liberatus sum ex ore leonis neronis uidelicet. demū cum in hispanias uenisset: tum forte iudeos reuisit inde Romam reuersus: a nerone e uita sublatus est.

Vltifarie multisq; modis olim deus locutus est patribus nostris in prophetis. (Cum enim fideles iudei malis plurimis afflictati sese à deo crederent destitutos: nec ullam sui haberi: ut progenitorum suorum (fuisset habita) rationem: longe aliter rē se habere paulus patefacit. sic inquiens maiorē sane uos gratiam estis adepti: q̄ uestri fuit maiores dignati: ad hos enim constat prophetas fuisse dimissos: ad uos uero filium ipsum. quid enim pretendit multifariam multisq; modis: uariis nimirum & multiplicibus figuris: quid m: ipse inquit uisiones multiplicaui & in manibus prophetarum assimilatus sum: quod cum ita se habeat: cur grauiter fertis presentia: & animo estis pusillo: qui a deo sitis tot bonis dignati: (Nouissime temporibus istis locutus est nobis in filio.) Vel ex hoc quidem horum animos excitat & solatur: asserens: in proximo esse iam finem: Certator enim & si hebetior sit: cum tamen intelligit certamen propemodum terminatum iam iri: parumper respirat: & uires resumit. uel aliud etiam quiddam pretendit: cum nouissime inquit diebus istis: subinde dicat: cum enim nihil esset reliquum ad emendationem iam temporis: sed cruciatibus essemus & penis obnoxii: cum nulla nobis spes superesset: & diuina munera defecissent: tunc demum ipsi bonis affluximus: In filio uero: id est per filium. & nobis cum inquit uel seipsum discipulis equat: tametsi hos nihil sit deus: sed apostolos dumtaxat affatus: per quos uel alios multos alloquitur: nihilominus rem ipsam extollit: ostenditq; uel cum his deum contulisse sermonem: quod utiq; ad hos consolandum plurimum ualet.

(Quem constituit heredem uniuersorum.) Hoc est mundi tocius dominatorem effecit: non enim ultra pars domini dicitur iacob: sed uniuersi: heredem autem dixit ut filii proprietatem exprimeret qui nequeat a dominatu depelli. uerum quo pacto hunc dominum fecit: nempe ut hominem: quēadmodum & in secundo psalmo hunc ipsum ita alloquitur: Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam: at quam dominationem hoc loco dicit: eam uidelicet q̄ ultro homines se illi subiciunt: hic enim est filio traditus, tanq̄ homini dominatus, uel ut naturale Imperium, regnum hoc illi est demandatum: cui uel inuiti obediunt omnes: quemadmodum scriptum est: uniuersa seruient tibi: hec quidem uel ante secula in sua habuit potestate. (Per quem fecit & secula.) Cum de christi carne que nuper & pauloante diuine illius eternitatis respectu est condita: disseruisset ad eius perpetue dignitatis transcendit fastigium. ubi nam gentium sunt qui affirmant fuisse hoc seculum cum ille nō esset: hic q̄dē secula fecit: quid ergo deliras & asserens: fuisse hoc seculum: cum ille non esset: cū enī cōstet patrē filiū causasse putādū est & nō iniuria uel eoꝝ que ab eo sūt facta: & patrē causā extitisse. uidet̄ itaq; p filiū pr̄ efficere, q facitē ꝓgenuit. Ex his igit̄ Sabellius lacessit̄ qui duas inducit in diuinitate illa substantias:

& paulus ille samoteus: acriter uulneratur: qui nuper creatum filium dixit: & a Maria duxisse originem: non ante secula fuisse. Cum hoc simul & si non tã acerbe & acrius ille percutitur: arripit nanq3 id pauli dictum: & in alium sen-sum traducit: filium asserens ut ministrum patri allatum: ut opem ferret: uerũ & que insequuntur magis hunc strangulant. ¶ Qui cum sit splendor glorię.) Ad ipsum iam fastigium: de filii magnitudine differenda transcendit: & glorię splendorem hunc dicit: ut plane intelligas filium a patre sine passione aliqua ꝓ-cessisse: nil imminutũ; nec patre ipso inferiorem: & eiusdem substantię: hoc est de lumine lumen: is nanq3 animas nobis illuminauit: & patrem ipse denuntia-bat: eoq3 se esse mundi lucem asseuerabat: & ab ęterno cum patre colluxit: nam & splendor cum re ipsa que splendorem emittit: eodem momento collucet: neq3 sol ipse aliquando est sine radiis & fulgore conspectus: nec pater intelligi sine filio potest. Cum itaq3 Arianos illud deblaterare intelliges & hunc in modum arguere: cum enim ex patre sit filius: ergo & patre est ille inferior: istiusmodi ue-lim illis obicias uel ex sole splendor emittit̃: haud tamen hic splendor prodeũ-tem post solem: sed simul effulget: cum sole enim una & radians fulgor exorit̃. ¶ Et figura substantie eius.) Cum splendorem filium esse dixisset: eoq3 & con-substantialem & coęternum patri asseruisset. rursum cum splendor carere sub-stantia uideatur: medetur mox: si quid ex hoc argumento absurdius emanas-set: ne occasionem forsitan marcellus ille & Sabellius nacti: asserant non esse fi-lium in propria apud patrem substantia: ait itaq3 & figura substantie eius est ille: id est queãdmodum pater ipse per se constat & nullius ad perfectionẽ indi-get: ita & filius: nam ubi filium patri ꝑsimilem essẽ ostendit apostolus: & sub-sistentem per se primitiui figuram uel ex his patefacit. figura enim nil esse ali-ud constat: q̃ sit primitiuum: ut que per se ipsa subsistat & priori formę similis uideatur: Gregorius uero nysses apostolum dicit queãdmodum per splendorẽ unitatem ostendit sic per figuram naturę ęqualitatem significasse. nam qui sup-positi magnitudinem mente perceperit: uel ex apparenti figura suppositũ ip-sum omnino emetietur: quippe cũ nec figura excedat suppositum: ne insubsistẽs in eo q3 excellentior sit forsitan deprehendatur. neq3 suppositum figuram exce-dit: nam haud dubie quo ad eam partem ineffigiabilis esset hoc pacto: ut itaq3 & alibi dicit filium in dei esse figura. ex hoc ipso potest intelligi per formam suppositum designari: per figuram uero dominum ipsum: qui in ea spectetur: ostendit autẽ q̃ prorsus patri sit filius par & ęqualis: ex forma nanq3 patris in-spicitur magnitudo cũ ex hac illa nihil exorbitat. si enim exorbitaret: informe id esset & indecorum quãdo ipsius formę lineas transiliret: quod sane absurdũ est de patre tale quid in mentem ut ueniat. nam si tanta est patris magnitudo quanta & forma: figura uero formã ęquiperet: habet utiq3 tantũdem figura hec magnitudinis: quantũ dei in esse formę uidet̃. ¶ Portansq3 omnia uerbo uirtu-tis sue.) Qui olim id dictũ ꝑ quẽ fecit & secula: qui carpseras & cauillatus es: adhibe aures: ut si quo pacto percipere queas: queãdmodũ tradat filio paulus dominatum. neq3 enĩ portans uirtute dixit: sed uerbo uirtutis: hoc est quod uerbũ uirtute refertũ ẽ: & fortẽ hũc arguit & potentẽ. nã ut patrẽ fatet̃ huiuſ-modi ꝓtulisse. fiat lux & facta ẽ lux: sic & filiũ uerbo omnia ferr̃: id ẽ moderari

& continere quin potius ea que ab se inuicem dissident & in nihilum sunt pro-cessura frenare & coercere longe est maius: q̃ omnia ista producere neq; guber-nans dixit sed ferens: tanq̃ digitis tantã hanc mundi molem haud secus depor-tet: ac si nihil esse constaret: quin solo uerbo omnia potest: nõ enim simplex est apud deũ: sicuti apud nos uerbuʒ. nõ possuʒ equidẽ nõ admirari multoꝝ homi-num impudentiã: qui cum intelligant per epistole huius exordiũ fuisse tot her-ses confutatas: haud tamẽ desistãt asserere: epistolam hanc haud paulo conuenire perinde a ceteris epistolis alienam. uelim tamẽ nõ esse hos nescios epistole hu-ius & sensuum profunditates: & uim illam inconfutabilem: nullius esse alteri9 posse: nisi pauli: qui christum haberet in se loquentẽ: q; si dicendi modus illos offendit: intelligant paulum ebraica lingua hanc ipsam dictasse epistolam: ut q̃ ad hebreos haberet sermonem: & unũ aliquem e suis contubernalibus in gre-cum uertisse. & pleriq; lucã hanc transtulisse ferunt: aut clementẽ: cuius etiam in ea uel stilus seruetur. nec secus hi peccant qui hanc esse pauli epistolam ne-gant: q̃ si a paulo abesse christum negarent. ¶ Purgationẽ peccatorũ faciens.) Cum de ipsius uerbi diuinitatis magnitudine disseruisset: dicit igitur quemad-modum per sue carnis assumptionẽ prospexit hominibus: quod sane prestanti-us est: q̃ omnia ferre. duo preterea hoc loco proponit: & q; nos delictis purga-uerit: & q; p seipsuʒ id sit executus: & glorie ducat q; per filiũ id ipsum effece-rit: quippe qui per crucem & mortem: quã ille subiuit nos ipsos mundauerit: neq; enim solum pro nostris facinoribus mortuus est qui peccatis careret: & penas luit: quas ferre minus debuerat: & naturã ipsam mortalem adę condem-natione exemit: sed & baptismũ contulit nobis sue mortis imaginem & sangui-nis effusi figuram: Accipimus nanq; per eius hanc mortem quotidie delicto-rum remissionẽ: qui baptismi sumus aqua perluti & demonibus nõ adeo faciles in capturam paremus. ¶ Sedet ad dextrã maiestatis in excelsis.) Cum crucis mentionem fecisset: de resurrectione nunc meminit: nec iussus est inquit ad pa-tris dextrã considere: sed sedet: neq; sedere hunc dicit perinde loco deus aliquo circũscribatur: sed ut filium patri honore parem ostendat & gloria. ad paternũ enim tronũ peruenit: & ut pater sedet sublimis: sic & filius excelsa conscendit. uerum siquis illud qđ scriptũ est: nobis obiecerit: Dixit domin9 domino meo sede a dextris meis. dixeritq; patris imperio filiũ assedisse: respondebimus nõ eum mandasse sed dixisse: & iccirco istiusmodi figuratũ esse sermonẽ: ne princi-pio filius & causante uidereť carere. ¶ Tanto melior angelis effectus: quãto differentius pre illis nomen hereditauit.) Initio ob auditoꝝ imbecillitatẽ: euʒ prophetis hunc contulit: nunc uero progrediens & angelis anteponet: sensim hoc pacto ad ueritatem auditores traducens: effectus uero id est manifestatus queadmodum & iohannes affirmat: qui post me uenit ante me fact9 est: & car-nis assumptę gratia. hereditauit intulit nomen: deus nanq; uerbum est dictus quo solo conceptus est. ¶ Cui enim dixit aliquando angelorum: filius meus es tu: ego hodie genui te.) At unde inquit perspicuum est filium esse angelis po-tiorem: ex nomine quidem: nam cum filium dicimus illud sane pretendimus q; ex patre sit genitus. q; si per gratiam esset filii nomen adeptus: angelis esset hic plane inferior: illud uero: Ego te hodie genui: nil aliud exprimit: nisi q; a

principio & ex quo pater est filium genuisse: nam quemadmodum ego sum inquit tempore presenti id protulit: sic hodie dixit: quod deo precipue congruit: ut se sempiternum ostendat. tempora siquidem & si multiplicia sint: sunt tamē deo presentia: hunc itaq; hodie genuit: quia id patri: ex spiritu sancto placitu; fuit ut filium gingeret.

¶ Et rursum: ego ero illi in patrem & ipse erit mihi in filium.) Id quidem de carne humanitatis assumpta apertius dictum: de qua cum aliquid dicturus est Paulus: fidentissime cuncta edissent. Assumpta itaq; natura humana & filii proprium nomen uerbum uidelicet quod ipsa natura unitum sibi habuerat hereditauit: utpote que in uerbo ipso subsisteret: sicuti & angelus dixit: & quod factum est sanctum: uocabitur filius dei: & rursum: erit autem magnus & filius altissimi uocabitur: id autem filii nomen nulli sunt angelorum sortiti: q; si iustiores quidam & sancti filii dei sunt dicti: id tamen gratia sunt consecuti: quod sane longe secus domino contigit: cui in subsistenti identitate filii nomen: ob carnem assumtam: est inditum.

¶ Cum autem rursum introducit primogenitum in orbem terre dicit.) Christus quidem suum per carnem aduentum: exitum uocat ut illud: Exit qui seminat seminare: & alibi: Ego ex patre exiui: & merito quidem: ipsi nanq; extra diuagabamur: & procul a deo: unde in mundum aduenie ns filius: tanquā ad homines delegatur & nobiscum uersatus: purgatis delictis Imperatori deo humanum genus conciliauit. Paulus uero introductionem huiusmodi & ingressum: e quadam hereditantium methafora nuncupat: gubernationem & bonorum possessionem captantium: cum enim introducit inquit: hoc prefert: id est filio pater in curam mundum demandat: quem mundum est tunc ille uolētem adeptus cum mundo innotuit. Introducitur autem haudquaquā aliter nisi in carne. nam quemadmodum deus uerbum in mundo erat & mundus per ipsum est factus: patrem facit filium introducentem ut acceptabile reddat hoc uerbum. Gregorius uero nyses: & item Cyrillus ita id dictum interpretantur & filium dicunt prius q̄ carnem indueret: nil habuisse cum hac mundi structura cōmune: utpote: qui deus esset & carne careret ubi uero carnem assumpsit: tunc mundi participem & creatarum rerum effectum: inquantum creatam hanc carnem sibi uniisset: in mundi hanc dici machinam introductum.

¶ Et adorent eum omnes angeli dei.) Eum scilicet qui carnem assumpsit: ostēdit preterea ex his q̄ ille prestaret: & q̄ dominus seruo sit potior: nec secus dicitur hic introductus q̄ si quis dominos ipsos in domum inuexerit: quos mox & familia omnis uenerabunda excipiat.

¶ Et ad angelos quidam dicit. Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis.) Plurimum sane angelos inter & deum differt: quippe creati illi & conditi. hic increatus: nam qui omnia e nihilo esse aliquid fecit: introduxisse nunc dicitur: nec angelis modo hac magnitudine prestat: s; potestatibus et ministrantibus uniuersis precellit: neq; qui fecit inquit: sed qui facit: id est uerbo que sunt effecta conseruans: dixit nanq;: & facta sunt. & i euāgelio

pater meus usq; nunc operatur: id est continet que creata sunt: & effecta: tutabiturq; sicut & condita sunt.

¶ Ad filium autem thronus tuus deus in seculum seculi.) ¶ Angeli inquit creati sunt & ad eos illud refertur qui facit: filius uero nequaq̃ creatus est: nec de eo illud qui facit est dictum: quinpotius rex ille & dominus & deus est. q̃d plane thronus iste testificatur: qui principatus est & imperii argumentum: id autem dictum contra Paulum samotheum & Arium facit. qui simplicem hominem introducunt qui deus esset & sempiterno imperio potiretur.

¶ Virga equitatis: uirga regni tui.) Et id quidem aliud quoddam est dominatus insigne, ¶ Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem.) Hec sane deo ut incarnato competunt uerbo: tanq̃ qui carnis humilitatem susceperit.

¶ Propterea unxit te deus de9 tuus oleo leticię pre participibus tuis.) Id profecto contra iudeos est dictum: & sabellium plane & marcellum impugnant: qui duas asserunt deo inesse personas: quia bis deum hic Paulus nominet: & marchionistas refellit existimantes eo filium carnem assumpsisse quia non diuinitas sed humanitas ungeretur. ait itaq; paulus: o deus: unxit te deus tuus: id est pater quidem tuus secundum diuinitatem: deus uero secundum carnem oleo leticię: id est sancto spiritu preter ceteros homines obliniuit. non eni͂ parce. & ad mensuram aliquam perfinitam christus spiritum sanctum accepit: sed effuse & habunde unctus est & palam: cuius spiritales omnes participes sunt: ut qui participatione hac sint sancti effecti: nec non in lege perfectiores & spiritales in christum fide: spiritum sunt assecuti. unde & uncti sunt appellati: ut illud nolite tangere christos meos id est unctos. & in gratia quidem liquido sunt christi participes: quemadmodum eius & mortis per baptismum sunt cõsortes effecti & spiritu uncti: qui letitię oleum dicitur. utpote qui nos a peccatorum exemit merore: & iocunditatem ingessit: bona futura sperantibus.

¶ Et tu in principio domine terram fundasti & opera manuum tuarum sunt celi.) Ne forte superius cum primogenitum introducit in mundum existimes donum id esse a patre: postremo filio datum: demonstrat hoc loco eum mundi ipsius: non ultimo sed a principio conditorem: id autem facere contra Paulum samotheum uidetur: qui ante mariam genitricem: asserit christum fuisse: tanq̃ mundi fabricatorem: Itemq; & ario aduersatur: qui uel ministrum eo fecerat christum: uel organum aliquod potius: quia superius hunc arguat Paulus eũ esse per quem & secula fecerit pater. nunc uero ut fabricator inducitur. aduerte autem quemadmodum congruant hec inter se & connectantur & increate nature ratio & dispensationis patescat: & modo ob illam altiora nonnulla & sublimia preferantur: modo ob hanc humilia quedam & infima.

¶ Ipsi peribunt tu autem permanebis & omnes sicut uestimentum ueterascẽt & sicut uestimentum mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es & anni tui non deficient.) Maius sane aliquid nunc patefacit: q̃ fuerit hec condidisse: mundi scilicet transformationem: cuncta siquidem a corruptione in ĩcorruptionem immutentur necesse est: & tam facile q̃ si quis palium complicat: num

igitur qui nullo labore universa construxit in melius & alterius videtur opera indigere: cum minora facturus est: hoc est creata demoliatur: & de mortalibus: homines faciat immortales: id autem maxime consolatur fideles: qui malis in hoc seculo afflictantur: cum sint certiores iam redditi nequaq̄ res omnes hoc statu: perpetuo permansuras: sed fore ut immutentur: tum precipue & nos ad tollerantiam exhortatur: qui ex his dictis non ignoremus vitam nos esse perpetuam habituros: quandoquidem & christi tempora sint sempiterna & non desitura.

¶ Ad quem autem angelorum dixit aliquando sede a dextris meis quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.) Rursum hos consolatur cuꝫ futurum asserat: ut eorum hostes devincerentur: cum ipsi vel eosdem haberent qui & christo sunt adversati inimicos: nec tanq̄ imbecillus sit & nulla virtute filius: pater dicitur inimicos illi subiicere: presertim cum filius sit iudex futurus: & ei liceret vel in hac vita malos & sibi infensos male deperdere: sed ut filium pater honore afficiat: nam patrem hostibus his succensere: quo pacto non filio cedat ad gloriam: vel quomodo idipsum non summe sit paterne in filium caritatis inditum: de qua tamen in epistola ad Corinthios prima copiosius explicatur. eam perlegito & certior fies.

¶ Nonne omnes sunt administratione spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis.) Attollit audientium animos affirmans plurimam esse deo de nobis susceptam curam: quando & angelos qui videntur precellere: que ad nostram conducunt salutem: ut ministrarent constituit: videtur preterea & aliquos castigare his dictis qui angelis nimium vacent: nec secus & omnes hebreos qui legibus sunt per angelos latis: & eiusmodi administrationi ita addicti: ut vel hos christo preponant: nolite igitur inquit isius intēdere: sunt enim nobis cum pari servitute obstricti. adverte autem quemadmodum non multum existimet creata hec ab invicem aliena: tametsi magno videantur intervallo distare angeli ipsi & homines: nihilominus propinquiores illos nobis effecit: siquidem: quod creatum est aliquid: re altera que item a deo sit condita haud multum prestantius sit. ministrabant autem angeli & in veteri testamento q̄plurima & in novo non pauca: nam & predixere Ioseph illi futura: & pastoribus: christi ortum denuntiarunt: & in domini sepulchro sedentes: resurrexisse eum significarunt: & nos instruxere ubi ille est in celum assumptus: ꝙ talis esset: qualis ascenderat adventurus: quinetiam ad cornelium ipsum & philippum & in carcerem petrum coniectum: allocutus est angelus: & aliis denique istiusmodi & innumeris ministrandi officiis sunt illi perfuncti. nota autem Evangelium predicantis: quin potius christi ipsius: officium esse: salutem hominibus subministrare. nequaq̄ igitur est id ministerium negligendū

¶ Propterea habundantius oportet nos observare ea que audivimus.) Cum itaque inquit tantopere filius qui nobis locutus est: & prophetas excedit & angelos: qui veteris fuere testamenti ministri: necesse est sane: ut que ab his audivimus & nobis sunt demandata: longe magisq̄ legem advertere. quod tamen

minus aperte protulit: ne in principio epistole statim iudeos lacesset: dedit tamen ex insequentibus id posse comprehendi: nec eo modo ut uetus cum nouo conferret: id enim ait haudquaq̃ uelim sic fieri: sed illorum oppinioni & uerba accomodat: qui uetus illud maximi facerent & nouum aspernarentur.

¶ Ne forte defluamus.) Id est ne ipsi labamur: ne pereamus: usus autem nunc uerbo est: quo & in parabolis salomon utitur inquiens: fili mi caue ne laberis. ut & lapsus facilitatem ostendat: & interitus malum: qui enim ceciderit: & in preceps iam labitur: difficile reuocatur.

¶ Qui enim per angelos factus est sermo factus est firmus.) Aperit iam quod sentit. uerbum quidem per angelos significatum: & decem mandata designat: par enim est: angelos deo tunc affuisse: quibus esset hebreorum gens demandata: eosdemque & tubas fecisse: & ignem pertulisse noctu: interdiuque nubem. sicuti & galatas instituens ait: & rursum accepistis legem mandata angelorum uel uerbum: iussa omnia dicit: que in ueteri continentur: per angelos administrata: cuiusmodi sunt de iudicibus illa & de sampsone iniuncta: propterea nec lex dixit sed uerbum: ut ista significaret: hec itaque uniuersa firma sunt: id est uera fuere. & cõminationes ille operibus sunt terminate: & factis. & nihil horum condit frustra.

¶ Et omnis preuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem.) Non enim hec mercede caruit: aut illa accepit: sed omnis & ita: ut nihil impune abierit: cruciatum & debitas penas mercedem appellat: tametsi in bonis & prosperis idipsum mercedis nomen sit usurpatum: nil tamen uocabulorum hanc differentiam paulus magnifacit.

¶ Quomodo nos effugiemus si tantam neglexim us salutem.) Ibi sermo hic salus inesse constat: quod si uel ibi fuerit hec salus nequaq̃ tamen magna futura est: quippe cum uel ex hostibus salui fierent q̃multi: & terre bona susciperent: hic uero ingens est admodum salus: propterea enim tantam adiecit: quia & mortis destructio & demonum interitus: & celorum imperium cuncta hec ex prolatis a deo sermonibus nobis sunt parta.

¶ Que cum inicium accepisset enarrandi per dominum ab eis qui audisunt in uos confirmata est.) Vt fidem faciat rei: salutem hanc: ait nec per prophetas esse nec per angelos pronuntiatam: sed ab omnium domino enarratam: fit itaque ut ab ipso fonte hec ipsa salus initium duxerit: deinceps ad nos firmiter illa ex fide per ipsos uerbi ministros & spectatores traiecit: quod & Lucas sic meminit: ipsi enim firmiter nos certiores fecerunt: uerum cur alibi non ab hominibus accepisse se dicit apostolus: quia ibi quidem permagnum aliquid inerat & necessarium: quod eum urgebat non hominum se fateri discipulum. illi nanque obiciebatur quemadmodum non dominum audisset: eo quod & eius predicatio periclitabatur: ne fides predicanti sibi a discipulis demeretur: hic uero nulla huiusmodi cogebatur necessitate: nam neque hebreis Euangelium predicabat: nec illi id obtrectabant quod hominum esset non christi discipulus: uel quia quemadmodum dicturus est statim diuino testimonio: id est signis & portentis a deo

non ab hominibus arguit hec se accepisse.

¶ Contestante deo signis & portentis.) Cum dixisset esse se confirmatum. & modum ostendit: ne forte quis afferat auditoruz figmenta hec esse. deo inquit testificante: non enim hec ille esset testificatus: si falsa essent & ficta. subinde dicat: cum hominibus id astruentibus: & deus ipse testatur: non uocem emittens sed signis & portentis illorum dicta confirmans. fides igitur per nos nõ hominibus sed deo prestanda est.

¶ Et uariis uirtutibus.) Effusam donorum expressit hic copiam: cum uariis dicit: nam si uirtutes tollantur: nunq̃ tanta hec signa & uaria a deo ederentur. Cumq; & demonum uel arte uel ministerio q̃multa factitent homines: uirtutibus dixit: que profecto illorum operibus nulle insunt sed imbecculla sunt: prestigiosa & uana eorum facta.

¶ Et spiritus sancti distributionibus secundum suam uoluntatem.) Id preterea eadem adiecit de causa. magorum enim res geste non sancto spiritu constãt sed uariis demonum illusionibus. ostendit etiam & aliud quoddam. erat nanq; uerisimillimum: haud quaq̃ multos ibi fuisse: qui huiusmodi essent donis potiti: & alios quosdam ob eorum ignauiam ab his destitutos: ut itaq; & hos consoletur: sic inquit: spiritus sancti partitiones & munera pro eius arbitrio conferuntur & nutu. nouit enim quid cuiq; conferat: & hunc in modum gratiam impartitur. nam plerunq; ob uitam actam impurius: & spiritus quis dono carebit: persepe etiam neq; id ille accipiet: qui recte uixerit: ne superbia efferatur: & icc irco humilibus & fere inutilibus potius tradebantur hec dona.

¶ Non eniz angelis deus subiecit orbem terre futurum.) Vt autem filium arguat maximum in modum angelis ipsis precellere mundum dicit apostolus siue structuram & mundi hanc machinam patrem filio subiecisse non angelis: futurum autem eo dixit quia dei filius perpetuo fuerit: mundus uero quia cõditus est & aliquando nil fuerat: quasi ut fieret uidetur futurum: quia prius non extitisset: erat igitur quoad filii essentie perpetuitatem futurus & orbis terre. ¶ De quo loquimur.) Hoc est de quo superius diximus. cum introducit filium in orbem terre. preter hunc itaq; alium neminem errabunda requirat mens tua. multi uero qui futurus est ita interpretantur: perinde orbis hic terre sit celestis futurus: de quo nunc dicat apostolus: loquimur id est de quo omnis nobis sermo est habitus. tunc enim & angeli seruorum in morem astabunt. filius uero iudicans assidebit.

¶ Testatus est autem in quodam loco quidam dicens. quid est homo q̃ memor es eius aut filius hominis quoniam uisitas eum: minuisti eum paulominus ab angelis gloria & honore coronasti eum: constituisti euz super opera manuum tuarum omnia subiecisti sub pedibus eius:) Testificantis hec nomẽ nõ explicat: utpote qui ad scripturarum peritos sermonem habeat: hec sane omnia quo ad communem humanitatem sunt dicta: proprius tamen christo post carnẽ assumptam conueniunt. nã u & filius dei existens: nihil aduertens q̃ humana esset ille natura: hancipsam ultro excepit & sibi uniuit. unde uel omniũ est

effectus sublimior.

¶ In eo enim q͡ subiecit omnia nihil dimisit non subiectum ei: nunc autem
nec dum uidemus omnia subiecta ei.) Cum enim hi ad quos paulus scribit plu
ribus malis affecti: persecutionibus afflictarentur: ne hanc illi pretenderent di
cendi occasionem: quid ais illius cuncta esse ditioni subiecta: cum ipsi ab eius
hostibus tot malis affligimur & exagitemur acerrime? uel ex his quidem pos-
sum conspicari nequaq̃ illi ut asseris cuncta subesse. Cur ergo nobis illudis o
paule? nolite inquit ob id animo obturbari: nec mente & spe concidere: futuruȝ
est enim ut uniuersa illi subiiciantur. nam ideo subiecisti id uerbum sacre litte-
re protulere: ut credamus & si nondum euentum res habuit: sic tamen euasurã
esse omnino: ac tanq̃ hunc iam finem sit nacta nunc aperit. nulla itaq͡ uos for-
mido incessat: qui mala nunc tolleratis nondum euangelii preconium hoc uni-
uersa peruicit: nondum absolutum est tempus: quo omnia pareant: parebunt
mihi credite cuncta: & christi erunt potestati obstricta.

¶ Eum autem qui modico q̃ angeli minoratus est: uidemus Iesum propter
passionem mortis gloria & honore coronatum.) Nititur que dicta sunt ut ar-
guat christo omnino congruere: atq͡ & si omnia filio subiecit pater: nondum
tamen illi hec uidentur competere: quia nondum iudicaturus aduenit: sed fu-
turum id omnino astruimus. Illud uero angelis paulominus esse minorem ef-
fectum: & christo conuenit magisq̃ nobis mortalibus: is nanq͡ cum apud infe-
ros iam tercium diem ut homo egisset: paulo est ab angelis imminutus: utpote
qui nihil sunt morti obnoxii: nos uero quia plurimum morti obstringimur: &
corruptioni patebimus: non paululum sed maximum inmodum angelis sumus
inferiores. nec minus & glorie huiusmodi & honoris: ob passionem & morteȝ
corona christo magisq̃ nobis congruit. mortis autem passionem inquiens uerã
mortem expressit: non enim imaginaria mors illa erat & prestigiosa: sed re ip-
sa patiebatur. mortis preterea meminit & crucis: ut eis suadeat quatenus pre-
ceptoris exemplo magno animo ferant pressuras. Cum uero in laudem illi &
gloriam crucem cessisse & nobis item que patimur glorie futura ostendit. sub-
inde diceret: quid ea refugitis que coronam sunt allatura & palmam: ille uestri
qui serui estis ob gratiam pertulit mortem: uos contra pro eo qui ut dominus
habet in te potestatem: uel saltem leuiora hec mala nil tolleratis.

¶ Vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem.) Neq͡ enim ut nobis obnox
ius sed ut gratiam faceret ad mortem ille filium destinauit: nec pro fidelibus
solum sed pro uniuerso terrarum orbe. nam etsi haudquaq̃ omnes sunt salui ef
fecti: ipse tamen peregit quod sua intererat. recte autem gustaret dixit. nam &
more aliquid degustantium breui admodum temporis interuallo: in morte p-
mansit. qui mox resurrexit: unde uel ob id ipsum est angelis potior quia mor-
tem euicit. Quemadmodum enim & medicus appositos cibos abhorrere lang-
uentem aliquem conspicatus: mox ipse pregustat ut egrotum faciat fidentio-
rem: alliciatq͡ cibum ut capiat. sic & dominus cum nos spectaret mortem re-
formidare hanc prior ipse libauit etsi minus id facere cogeretur quid ni? qui ne-

quaꝗ morti subiiceretur: sed per gratiam hanc ille subiuit ut ad mortem perpetiendam si esset necesse: ut minus horribilem: nos hortaretur. Nestoriani uero scriptionem hanc pauli deprauantes: non gratia dei dicunt sed sine deo: id est si ne diuinitate pro omnibus mortem gustaret: ut quod ipsi pessime sentiunt: christo scilicet cruci affixo diuinitatem astruant non affuisse: utpote que non substantialiter illi inesset sed affectione quadam unita: quorum impietatem orthodoxus quidam irridens sic inquit: esto ut ipsi assentis scriptum: Vel hoc modo id facere nobiscum uidetur: quod dictum est: sine deo enim pro ceteris alus dominus mortem subiuit uel pro angelis ipsis ut illorum in nos odia solvat: & eos gaudeo expleat sempiterno.

¶ Dicebat enim eum per quem omnia.) Id est patrem: neqꝫ enim si per prepositio hec que grece habetur imminutionem afferret: & soli filio conueniret: & patri adduceretur: edisce autem quam habeat per quem illud significantiam ut nemo uidelicet absurdius aliquid ex eo intelligat ꝙ per quem omnia dixerit id est ut filium faciat omnibus indigere: quia propter eum facta sint omnia: per prepositio hec: aliquid prefert exempli gratia. per hominem id est hominis gratia creata sunt omnia: propterea enim per illud adiecit: subinde dicat: per quem sic uelim intelligas: tanꝗ per ipsum facta sint omnia. cum itaqꝫ per quem & filium ipsum designat: ita accipito id est a quo.

¶ Qui multos filios in gloriam adduxerat: auctorem salutis eorum per passionem consummari.) Adhuc dicto illi insistit quod superius dixerat gloria & honore coronasti eum: quod autem dicit tale est: pro sue clementie dignitate uel hoc pater effecit: quippe qui primogenitum omnium filiorum qui eius sunt gloria fruituri prę ceteris clarissimum ex passione patefecit: ut cunctis aperiret: esse omnino pro ea gloria decertandum. archigon autem salutis auctorem & causam dixit: aduerte autem quantum ipsi ab illo distemus: nam filius quidem is dicitur & nos filii nuncupamur: salutem ille largitur: nos uero salui efficimur sumus preterea & illi coniuncti: & alia quadam ratione disiungimur. illi nanqꝫ ideo copulamur quia multos filios traducit ad gloriam. & eo distamus quia filiorum sit salutis hic auctor: Nota autem passionem consummationem & finem pretendere & salutis causam esse. & qui pro aliquo patitur. non modo illi prodesse cuius gratia tulerit penas: sed sese clariorem in posterum facere & perfectiorem intelligat: consummationem uero hoc loco gloriam ipsam intellige qua sit ille affectus: uel eam que decent humanitatem: uel quia natura insitam sibi gloriam asseruabat: alioquin quo ad nostram mortalem hanc & humanam conditionem ut homo: inglorius erat: utpote qui esset incognitus ubi uero ꝑ crucē innotuit & gloriose est in altū sublatus: gloriā dicit accepisse quam cum natura sibi haberet ingenitam: nequaquā uidetur a nobis ille esse allatam: uel consummationem immortalitatem ipsam appellat: que deerat quidem christo ut homini: per resurrectionem uero hanc consummauit: perfecitqꝫ illi pater: nā postꝗ hic resurrexit nullū preterea habuit mors in homines dominatum: & mortalem omnem naturam huiusmodi est cōsummatione dignatus.

¶ Qui enim sanctificat & qui sanctificatur ex uno omnes.) Ecce ut rursum christi fratres esse nos arguit & tanto ab eo fuisse honore dignatos: cum enim sanctificans id est christus & sanctificati nos ipsi uidelicet: ex uno omnes: hoc est a patre: ut filius ipse: nos ut creati: ille itaq; sanctitatem largitur nos sancti efficimur: quo fit ut & identitas intercedat & excellentia demonstretur.

¶ Propter quam causam non confunditur: fratres eos uocare.) Aduerte hoc loco quam diximus excellentiam cum enim inquit nil ille confunditur: hoc est nil eum pudet: ostendit nequaq̃ rei ipsius nature id esse sed caritatis: minus pudentis. nam etsi ex uno produimus omnes: alia tamen sumus ipsi a christo & longe diuersa conditione: a quo tantum distamus quantum a creatis & conditis differt creator.

¶ Dicens nuntiabo nomen tuuz fratribus meis in medio ecclesie laudabo te.) Vbi enim carnem hic induit & fraternitatem nobiscum iniuit: & induit: unde & in unum fraternitas ipsa conuenit. rursum tamen in eo excellit q̧ hominibus se denuntiaturum patrem promittit.

¶ Et iterum Ego ero fidens in euz). Iccirco enim arguit se hominem esse effectum: & nobis fraternitate coniunctum: quia ut quisq; mortalis ita & se patri confidere aperte fatetur: simul preterea & nos admonet ut deo & soli fidamus: quandoquidem & ipse qui filius est: & si nullius ope indigeat: patri tamẽ fidere se fatetur. nonnulli uero in hanc sententiam id accepere: dicunt autem cũ enim christum superius dixerit fratrem: & paulo post patrem eundem hunc appellarit: ostendit tamen eiusmodi nomina future dispensationis & ultime fore: eius uero ante secula deus est nomen: quis ergo in alio poterit nisi in deo spẽ suam sitam habere: subinde dicat: neq; enim quia patrem hunc & fratrem percipitis: e uulgo aliquem unum existimare: est nanq; hic deus: & in quo plane ut scribitur est confidendum: & ita ut non tanq̃ a christo hec sed a propheta uideantur prolata. ut dicat confidam ego: propheta scilicet christo ipsi ut deo: qui sensus nequaq̃ superioribus congruit & minus probatur.

¶ Iterum ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus.) Hoc loco christuz defert nobis in patrem: dedit autem ob patris beneplacitum dixit: q̧ carnem hunc assumere fecerit: nam si incarnari filium non placuisset: nec sibi filii forẽt qui credidissent.

¶ Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini & ipse similiter participium eiusdem.) Pudeat uelim hoc loco qui asserunt: non re filium sed apparẽtia quadam exteriori parem nobiscum genituram sortitum: neq; eniz soluz carnis hunc & sanguinis inquit ęque ac pueri. id est reliqui homines participasse: q̃uis etsi id protulisset satis profecto fuisset ad confirmandum ueram carnem hunc accepisse: sed similiter adiunxit: ut nostre carni persimilem hunc habuisse incarnationem ostendat

¶ Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium: id est diabolũ.) Causã dispẽsationis exponit: ut per mortẽ uidelicet quã ille subiuit: qa carnis essz & sanguis pticeps: diabolũ pdat. qui habz mortis iperiũ quomodo sp

peccatum uidelicet: cum enim ex priori illa Adę inobedientia homines: suis artibus faceret in peccata prolabi: ipse mox condidit mortem que eodem in posterum pro milite & forcioribus armis humanam hanc aduersus naturam est usa. morte igitur hac ipsa ut diabolum expugnaret & perderet usus ē cristus: quod utiq; ingentis uirtutis & sapientie est argumentum; ut hostem hisdem armis occideret: quibus ille plurimos enecasset.

¶ Et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti.) Id est ut homines liberos redderet quicunq; mortis erant seruite obstricti id est qui mortis erant addicti obsequio. & eum pertimescebant: tanq̄ nō aliquando esset hec abolenda. uel mortis obnoxios dicit & mortem reformidantes: priores homines dicit qui assidui in timore ducebant uitam: morituros se semper operientes: & quia mortem maxime uerebantur nihil sentire poterant uoluptatis: id enim pretendit cum per omnem uitam dicit. erant utiq; seruituti obnoxii: hoc est tremore continuo urgebantur. ut solent seruitia dominum uerita contremiscere. existimantes amarissimam esse hanc mortem; eoq; nec uoluptate aliqua perfruuntur: est igitur ex his colligendum: qui mortem horrescat nec liberum esse & cunctis patere in seruitutem: valet preterea id ad consolationem oppressis: siquidem qui nunc diuexantur & uinculis astringuntur: liberius uiuunt & sanitate maiori: q̄ prisci illi qui uersari in deliciis uidebantur: cum his mors ipsa imperitaret & esset formidini: quippe qui istiusmodi mortis horrore & seruitute astringerentur: Vos uero prorsus sitis his liberati.

¶ Nunq̄ enim angelos apprehendit.) Hoc est nequaq̄ angelorum ille naturaʒ arripuit: neq; hanc tulit: id uero immensam erga genus humanum arguit caritatem: quandoquidem quod angelice nature non est elargitus contulerit homini: ut ab hoc carnem assumeret.

¶ Sed semen habrae apprehendit.) Non enim accepit inquit sed apprehendit: ut ostenderet naturam hanc nostram refugientem & longius abse abeuntem christum fuisse insectatum; & adeptum tandem prehensisse: & sibi uniisse. & a fuga retractum complexum esse: nec naturam hominum dixit sed habrae semē cum ut iudeos extolleret & illorum genus argueret honoratum: tum ut eosdem in eo assereret anteire gentiles: quia ab his dominus ortum duxisset: semper autem his aliquid ad gratiam loquitur: ita tamen ut nemo possit ex eo offendi. simul preterea & repromissionem recordatur habraę factam: qua terram dominus his & eorum posteris daturum se pollicitus ē bonis omnibꝫ affluētē

¶ Vnde debuit per omnia fratribus similari.) Cum enim inquit dignatus est semel carnem hanc ille nostram induere: & naturam humanam arripere: consentaneum erat omnino: ut & nobis persimilis nasceretur: paremq; nobiscum & educationem haberet & incrementum: ferretq; omnia que illi essent ferenda: ac demum mortem obiret. id nanq; pretendit cum per omnia inquit assimilari.

¶ Vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deum.) Nullam inquit aliam ob causam carnem hanc nostram assumpsit. nisi ut per eam & nostri misereretur: & humi iacentes attolleret. ueꝝ quo pacto pontifex noster effectus

est: hac ipsa illota & sordida quam a nobis desumpserat carne? certe ut peccatis nos repurgaret impetraretq; eius intercessu a deo nostris erratis & ueniam quibus antea ipsi oppugnabamur. fidelis uero id est uerax & potens: ut pōtificis adimpleret & munus: est nanq; pontificis ueri officium: ut eos prauis eximat facinoribus: quorum sit pontifex constitutus: uel fidelem dicit id est deo acceptum.

¶ Vt repropiciaret delicta populi.) Ostendit quid preferat ad deum esse fidelem: uidelicet ut populum delinquentem deo conciliet: id enim est maxime sue in nos caritatis iuditium: cum enixe omnia fecerit ut peccata deleret. quęret aliquis: cur enim non mundi sed populi dixit peccata? quia ad iudeos sermo hic habebatur quorum gratia precipue dominus in mundum concessit: ut his saluis effectis: & ceteri per hos salutem assequerentur: & si longe aliter res ipsa euaserit: quinetiam ioseph angelus ipse affatur huiusmodi: saluum facturus est populum suum & a peccatis hunc liberabit. quod sane iudeorum prefert nobilitatē & quanti hos faceret deus ostendit

¶ In eo enim in quo passus est ipse & temptatus est. potens est & eis qui tēptantur auxiliari.) Humile admodum id: & uilius quidem: & deo plane indignum apparet: alioquin haudquaq̄ est a carnis conditione alienum: nam si & de patre qui corpore caret & carne: q̄multa que humane huic congruunt magis & mortali nature profert scriptura: ut illud dominus de celo prospexit & uidit filios hominum. & alibi descendens uidebo: & multa huiusmodi: longe magis de christo qui carnem assumpsit & in carne perpessus est infinita quedam enarrat: cum ut auditores de eius incarnatione faciat certiores: tum quia adhuc fragiles essent: & in fide nondum obfirmati. rerum enim experientiam existumāt homines: ceteris potiorem. quod autem dicit huiusmodi est non enim solum ut deus sed quia ut homo cuncta expertus intelligit: siquidem multa perpessa est christi hec caro calletq; quid pressura quid ue temptatio sit: unde & auxiliari potest: id est promptior esse manus ut porrigat: & tanq̄ misericors opituletur oppressis.

¶ Vnde fratres sancti uocationis celestis participes.) Vnde. id est cum talem hunc dixerim pontificem esse: fidelem scilicet & peccatores patri conciliantem nec impotentem opem prestare. uelim uobiscum animo hec reputetis: comperietis hauddubie: ita rem se habere. uocationis autem celestis participes inquit: subinde dicat. ad celum sumus acciti: nihil hic requiramus: ibi nanq; & premia sunt futura & retributio.

¶ Considerate apostolū & pontificem confessionis nostre.) Ob carnem hanc scilicet luteam: humilia queq; mente peruoluite: ut alias dictum est sepe. Apostolus uero ob id nuncupatur: quia ad oues israel sit domi(n)us transmissus: & nostre sit confessionis: id est fidei pontifex. ¶ Qui fidelis est ei qui fecit illum sicut Moyses fidelis ī omni domo illius) Cū christū esse Moysi p̄positurus: pōtificii munus ꝓduxit in mediū: atq; horū utriusq; demādatū ē. populus ꝓcurādus: tāetsi maiorib9 christ9 sit reb9 p̄fectus: initio tamē haudquaq̄

huius aperit excellentiam: ne hos ad quos scriberet: irritaret: nam & si fidem exceperant: magnum tamen in modum moysi rebus fauebant. Interea uero christum dominum equiperat domino. atq; & fidem hunc patri seruare: qui apostolum se & pontificem fecerit. neq; enim de substantia hoc loco differitur sed de animi promptitudine. fidelis igitur est ex affectu quodam precipuo: & uolens rebus presidet patris: nec eas sinit corrumpi: sed illarum salutem pro sua ducit. quemadmodum Moyses domui eius prospicit: id est populo: domum enim populum nuncupat. illius uero id est dei ipsius uel moysis. nam & moysi populus dicitur: ut alibi: populus tuus peccauit. erat nanq; hic moyses populo ita prepositus: ut domi dispensatorem preficimus.

¶ Amplioris enim glorie iste pre Moyse dignus habitus est. quo ad ampliorem honorem habet is qui fabricauit illam: omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo: qui autem creauit deus est.) Quinetiam hoc loco q̃ dominus moysi prestet sic inquiens patefacit: Erat sane & moyses ille in tota domo id est in populo uniuerso: alioquin quidam unus hic erat de domo: quippe qui homo esset & mortalis ut ceteri: & si sanctior uideretur: conseruusq; & reliquis erat. sicuti & domus dispensatores & si preesse aliis uideantur: eodem tamen seruitutis iugo: quo & ceteri: astringuntur: Cum itaq; & moyses hic pars esset aliqua domus: est tamen ab aliquo conditus: qui uero hunc condidit ei prestet necesse est: eundem uero filius dei creauit qui carne suscepta: & eius gratia pontificis munere fungens: quem creauerat moysi longo interuallo precellit. aduerte autem quemadmodum a carne comparationem desumpsit: & deinceps ad diuinitatem digressus est: qua inconparabiliter excedere creatorem creata ostendit. ¶ Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanq̃ famulus in testimonium eorum uerborum que dicenda erant: christus uero tanq̃ filius.) Vel alium quendam in modum moysi christum prestare ostendit: quia scilicet moises ille tanq̃ minister & seruus esset fidelis. & ad id constitutus: ut que domini forent ceteris seruis denuntiaret: & que dicta sunt deo testificetur: nam si & celum uocat & terram in testem: ut illud audi celum & auribus percipe terra: & ualles: ut illud: audite ualles fundamenta terrę: longe magis hominis usurus est hic testimonio: christus itaq; fidelis est: utpote qui proprius sit & heres & filius: & que paterna sunt pro patris arbitrio moderetur & regat: differt igitur istiusmodi filius a moyse seruo ingenti quodam & incomparabili interuallo. ¶ In domo sua: que domus sumus nos: si fiduciam & gloriam spei usq; ad finem firmam retineamus.) Domus quidem moysi populus fuerat: cuius & ipse pars erat: pro domo preterea & deus nos habet: si modo ad finem usq; stabiles fuerimus. nec facile in preceps labamur. hoc autem loco iudeos hosce & fideles hortatur: ut in pressuris cõstãtiores se prebeant: nec in molliciem resoluantur: sic enim fore affirmat: ut dei sint domus: ut & moyses fuerat: hos preterea laudat q; rei principium dedissent: unde & necessarium esse ut & finem ceptis imponant. Recte autem fiduciam dixit & gloriam: cum enim

cuiq̃ future retributionis spes certior est: id glorię ducet perinde sit ex spe & uotis omnia consecutus. Nec in secessum se aliquem confert ut delitescat & mereat: cum malis affligitur: sed fidentior est & in publicũ prodit: & christi ob gratiam quem unice colit: aduersa queq; ęquo tollerat animo.

¶ Qua propter sicut dicit spiritus sanctus: Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in quo tẽptauerunt me patres uestri. probauerunt me & uiderunt opera mea. Quadraginta annis propter quod offensus fui generationi huic & dixi semper hi errãt corde: ipsi uero nõ cognouerũt uias meas sicut iuraui ĩ ira mea si introibunt in requiem meam.) De spe hic utiq; disserit: quemadmodum scilicet: ubi sint pro laboribus certiora premia expectanda: & quetudo: ideq; sic fore ex prophetę dictis affirmat: quemadmodum in requiem sint ingressuri credentes: ut contra qui minus crediderint quales prisci illi fuere iudei: nequaq̃ hanc sunt adituri. Cum enim rubrum mare traiecissent hebrei: & in locis desertis: innumeris essent beneficiis affecti; que plane dei erga se curam preferrent: ut eorum potentiam demonstrarent: dimiserunt ex comuni consensu speculatores. qui terrę naturam contemplarentur: quam essent propediem aggressuri. illi uero cum ad suos se recepissent renuntiarunt mirandam esse regionis eius naturam: homines tamen eam inhabitare qui debellari non possint: tunc igitur populus ille dei potentie quam inexpugnabilem existumare portuisset non admodum fidens: eorum quos ad eam rem delegasset dictis obstupefactus: obmurmurabat in dominum: redeundum q; sibi in egiptum omnino decernebat. quocirca ira percitus deus: quia celerrime adeo tantorum miraculorum memoriam depulissent: iurauit nullo pacto generationem querulam illam: terraz quã erat pollicitus ingressuram: unde preter chaleb & Iesum: omnes fere sunt in heremo perditi: Dauid itaq; qui posterior fuit cum hisce de rebus dissereret: diceret: Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra: ne eadem illa que & uestri maiores perpessi sunt: patiamini & quiete priuemini: tanq̃ scilicet alia quedam sit quietudo: quam simus ipsi consecuturi: hec inquit: nam si ueram illi recepissent quietem: cur illud inferret hodie nolite obdurare corda uestra: sicut & patres uestri: & non ingrediemini requiem: que igitur esse alia preter regni celestis iocundissimum ocium requies potest: cuius figuraz & sabbatum prefert: & eum qui typice effectus est in palestinam filiorum contradicentis generationis introitum. Tribus itaq; modis quiescimus: aut enim sabbato hec quies prestatur: in quo & deus ab opere conquieuit qua de quiete: haudquaq̃ uidetur hoc loco dauid disserere: utpote que apud priscos illos prouera sit habita: & illa quidem que per terre promissionis ingressum est comparata: quam introgressi iudei: erant a bello & preliis quieturi: & errore illo: quo tam diuturno: diuagabantur erratici: de qua tamen quiete nec ullam facit hic mentionem: nam si palestina regio dauid temporibus sub eius erat & hebreorum imperio: quo pacto de hac erat ille tanq̃ deserta dicturus. uidetᷣ igitᷣ aliã quandaz quietẽ huiusmodi statũ p̃tẽdere: in quã nauĩ Iesus; nullã haberet

iudeos inferendi licentiam:eiusmodi statum in celis dumtaxat reperiemus.
a quo ne maiorum uestrorum exemplo ob diffidentiam excidatis erit uobis
omni studio adnitendum.non enim eorum que per deum geruntur exigende
sūt ab hoīe rationes:s; fides illi īdubitāter ꝑstāda:id nāq; & priscis illis cru/
mini dat̃:qa dominū temptauerūt:id est:qa nō omni ꝑrs9 dubitatōe sublata
in eum sperarunt:utpote cui omnia essent factu facillima. ¶ Videte fratres
ne forte sit in aliquo uestꝝ cor malū icredulitatis.)Hec de terrenis sunt dicta
uidetur enim inter hos fuisse nonnullos:qui minus crederent uera esse:que de
futura retributione narrantur:eoq; uoluisse de dei cum potentia:tum prouidē
tia uel in medus malis:quibus diuexarentur periculum facere:unde & paulus
hos ipos corroborat ea repetēs que fuerint olim diffidentes illi perpessi: neq;
enim adeo futurorum malorum formido plerosq; hominum frenat reprimitq;
quantum preteritorum memoria & recordatio:que certam afferunt de se cog/
nitionem:& exemplo sunt repentibus:uel olim expertis:aduerte autem quem/
admodum ab incredulitate eiusmodi & illud deriuet:ut & mala quis cogitet:
& opere exequatur. ¶ Discedendi a deo uiuo.)Neq; enim aliter obuentura est
incredulitas ipsa & diffidentia:nisi a deo quis prius desciscat:nam quādiu qs
deo adheserit:fueritq; ille ut omnipotenti confis9:nihil existimat fieri nō pos/
se:quod deo libuerit. ¶ Sed exhortamini uos metipsos per singulos dies do/
nec hodie cognominatur.)Hoc est ędificate uos mutuo:& ita corroborate: ut
non collabamini:q; si uel quispiam fuerit collapsus:quo ad hanc auram spirat:
uiuitq;:hunc ipsum attollite:id nanq; cum inquit usq; hodie nominatur desig/
nat:id est quousq; duxerit uitam.hanc enim & spes comitatur & bene sperari
de peccatore superstite potest:ut resipiscat admonitus.precipue autem nulli in/
sit cor prauum quod si forsan acciderit:nequaq̄ hic in desperationem & diffi/
dentiam prolabatur:quin uos illum hortando suscipite:& iuuando mox suble/
uate. ¶ Vt non obduretur quis ex uobis fallacia peccati.)Hoc est ne ex eius/
modi diffidentia in cecitatem corruat:& maneat insanabilis: quemadmodum
enim orbata luminibus corpora:& duriora:nequaq̄ medentis se manibus at/
trectandum subiecerīt.sic & anime in malis iam obdurate:dei uerbis min9 pa/
rebunt:fallaciam uero peccati:uel demonum suggestiones appellat:uidelicet q;
nullam quis speret futuram bonorum malorum ue retributionem:uel fallaciaꝫ
desperationem dicit:nam q; semel labenti mihi:nihil sit spei reliquum: peccati
plane hec fuerit fallacia:peccatum nanq; nos circumueniens & ad se trahens.
talia suggerit:ut dictum est cogitanda:Impius in profunditatem cadens con/
temnit.qui uero delicti fuerit contemptor:nec deo credere sustinebit. quo fit
ut ex pacto incredulitatis oriatur.Dixit enim in corde suo non requiret deus.
& alibi oblitus est deus:& huiusmodi alia. ¶ Participes enim christo effec/
ti sumus.)Hoc est per fidem illi sumus coniuncti:& sic ei sumus participes ut
capiti corpus.& subinde inquiens hos consolatur & spem affert:qui enim tan/
ta est nos caritate complexus:ut & corpus nos suum effecerit nequaq̄ nos: si
modo uelimus:diuelli abs se patietur simul etiam illud ostendit:quod dictum
ē alibi:tolleremu9 & corregnabim9.nūc itaq; eorūdē ipsi ꝑticipes:quoꝝ & xps

particeps fuit pressurarum scilicet & malorum: diligentius connitamur & glorie participare. ¶ Si tamen & initium substantie eius usque ad finē firmū teneamus.) Id est fidem. per hanc enim subiuimus diuinam illam & spiritalem substantiam per quam & regenerationem accepimus: quin etiā uel in hac uita deposcit ut firmiores in fide simus & stabiles. ¶ Dum dicitur: hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra quēadmodum in illa exacerbatione.) Confirmat quēadmodum dixerit usque ad finem inquitque idipsum pretenditur cum hodie uero sic intelligitur ut superius est explicatum. ¶ Quidam enim audientes exacerbauerunt.) Audientes inquit dei promissa: cum polliceretur daturum se his terram chananeorum: & alia pleraque: desciuerunt ab eo: & hunc ipsum ob perfidiam exacerbarunt. cauendum itaque ne & ipsi promissionibus his diffidatis: nihil enim uobis conducit: sola hec promissionum huiusmodi auditio: nisi & fidem his prestiteritis: quēadmodum nec uestris maioribus profuerat audisse. quinpotius ob id eo iustius perditi sunt: quo & dei sunt uerbis diffisi.

¶ Sed non uniuersi qui profecti sunt ex egipto per moisen.) Chaleph nanque ille & Iesus nequaquā fuere increduli propterea & promissionem adepti sunt & palestinam ingressi. ¶ Quibus autem infensus est quadraginta annis? nonne illis qui peccauerunt: quorum cadauera prostrata sunt in deserto.) Per questiunculas eo nonnullas. hic loquitur ut clarior sit & apertior eius oratio: & ne facile illi possit occurri. rogandi enim hic modus certioribus rebus apponitur addit preterea & penas: prostrata sunt enim inquit & conciderunt eorum cadauera in deserto & cola ut grece habetur hoc est ingentem ossium uim & pene infinitam: sic enim ex parte uniuersum corpus procubuisse ostendit. ¶ Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius. nisi illis qui increduli fuerunt & uidemus quia non potuerunt introire propter incredulitatem.) Superius quidem peccantibus dixit: nūc uero incredulis: ut ostenderet ad hebreorum animi pusillitatem futurum: & diffidentiam: ut illud accederet quod eorum plerique in alia peccata facinora prolaberentur: qui itaque inquit fuere increduli: uidemus nequaquā promissionis terram adisse. id est pre oculis nobis peccati certior pena obuersatur. ¶ Timeamus ergo fratres ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius.) Huc redit id omne quod dictum est supra: hodie si uocem eius audieritis zc. uerendum itaque & nobis ne eadem illa contingant que olim diffidentibus illis ingesta sunt mala. ¶ Existimetur aliquis ex uobis deesse.) Id est ne forte pretereatur & relinquatur postremus ad adeundam promissam nobis hanc requiem. letiorē itaque reddit sermonem & minus molestum. nō enim pretermissus est inquit: sed preteritus esse existimatur. ¶ Et enim & nobis annuntiatum est: quemadmodum & illis. sed non profuit illis sermo auditus.) Et nobis preterea denuntiata futura sunt bona: haud secus ac illis sub figura terre promissionis. nil tamen id potest nobis prodesse: nisi & fidem promissis adhibeamus: deponamusque animi omnem pusillitatem & diffidentiam. sicuti nec illis aliquid contulit. aduerte autem quemadmodum denuntiatum nobis illud ait fuisse: tanquā uera quedam & certiora sint bona promissa: & que uelut ex tropheis in nos & parata uictoria cōferantur: illis uero auditum esse sermonē ¶ Nō admixtus fidei uerborum ex his qui audierūt.) id est nil profuit his qui sermonem

audierunt coniuncti uel congruentes sed ab his omnino diuulsi; grece uero
admixti legitur non enim non conuenientes dixit: sed non admixti: & egre/
gie quidem: ut arctissimam patefaceret unitatem. audientes autem hoc loco
credentes ipsos & fideles dicit: hi nanq; dici haud dubie possunt uerba diuina
auscultantes. Basilius uero nõ admixtos eos intelligit qui cum caleph illo seru/
issent & iesu. hi nanq; a seditionibus abfuere, neq; tumultuantibus reliquis se
ipsos admiscuere: uerum quos istos dicit qui audierunt: illos nimirum qui dei
promissa audientes: nil postmodum profecere. ¶ Ingrediemur nos in requie;
uite eterne. qui credidimus queadmodum dixit, sicut iuraui in ira mea. introi
bunt in requiem meam.) Vnde id liquet q; credentibus nobis in eiusmodi re
quiem patebit ingressus: ex eo quidem: quod dominus dixit non enim sunt in
fideles in requiem hanc ingressuri: id enim datur intelligi; ex rebus diuersis:
nam ut infidelibus infidelitatis est premium: & ne in requiem illam ingredian
tur occasio: sic nos contra qui fidem seruamus: seruate fidei mercedem accipi
mus. eterne illius quietudinis aditum. ¶ Et quidem operibus deus ab institu
tione mundi perfectis: dixit enim in quodam loco de die septima sic & requie
uit deus die septimo ab omnibus operibus suis: & in isto loco rursum si introie
ro in requiem meam.) Hec minus consentanea sibi uidetur esse oratio, cum ta
men secus se habeat sed ita inquit: neq; enim dicere poterit quispiam de sabbati
requie dauid disseruisse: nã q fieri id potest: quãdo olim iã illud effectum sit ut
a principio mundus sit constitutus: quin potius perspicuũ est de alia quadam
dauid quiete dixisse, de celesti uidelicet illo ingressu: qui tamen in futurum sit
debitus, tanq̃ in posterum essent nonnulli celi hanc requiem adituri: & quẽad
modum sabbatu; apud scripturas & si requies dicitur: nil tamen impedit quo
minus & requies in alium sensum nuncupetur: in terra uidelicet quietudo: quã
deus esset olim pollicitus. sic quidem nec prohibetur hoc loco: quin & requies
futura illa interpretetur: celorum inquã imperium: quod sane haud quaq̃ sunt
increduli audituri. ¶ Quoniam ergo superest quosdam introire in illam: &
his quibus prioribus annuntiatum est: non introierunt propter incredulitate;
iterum terminat diem quendam hodie dauid dicendo post tantum temporis
sicut supradictum est, Hodie si uocem eius audientis nolite obdurare corda
uestra, nam si eis Iesus requiem prestitisset nunquã de alia loqueretur post
hanc diem.) Studet itaq; omni nisu nam Iesum illum arguere nil potuisse in
hanc requiem inducere quempiam, cuius & Dauid meminit & nos facimus
mentionem: cum igitur nec ille in huiusmodi requiem induxerit aliquem: & da
uid inquiat rursum post tanta annorum curricula: nolite obdurare corda ues
tra, sicut & patres uestri qui ob eorum diffidentiam nequaquam sunt quietem
ingressi, deturq; ex his nobis intelligi: rem contra procedere: uidelicet si credu
li fuerimus futurum esse ut illam ingrediamur: constat ergo requiem istam fu
turam esse: & nos operiri ut se adeamus. Neq; enim Dauid de palestina hu/
iusmodi dictitabat: quippe qua tunc potirentur iudei. neq; de septimo die: ut
pote que ab ipsa mundi fundatione fuisset. Est igit̃ reqes tertia quedã: celo;
scilicet regnum: ad qđ & Iesus dñs: ob crudelitatẽ & fidem: que in se habetur

inducit. ¶ Igitur relinquitur sabatismus populo dei.) Non enim quietem
dixit sed sabatismum: nomine proprio explicato: & eo quidem quo maxime
hos oblectabat & illecti nominis eiusdem suauitate: concurrebant: nec secus &
celeste regnum se habet: nam quẽadmodum sabbata ab omni opere carnali &
crasso cessandum lex ipsa iubebat: & ea dumtaxat ut peragerent sacerdo-
tes: que: cum ad dei cultum: tum ad anime utilitatem facere uiderentur:
sic & in posterum illud tempus: cuncta spiritalia futura sunt & diuina: nihilq̧
quod carneum sit aut laboriosum: ubi & dolor omnis excessit & meror & ge-
mitus abiit. audi ergo: quid ipse mox inferat. ¶ Qui enim ingressus est in re-
quiem eius & ipse requieuit ab operibus suis. sicut a suis deus.) Explicat nunc
cur sabatismum dixerit futuram in celis requiem. ob id scilicet quia & ipsi a no-
stris operibus requiescimus: nec secus q̃ deus ubi diem quo a condenda terra-
rum hac machina cessasset ab opere: sabbatuȝ appellauit. subinde dicat: hac qui-
dem in uita acerrimum est iustis certamen & labor immensus propositus: quia
uirtuti maxime est insudandum: in celis uero: neq̧ ad moralitatem aliquã exer-
cebuntur sed deo dumtaxat inexplebili quadaȝ animi fruentur suauitate. quod
autem hi qui ex iudeis crediderant audire maxime cupiebant: q̧ a presentibus
scilicet & operosis negociis liberandi sint & pressuris nũc dicit: ut eorum sub-
leuet animos malis ingentibus afflictatos. ¶ Festinemus ergo ingredi in illaȝ
requiem.) Cum ostendisset tertiam quandam esse quietem: & illam celestem:
hortatur hos demum ut hanc ipsam ingrediantur. recte autẽ festinemus dixit
cum haud quaq̧ ut ad huiusmodi requiem prebeat aditum satis uirium habe-
re sola per se fides uidetur. nisi & optimus adsit uiuendi modus. ¶ Ne id ipsũ
quis nostrum incidat incredulitatis exemplum.) Id ipsum id est israelitarum
exemplum: quẽadmodum enim maiorem itineris partem: iam confecissent: &
mala plurima essent perpessi: ob incredulitatẽ tamen & diffidentiã conciderũt:
sic & uobis cauendum ne post tam multa que iam subiistis certamina collaba-
mini utpote qui non ad finem usq̧ strenuos uos prestiteritis. id enim uerus ẽ
lapsus. ¶ Viuus est enim dei sermo & efficax. & penetrabilior omni gladio an-
cipiti.) Ut enim tunc illi non bello aut gladio: sed dei uerbo interiere: quippe
qui ultro procumberent: & se ipsi contrucidarent: sic & nobiscum agetur. Nã
dei hoc uerbum ut illos affecit supplicio sic & uos cruciabit. id nanq̧ & uiuit
perpetuo & nunq̃ extinguitur uel in alium sensum uiuus est dixit: ne forte sci-
licet cum uerbum iam audissent: inconstans esse & uanum existimarent: uiuum
hoc appellauit: id est subsistens & efficax: ita ut in quãcunq̧ irruerit animam:
graue illi uulnus infligat. Aduerte autem quẽadmodum & gladii meminit &
acuti & penetrãtis: ut ex rebus nobis iam consuetis & notioribus: preferat di-
uine potentię magnitudinem. ¶ Et pertingens usq̧ ad diuisionem anime &
spiritus.) Rem sane horrendam hic predicat: q̧ sanctum spiritum discludat ab
anima dissecetq̧: & eam relinquat a sanctitate ex spiritu eodem manante peni-
tus destitutam: quam dominus in euangelio ancipitem nuncupat. ut enim Im-
perator aliquis primatem ex suis quempiam quia tetrum aliquod commise-
rit facinus: exauctorat: & dignitate & magistratus munere priuat mox etiam.

& capite plectat & uita priuet: sic & hoc loco cum spiritus fuerit aliquis digni
tate priuatus: deinde & pena afficitur. nonnulli uero ita intellexerunt: & meo
iudicio haud satis consentanea sentiunt apostoli animo: dicunt enim dei sermo
nem uel spiritum ubi animam ipsam inuaserit: diuidere statim & interscindere
huius anime partes: & eam decetero hunc in modū susceptibilē reddere: & ca
pacem mysterii: utq; & telum carne prius discissa mox ea immergi & ad intima
tendere consueuit: sic & sermo nisi munitiores anime partes interclusas seiunxe
rit: nullum asserunt sibi in eam patere ingressum. ¶ Compagum quoq; & me
dullarum.) Ne forte hi anime cruciatus cum audiunt: negligentiores reddan/
tur: incertos illos existimantes: adiungit: & corporis penas: patentia enī: queq;
& presentia mala longe acrius urgent. ¶ Et discretor cogitationum & intenti
onum cordis.) Sermonis nunc patefacit diuinitatē cuius uel precipuum est ar
gumentū disquirere & nosse hominum cogitatus. ait enim scrutatot est cordis
& renum deus. ¶ Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius.) Non
solum hominum inquit examinat corda & scrutatur deus: quin etiam si uel an
gelos dixeris & potestates: omnia illi aperta sunt & patentia. nec quippiam est
quod latere illius oculos queat. ¶ Omnia autem nuda & aperta sunt oculis
eius.) Ut clare demōstret quēadmodū cūcta illi sint nuda: id est nota & cogni
ta: dictione est usus ex quadam excoriatę ouis metafora: nam ut illi cum demu/
tur tergus: uel iugulo cultrum infigitur: & enecte demum a collo pellis diuelli
tur interiora cuncta nudantur & patent: haud secus & deo uniuersa que in ter
ris geruntur: uel animo concipiuntur & mente: ut aperta & enudata mox inno
tescunt. ¶ Ad quē nobis est sermo.) Illi inquit & gestorum per nos reddenda
ratio est: & pro cōmissis danda supplicia: uides quo redigatur res culmine: nāq;
& si audias diffidentię & incredulitatis malum ęque nobis cum israelitis cō/
mune: nil ambiges ferenda esse tormenta: ostendit preterea & quas ipsi dabi/
mus penas: fore longe acerrimas. ¶ Habentes ergo pontificem magnum qui
penetrauit celos Iesum filium dei.) Perinde istiusmodi aliquo rogitante: consu/
le nobis quēadmodum nec ipsi labamur: nec animo concidamus: ait igitur: sa
tis profecto que diximus ob iniectam formidinē erudire nos possunt: & redde
re tutiores: accedit etiā q pontificem sumus iam nacti: qui nobis possit & opē
afferre: si modo illi confisuros nos constantissime profitebimur. neq; enim pu/
sillus est ille aut cuiusuis sortis: sed dei filius: nec talis qualis moyses fuit: ille
nanq; nec requiem illam adiuit nec in hanc populum introduxit: hic uero uel
permeans celos: assidet patri: potestq; nobis aditum in celum prestare: & que
tis illius perpetue: cuius longe ante promiserat heredes efficere. ¶ Teneamus
ergo spei nostre confessionē.) Neq; enim id omne negocium pontifici tribuit:
sed & ipsi: ut officiosi simus deposcit. habet utiq; ille ad peragenda potestatem
si modo nos fuerimus digni: in quos beneficia conferat. at quā hic dicit confes
sionem: eā nempe ut resurrectionē cōfiteamur futuram: & q pro meritis quisq;
sit accepturus: q q; infinita ibidem bona nos maneant: & demū q christus ip/
se sit deus. istiusmodi itaq; tenenda cōfessio est. neq; a nobis ut defluat permit
tenda: sed quodcunq; fuerimus in fidei primordiis ipsis professi: firmiter te/
neamus. hoc pacto formidolosa queq; perdentur. ¶ Non enim habemus

pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris.)Cum istos ad cre/
dulitatem hortatur uel hiis aducit fidem·atq; non enim est pontifex iste qui
nostre sit conditionis ignarus:quales pleriq; pontificum sunt:qui ut mala mi
nus experti ignorant prorsus quid in se habeant pressure acerbitatis: & ideo
nec promptiores sunt ut oppressis opitulentur.uel miseris compatiantur: atq;
cuncta subiuit noster hic pontifex:& ubi mala q̃plurima fuit perpessus: & ce/
lum conscendit:ueniã fragilitati daturus humanę· ¶ Temptatum autem p om
nia:pro similitudine absq; peccato.)Hunc enim insectati iudei & conspuere: &
calumniati sunt:& malum semper interminati & mortẽ patibulo suffixere. per
tulit itaq; hec omnia pontifex q; similitudine nostra uidelicet:hoc est haud se
cus hec omnia tulit q̃ ipsi ferre ꝓ humana fragilitate solemus:tolleranter tam
& absq; peccato:quippe qui nulli esset pacto obnoxius:hunc itaq; & uos muta
ti uel in medus malis:estote in fide constantiores:& ab omni peccato alieni.
¶ Accedamus ergo cũ fiducia ad thronum gratie.)Cum enim inquit pecca/
ti expertẽ sumus pontificem nacti:qui uel mundum peruicit:ait naq; confidi/
te ego mundũ hunc uici:debemus hunc fidentiores adire:quandoquidẽ & no/
bis que animus tulerit largiet̃.sunt autẽ throni duo:alter gratie & dum uitam
hanc ducimus adeundus:cui qui fidenter adheserint munere quodã diuino pec
catorum sunt ueniam accepturi.alter uero secundi aduentus est thronus non
gratie:quippe cum nemo tunc remissionẽ delictis sed iudiciũ assequetur.thro-
num autem dixit ut pontificis arguat dignitatẽ:& iudicantem ostendat.
¶ Vt misericordiam consequamur & gratiam inueniamus in auxilio oportu/
no.)subinde dicat:si enim dum interea uiuimus hunc ipsum adibimus:& mise
ricordiam simul inuenienus & gratiam: ut qui oportune ad hunc concesseri/
mus & dum est clementie locus:qui uero alias se obtulerit his prorsus carebit
neq; enim inposterum gratię erit:sed iustitie thronus:quo & si rex ille deus in
sidet:facturus gratiam flagitantibus:tunc tamen est ad iudiciũ surrecturus:
ait enim surge deus & iudica terram. ¶ Omnis enim pontifex pro hominibus
assumptus pro hominibus constituit̃ in his que sunt ad deum.)Vult tandẽ
arguere nouum uetere testamentũ longe esse prestantius orditurq; sacerdotalia
munera ipsa conferre:cum priscorum sacerdotũ illorum:tum christi·ostenditq;
maximũ in modum christi excellere sacerdotium:ueruntamen cũ paulo occurre
ret:q; multa inesse sacerdotibus aliis esset necesse que christo tunc defuissent:
utpote qui neq; de tribu esset sacerdotali:neq; in terris sacerdotis munere fun
geretur:neq; ab hominibus institutus & ut ita dixerim nec imaginem aliquã
haberet corpoream ipsius sacerdotii habitus:que tamen spiritum preferebat:
non terrena hec & presentia·Enarrat primũ que christo sunt cum sacerdotibꝰ
ceteris cõmunia:deinceps & que in christo excellunt producit: nam tunc qui
dem cũ re alia quadam collatum prestare aliquid creditur·& cum partim com
mune aliquid habet:partim priuatũ quo prestat·Ex hominibus igitur ad põ
tificatum assumi cõmune est christo cum ceteris·ipse nanq; cum homo existe
ret pontifex est a deo effectus:& pro hominibus constitui in his que ad deum
sunt id est intercessionem facere:uel id quidem est illi cõmune cum ceteris.
¶ Vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.) Explicat quid illud sit pro

hominibus ipsis ad deum constitui: peccatis scilicet deum propitium reddere:
quod utiqꝫ & christo est & si non penitus commune cum aliis. quippe qui pa·
trem conciliandi gratia seipsum obtulerit: alii uero alia quedam donum uideli·
cet & sacrificium. ¶ Qui condolere possit his qui ignorant & errant.) Hoc ē
cōpati & condescendere & ueniam dare per ignorantiam delinquentibus: aduer
te autem ut ex ignorantia & errore: omne facinorum genus gignatur. nametsi
nosse alii quod peragit malum uidetur: alioquin cum illud exercet: mentem ob
tenebratus insacie & erroris morbo laborat: & uoluptatum illecebris preceps
defertur. ¶ Quoniam & ipse circūdatus est infirmitate.) Causa autem potior
sane & certior est qua debeat pontifex pre cecitate ignoranter peccantibus cō·
dolere: quia & ipse sit carnis infirmitate obductus: & humane fragilitatis ex se
non ignarus: & ueniam metitur sic delinquentibus: nonnulli uero ita intelligūt
uidelicet uel una re solum pontificem differre a populo: quia alios commiserat̄
& parcit: cum in ceteris sit & ipse ut reliqui homines infirmitate precinctus.
¶ Propterea debet quēadmodum & pro populo ita etiam pro semetipso offer
re ꝓ peccatis.) Horꝝ omniū cū ceteris nil quicpiā ꝑticipat christus: non enim
erat eiusmodi peccatorum infirmitati obnoxius: neqꝫ pro se ipso sed pro homi·
nibus ceteris sacrificium obtulit. ¶ Nec quisquā sibi sumit honorem: sed qui
uocatur a deo.) Vel aliud quoddam pontificatus argumentum inducit: quod
& christo inesse perspiciatur: ut ne quis scilicet suapte impulsu siue sacerdotium
siue pontificium munus aggrediatur: sed a deo uocatus illud accipiat. ostendit
preterea hoc loco tunc tēporis iudeoꝝ pontifices ad honores auide prosiluisse
& dignitates eiusmodi pecuniis comparasse: & legem penitus corrupisse.
¶ Tanq̄ aaron.) Aaron enim principio per moysem a deo accitus: sacerdotii
munus hoc fungebatur: nec ipse prior est illud aggressus. quinetiam cuꝫ & uir
ga refloruit innotuit plane diuinitus se fuisse electum: & eos preterea fuisse ab
igne absumptos qui sacerdotiuꝫ per se inuasissent. ¶ Sic & christus non semet
ipsum clarificauit ut pontifex fieret sed qui locutus est ad eum filius meus es
tu ego hodie genui te quemadmoduꝫ & in alio loco dicit: tu es sacerdos in eter
num secundū ordinem melchisedec.) Quod christus ubiqꝫ dictitabat: quia a
patre scilicet missus sum & a meipso non ueni: idipsum nunc confirmat aposto
lus: a deo hunc esse dimissum nec gloriam sibi ex se conciuisse: sed qui esset ad
eum locutus: & filiū esse hunc suū dixisset: eundem clarum fecisse: & sacerdo
tii insignibus decorasse. Cum itaqꝫ sensibilibus plurimis argumentis patuisset
fuisse aron ut dictū est: a deo prelatū: & affectū honoribus: christus uero ni
hil haberet huiusmodi utpote cui scelerati homines supplicia intulissent & mor
tem. quippe qui tunc probarentur & pro arbitrio agerent uersarenturqꝫ omnia:
prophetarum nunc uaticinio quod prestantius est patefacit & a deo hunc des
tinatum fuisse testificatur: uidetur autem quod in secundo psalmo dictum com
perimus: ego hodie genui te: minus rei preposite conuenire. habet sane hoc lo
co paulus constitutum: christum arguere in pontificem esse a deo premissum:
hic uero testimonium plane affertur a deo esse hūc ipsum progenitum: respon
dendum itaqꝫ genituram huiusmodi maximum in modum ad rei confirmatiōeꝫ

ualere: q͡ a deo sit in pontificem cōstitutus. perinde & illud aduerte: q͡ cum in psalmo centesimonono iam dixerit deus: de utero ante luciferum genui te: & paulopost illud adiecerit: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedec: hoc loco paulum que psalmis his in utrisq͡ de natiuitate sunt dicta coniunxisse. subinde dicat: nequaq̄ uelim de alio quouis dictum id suspiceris: tu es sacerdos: nisi de deo & solo: qui sit ante luciferum genitus: sic itaq͡ haudquaq̄ esse alius hic deprehendetur q̄ ille fuerit: qui psalmo secundo denuntiatur hodie fuisse progenitum. nam cum ante luciferum inquit eternitatem designat: que nullis temporum spaciis prefinitur: cum uero hodie dicit: a principio esse hunc genitum arguit: id est ab eterno. constat igitur que psalmus secundus cōplectitur ad christum cuncta referri. de christo ergo & illud tu es in eternum sacerdos dictum esse perspicuum erit. Verum quem alium afferre possunt preter christum iudei qui sit ex melchisedec instituto pontifex factus. nonne erant sub lege omnes? nonne & uniuersi sabbata obseruabāt? offerebantq͡ sacrificia? apertissime itaq͡ de christo dictum id esse constat. hic enim & solus melchisedech illius in morē pane & uino sacrificabat. uerum quo pacto in eternum hic dixit? quia uel in presenti & corpore ipso: quod ille nostri gratia immolauit: pro nobis etiam intercedit apud deum ipsum & patrem: id est que ille pro nobis ꝑpessus est profert: ut patrem exoret: eundemq͡ istiusmodi subinde alloquitur. pro humana natura temperanda unigenitus tuus hec tollerauit: miserere itaq͡ horum pro quibus ipse pati sustinuit: uel in eternum dicit: quia quotidie offertur. uel in perpetuum offertur per dei ministros oblatio: christum dominum & pontificem habens & sacrificium. qui seipsum nostri ob gratiam sanctificat frāgit & tribuit quotienscunq͡ enim id fiet mors domini annuntiabitur. ❡ Qui in diebus sue carnis.) Dies carnis eius: quos duxit in carne dies demonstrat: nec quidem: quod absit: quia carnem nunc deposuerit: quippe quam & in presētia habet & in eternum est habiturus & incorruptibilem quidem: & carnis passionibus nobis natura insitis minus obnoxiam: quandoquidem nec esuriē patitur: nec dolorem: nec eiusmodi aliquid. hunc uero dicendi modum apostolus a propheta desumpsit: dicente in psalmo quartodecimo & centeno: In diebus meis inuocabo. psalmum enim hunc integrum ad christum refert propheta.

❡ Preces & supplicationes ad eum qui potest saluum facere a morte: cum clamore ualido & lacrimis offerens.) Hec quidem de carne dicuntur neq͡ enim ille cum deus esset: ulla re indigebat. q͡ si uel indiguisse re aliqua concedatur: nil tamen cum clamore & lacrimis opem sibi afferri efflagitasset. hec tamen haudquaq̄ sunt dei: sed christi unius humanitati sunt tribuenda. & ut ueritas assūpte nature clarescat: & eius in nos cura & caritatis prestantia patefiat: ille enim pro nobis deprecabatur & que nostra est mortalitatem subiuit: ut in seipso nature ad mortem obeundam deleret formidinem. constat enim in euangelio nusq̄ proditum litteris esse: ut resurgeret patrem fuisse precatū: sed contra: suopte imperio & potestate dixisse comperimus: soluite templum hoc: & suscitabo illud post triduum: & alibi. potestatem habeo accipere animam meam. ❡ Exauditus est pro sua reuerentia: & quidem cum esset filius dei.) Vel id quidē carnis

ob gratiam & ob auditorum dixit fragilitatem: nondum enim hi paulum plu/
rimi faciebant. quod autem inquit tale est. tanta est enim christi humanitatis
auctoritas: ut suo potius officio q̃ dei: ut ita dixerim: munere sit effectum: ut
fuerit ille exauditus: & ob id magis ueneretur hunc deus: & nobis sit eiusdem
intercessu propitior redditus. & q̃uis ille sit filius & apud patrem habeat pro
nature unitate fiduciam: tanti tamen eius est quam diximus quoad humanita/
tem auctoritas hec: ut illi uel diuinitas ipsa reuerentiam deferat: quapropter
nolite flaccessere. nec a ceptis desinite: dominum enim habemus quem pater ex
audiuit: siquid itaq; hunc petieritis facturus est uobis: quod sane in euangelio
discipulos alloquens dominus dicit: si diligeretis me gauderetis utiq; quia ua/
do ad patrem: quia pater maior me est: & quecunq; pecieritis in nomine meo
dabit uobis. ¶ Didicit ex his que passus est.) Didicit inquit deo obtempera/
re & patri: idipsum patiendo edoctus. apparet autem dictum id pene absurduz
cum tamen secus se habeat: nam quo pacto ab his que fuerat perpessus: obedi
entiam didicit: qui uel anteq̃ pateretur: tantopere patri sit obsecutus: ut uł ma
la que tulerit uniuersa: ut patri morigerum se prestaret. ultro se excepent. fact9
est enim inquit obediens usq; ad mortem. aduerte ergo cur illud dixerit: cum
enim hi ad quos hanc scribit epistolam: ex animi quadam pusillitate & diffidē
tia: minus parere bene monentibus uiderentur: uisum est paulo infima quedaz
de filio explicare: ut hui9 exemplo: magis ac magis illis persuaderet: diuine uo
luntati fidenter obtemperarent. nec grauiter ferrent pressuras: quin potius su/
perne & celitus diuinam opem expectent: nam & filius inquit: cum mortē ob
sequendi gratia sustinuisset: & a patre quidem exauditus est: & eius anima a
morte erepta. sic itaq; eo ex tempore didicit patri obtemperare: unde magnas
nunc asserit esse obedientię uires: subinde dicat: si enim christo in lucrum passi
ones cessere: longe magis & nobis in cōmodum sunt he concessure: uides quē/
admodum ut auditoribus profectum afferat paulus ubi ad id condescendent
ut uel absurda quedam dicere de filio uideretur. audi ergo que insequuntur.
¶ Et consummat9.) Perfectio ergo ex malorum tollerantia gingitur cur igi
tur ipsi moleste pressuras has fertis que perfectiores uos reddunt. ¶ Factus
est omnibus obtemperantibus causa salutis eterne.) Id est non modo ipse sal/
uus est factus: quin & salutem ceteris contulit: nec temporariam aliquam aut
breuem qualis solet in bello afferri periclitantibus: sed eternam: at quibus est
illa allata? nimirum obtemperantibus: Cur ergo uos increduli estis: in tante sa
lutis ammittende & uersamini in discrimine. uidesne quēadmodum hec omnis
oratio tam uariis sit figuris distincta: sed aduerte & orationis huiusce prestan/
tiam. ait enim factus est causa; quod utiq; diuinitatis est proprium. nam deum
preter; alius nemo: esse tante salutis causa potest. ¶ Appellatus a deo pontifex
iuxta ordinem melchisedec.) Quoniam inquit passus est ille & pontifex ē nun
cupatus: utpote qui sese in mortem obtulerit: nec tamen etsi sanguinem obtu/
lit pro iudaicis institutis id egit: sed in melchisedec morem: factus est ponti/
fex: nam quēadmodum ille non fuit olei liquore ab homine delibutus: sic nec
christus quidem: sed a deo consubstantiali ipsius spiritu offusus est: utq; & ille
rex fuit: ita & iste potitus est regno. ¶ De quo grandis nobis sermo & inter/

pretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.) Cum illis sit de sacerdotii differentia disserturus: primuꝫ hos increpat arguens se ob eorum inscitiã tam multa fuisse de christo & abiectiora locutum: & uerbo ipsi & incarnato diutius se immoratum: nam si non adeo essent hii animo imbecilli: iampridem de altioribus rebus disseruisset: ob uestram igitur inquit torpedinẽ difficulter haberi poterit sermo: quẽadmodum sacerdos sit christus: secũdum ordinem melchisedech institutus & uestram ob ignorantiam nequaq̃ qui ue & in illud recte interpretari. enimuero Corinthios apud quos cum nequiret de spiritalibus disputare: ut qui inter se diffiderent ut segnes & torpidos arguit. cum autem inquit facti estis: ostendit hos olim sanos fuisse & mente integra & fide constanti. & postremo tandem in eam ignauiam recidisse. ¶ Et enĩ cum deberetis magistri esse propter tempus.) Laudibus uituperationem interserit dicens: aliorum oportere hos instructores esse: ostendit autem iampridem his q̃multa fuisse de deo credita: & misteria ipsa intellexisse: id sane utrunqꝫ laudabile est & eorum in gloriam cederet: ni ignauos se postmodum prestitissent: solent enim inquit homines temporis fieri processu ualidiores: uos uero illo abusi: ignauiam estis iam resoluti. ¶ Rursum indigetis ut uos doceamini que sint elementa exordii sermonum dei.) Elementa christi humanitatem dicit. naꝫ quẽadmodum cum litteris danda est opera: primum elementa ipsa sunt perdiscenda: sic & hoc loco christi humanitatem fuissent hi edocendi & assuefaciendi minoribus. ut postmodum ad maiora & diuinitatem ipsam progrederentur que sane mentem exigit perfectiorem. ecce iam a paulo ipso edoctus es q̃obreꝫ infimis sit sermonibus immoratus: nec altius aliquid uel raro dixerit: & ꝙ demum ob auditorum imbecillitatem id agat: argumento est epistola que abiectionibus est & infimis rebus referta: etsi quid forte quod sit sublime contineat summatim illud & breuiter tractat. ¶ Et facti estis quibus opus sit lacte non solido cibo.) Non enim opus inquit habetis: sed facti estis: id est uestra opera ad id estis deducti: ut uoluntate sitis istiusmodi redditi. Lac uero humilem sermonem & de minimis differentem & hoc loco appellat: & in epistola quã ad Corinthios scribit. solidum uero cibum: que perfectiora & altiora sunt dicit: nõ enim inquit oportuit que legis sunt in presentiarum producere: ex hisqꝫ & christum conferre: qui haudquaq̃ potest pre eius magnitudine comparari: quia & pontifex sit: & seipsum immolandum obtulerit: & cum clamore orauerit & supplicatione. cum itaqꝫ istiusmodi uobis sint nutrimento: uel ista adieci. nota autem uerba diuina pro ueris esse & certioribus nutrimentis. dabo enim inquit his famem audiendi uerbum domini. ¶ Omnis enim qui lactis est particeps: expers est sermonis iustitię. paruulus enim natus est.) Iustitiam hoc loco uel uitam dicit optime gestam: ut subinde dicat: qui enim minus perfectus est: superne erit philosophie ignarus: nec percipere potest uitę sullimitatem. quã christus sic inquiens a nobis deposcit etsi non habundauerit iusticia uestra plusq̃ scribarum & phariseorum zc. uel iusticiam christum ipsum appellat quasi id inferat: qui humilium istiusmodi & de incarnatione tractantium particeps fuerit uerba uero que altius de deo & digne fiunt nequaq̃ acceperit: tanq̃ infans aliquis erit: nec tanti mysterii capax. ¶ Perfectorum autem est solidus cibus.

Id est sublimia dogmata & christi complectentia diuinitatem; uides ne & ali-
ud quiddam infantię genus que senibus inesse deprehenditur. mentis scilicet
simplicitatem quandam & inconstantiam: & perfectionem quam ętate inferio-
res ut assequantur nil impedit. ¶ Qui pro habitu & consuetudine exercitatos
habent sensus: ad discretionem boni & mali) Consuetudinem perfectionez di
cit & morum ipsorum firmitatem: ut enim est moribus quisq; & habitu stabili
tus: sic & animi sensus habet in sacris litteris exercitatos: ita ut dogmatum cel
situdinem queat ab humilitate discernere. & sana a corruptis diiudicare: nō enī
de uita hoc loco disserit: nam bona discernere quisq; ualet: nouitq; malum esse
nequitiam: probam uero uirtutem. aduerte autem quēadmodum exercitatione
& experientia scripturarum sit opus: si nobis que heresem sapiant & que min9
sunt differenda: neq; omnibus adhibende sunt aures guttur enim cibos degus
tat; anima uero probat sermones. ¶ Quapropter intermittentes incohationis
christi sermonem ad perfectionem eius feramur.) Dixit superius torpidi estis
& infantes: & necesse habetis iterato: prima fidei elementa iam edoceri. nunc
uero inquit oportet utiq; tanq̄ perfecti uos sapere excedereq; christi incohatio
nis sermonem: id est fidei ipsius primordia: & ad perfectionem deferri. sublimi
um scilicet esse capaces. uel aliter intelligi id dictum potest. cum enim hi circa
fidem uiderentur claudicare eo nunc de uita disserit incomprehensibili: subin&
dicat: haudquaq̄ necesse est: ut circa ipsa initia semper uersemini: id est ut de fi
de assidue instruamini; tanq̄ ad eam nuper inducti. sed ut ad perfectionis fasti
gium perducamini: id est ad optimum uiuendi modum: optimus enim est quis
q;: cui ad fidem accesserit & rectior uita. principium tamen & fundamentū est
fides: qua sine: nihil apprehenditur: sicut nec absq; prioribus elementis: littera
rum quis potest habere peritiam: nec tamen perpetuo primis debetis elemen
tis insistere: nec semper tanq̄ pueri minutiores: & imperfecti in fide estis erudi
endi. si quis uero que ante proposita sunt conspicetur. improbetq; que deinceps
sequuntur: tanq̄ superioribus minime congruentia: intelligat id sepe paulū fa
cere consueuisse. ut cum de re una aliqua tractet: ad aliam prosiliat longe diuer
sam: quēadmodum & ad Corinthios cum de cōmessationibus & cenis differe
ret de diuinis mysteriis sermonem statim inuasit. nec secus & hac in epistola:
cum his ignauiam imbecillitatem & torpedinem & exprobrasset: ad perfectio
nem accipiendam transgressus: & quēadmodum illis uiuendum esset: dicere est
adortus. imperfectos eos appellans: & eo quidem quia nequaq̄ cum fide & ui
tam coniunxerant. ¶ Non rursum iacientes fundamentum penitentie ab ope
ribus mortuis & fidei ad deum.) Id est ne denuo eadem illa aggrediamini que
olim fecistis cū baptismi essetis lauacro abluendi: & nuper ad fidem concessisse
tis: ex mortuis operibus penitentiam dicit: id est satane operum repudiationez
constat enim qui ad christi fidem accesserit: prioris tam dogmatis q̄ uitę peni
tudine concessisse. nam si preteritorum quēpiam nihil peniteat quo pacto pre
sentia aggredietr̄? & ideo fide adiecit ad deum: nam mortuis renuntiantē operi
bus: mox fides īuadit. ait igitr̄ nō enī uos estis tanq̄ tirones: & nup īstructi in
fide erudiendi. qppe q̄ iādiu fidē hanc excepertis: ex his aūt arguit paul9 hos
qdē in fide labasse: & tanq̄ nōdū obfirmatos: fundamento aliquo indigere.

¶In baptismatum doctrine.) Neq; eniz perinde multa sint baptismatis gene
ra plurali us9 est numero: cũ unuz sit baptisma: sz anteq̃ id sequaẽ & accidat sit
necesse: nã si rursum hos instituerent; & iterato ut labantes baptismo ablueret.
necessario & baptisma id: plura hec sequerentur: qđ sane foret absurdũ: inquit
ergo: nõ enim iteꝝ estis baptisandi: sed in primo uobis accepto baptismate per
manendũ. sciendũ preterea queadmodũ qui legi inheserant: uarias baptismatuz
speties iudaico ritu uel in gratia denuntiasse. attende etiã uti post penitentiam
baptismus affert: nam cũ penitentia hec sola pse nequeat nos penitus emũdarẽ
& baptismo abluimur: ut omne in nos collatũ munus christi gratie ascribamus
¶Impositione quoq; manuũ.) Qua scilicet & spiritũ sanctũ accipiebant: cui9
gratia & futura pdicerẽt & miracula ederent: ait enĩ & alibi paulus Cũ manus
eis iposuisset acceperunt spiritũ sanctũ. ¶Ac resurrectionis mortuoꝝ.) Id enĩ
cũ baptisamur per figurã pretenditẽ: nam cum ueluti ex aqua emergimus: tunc
qdẽ resurrectionẽ fateri uidemur: & mortuos resurrecturos astruimus. ¶Et
iudicii eterni.) Id est qđ ppetua quedã est allatuꝝ: siue bona sint illa: siue ma
la & cruciatus. ueꝝ id uideẽ hoc loco sentire apostolus est quidẽ non indecens
hos ipsos existimari: etsi iam credidissent: nutabundos tamẽ & instabiles esse:
uel praue ducere uitam & negligenter: subinde diceret: uigilate: nõ enĩ id dicerẽ
licet: si p sõnolentiã & ignauiã uiuimus: uel forte & a fide ipsa deficimus: ite
rato possumus p baptismi lauacrũ segnitiẽ omnẽ: & peccata abluere. & pristina
bona recuperare. non enim bis baptisamur: si ista sic fore existimatis: longe
uos fallit opinio. ¶Et hoc faciemus siquidẽ permiserit deus.) Quod illud s
ad perfectionẽ dico euadere: si modo id deo libuerit: hoc autẽ nõ eo intulit per
inde nequaq̃ hoc pmissurus sit deus: sed qa usurpare huiusmodi aliquid inter
loquẽdum solemus: si dei uoluntate fieri liceat: hoc illud ue sum aggressurus: si
mul etiã instruit ut cuncta ex illius arbitrio pendere & nutu existimemus. &
ita ut uel ea quidẽ que ex confesso sunt bona. proprio iudicio nequaq̃ credam9
uel uiribus. idipsum & iudas apostolus cõmonefacit. ¶Impossibile est enĩ eos
qui semel sunt illuminati.) Non enĩ inutile dixit uel indecoꝝ: sed impossibile:
quo fit ut & his de secundi lauacri expestatione: omnẽ spem adimat. ¶Gusta
uerunt etiã donũ celeste: & participes facti sunt spiritus sancti.) Donũ celeste
id est dei gratiã & spiritus sancti peccatoꝝ scilicet remissionis: tunc enĩ & spi
ritus sancti participatio adest: cũ remittuntur delicta: quippe qui in corpore ha
bitet peccatis olim obnoxio: is uero: ut diximus: spiritus per manuũ impositi-
onẽ conferebatẽ. ¶Et bonũ gustauerunt dei uerbum.) Quod illud sit nequaq̃
apertius protulit: insinuat tamẽ queadmodum de uniuersa spiritali doctrina
edisserat: cum dei uerbũ dicit. ¶Virtutesq; seculi uenturi.) Mirandarũ rerum
operationes seculi uirtutes appellat: uel uitam si quando in angeloꝝ hanc duci
mus morem: & ita ut nullis presentibus rebus indigeamus: sed futuris dũtax-
at intendimus: habentes iã uitę future pignus uitã quã hoc seculo uiuimus. nul
lis opibus aut rebus exterius oppressi sed spiritalibus deditũ. ¶Et qui prolap
si sunt reuocari rursum ad penitentiã.) Id est p penitentiã. quid ergo num in p
senti eiecta est penitentia? nequaq̃ sed secundi lauacri innouatio: est nãq; baptis
mi pprium homines inouare: sicuti & ppheta ait. renouabitur ut aqle iuuent9 tua

penitentię autem officium est a uetustate eruere & eruta roborare·cum neque-
at tamẽ ad claritatem celestem illam traducere: quod utiq; sola gratia ualet ad
penitentiam itaq; inquit: baptismatis scilicet: prius enim anteacte nos penitet
uite: deinceps & baptismo abluitur: sicuti predictũ est: penitentię ex mortuis
operibus· exsequentibus tamen liquido patet; hec quidem icirco paulum protu
lisse: ut secundo baptizari hos prohiberet· ¶ Rursum circũcingentes sibi filiũ
dei.) Baptismus quidem pro cruce habetur: cum christo nanq; & uetus homo
patibulo affixus est: unde & christi ipsius per mortis similitudinem; illi sumus
nos complantati: & item cum per baptismum simul: quod utiq; cũ aqua imer-
gimur figuratur: humati sumus: nam queadmodum ille in cruce mortem carne
obiuit: sic & nos in baptismo sumus peccatis demortui: qui igitur fuerit secun
do baptismo ablutus: quãtum in eo est: iterato christum cruci affigit· quod pla
ne absurdum & impiũ est ille nanq; semel & mortuus est & resurrexit: & mors
ei ultra non dominatur· non ergo erit secundum aliud quiddã baptisma: quia
nec est secunda crux aliqua: nam si secundo baptismus concederet: quid impe-
diret quo minus uel tertio & quarto: uel milies quis baptismo hoc perfruatur
nec simpliciter dixit crucifigentes: sed sibipsis adiecit: ut arguat qui negligenti
us uitam hanc ducunt sic omnia factitare: perinde aliud quiddam lauacrũ ex
pectarent: ac tanq̃ praue de fide sentirent· ¶ Ostentui habentes.) Thriumphi
loco ducentes: uituperant: hoc autẽ dupliciter uelim intelligas: uel quia hi qui
tunc temporis patibulo hunc suffixerunt: ad eius ignominiaʒ id mortis genus
excogitarunt: abhominabile scilicet & ignominiosum: ut quod latronibus des-
tinatum esset & sceleratis: uel quia cum semel mortem christus obierit: immor-
talis esse iam creditur: quocirca qui iterato illum cruci affixerit falsum id & cõ
mentitium reddet: quid sane christo in dedecus cederet; quandoquidẽ post uni
cã mortẽ ei deneget immortalitatẽ. & ut falsam coarguat: ait itaq; duob9 mo-
dis fieri non potest: ut res ita se habeat: primo quidẽ quia nequaq̃ dignus ar-
guitur: qui fuerit re tanta dignatus: & baptismi sit lauacrũ & peccatoꝝ remis
sionẽ adeptus: & iterato eisdem bonis fruatur: secundo uero quod dictu nefari
um est: quia impossibile est dei filium denuo crucem posse subire. ¶ Terra enĩ
sepe super se uenientẽ imbrem bibens.) Terram quidem animã ipsam: imbrem
uero doctrinam appellat: ut alibi: imperabo inquit nubibus deus: ne aquã plu-
ant in uineã: & rursum fluuius dei impletus est aquis: hoc est qui a deo alios in
struendi gratiam sumpsit: supernis oppletus est donis. ostendit autẽ hoc loco
hos ipsos et si uerbum exceperint: idq; & alias sepe sint assecuti: nil tamen ex eo
adhuc profecisse: quod & superius dixit: qui debetis esse magistri ꝓpter tẽpus.
¶ Et generans herbã oportunã·) Id est uitam uirtute preditã: nihil est enim
compositũ adeo & decoꝝ ut uite puritas ipsa· ¶ Illis a quibus colitur·) Her-
bã id ẽ recte uiuendi modũ illis parit hec terra a quibus & colit̃: & eisdẽ ẽ hec
oportuna. siquidẽ iidẽ illi quibus uirtus ipsa est usui: ea fruunt̃: nõnulli uero il
lis id est preceptoribus ĩterpretati sunt: ꝑ eos nãq; optima uita excolit̃: & ipsi
sunt discipuloꝝ uirtutis participes· ¶ Accipit benedictionẽ a deo·) Hoc loco
tacite grecos philosophos refutat: qui terre feracitati; fructuũ ubertatem ascri-
bunt· non enim inquit cultrices manus sunt que fructus producũt: sed id oĩne

in dei est potestate qui terre fructus abunde defert & his benedicit ut magis exuberent. ¶ Proferens enim spinas ac tribulos.)Non enim generans dixit: ut pauloante de herba iam dixerat: sed proferens: id est luxurians & ubertim germinans: spine uero & tribuli: cum uite curas: tum opum fallacias: & quodvis peccati genus designant: quēadmodū & dauid inquit propheta: conuersus sum in erumna mea cum infigitur spina. Spina nanq; non modo inuadit sed inheret & figitur: & acriter adeo: ut si non penitus omnem excusseris: uel si pusillum aliquid ex ea resederit: dolores excitet non mediocres: & quibus ut medeatur necesse sit: et diligentior cura prestetur. accedit & tribolus id est peccatum qui undecunq; attractes: et pungit acrius et undiq; se prebet infestum: & in hac uita ignominiam affert: et in futura tormenta et penas. ¶ Reproba est & maledicto proxima.)Terre quidem probare feraciq; benedictū fuisse a deo iam dixit: infructuosam uero et sterilem non execrabilem dixit sed execrationi propinquam, ne penitus desperemus. naz qui fuerit maledicto propinquior: poterit si uelit ab hoc per penitentiam procul abscedere. ¶ Cuius consummatio est in combustionem.)Haud sane qui cumburitur dixit: sed cuius in cōbustionem est finis: hoc est qui ad finem usq; in prauis facinoribus perseuerat: ut queat a sterilitate secedere: & sentes ipsos oburere. & probus effici debet: & benedicti particeps fieri. ¶ Confidimus autem de uobis dilecti meliora opera & uiciniora saluti: tametsi ita loquimur.)Cum satis iam hos momordisset: incussisset q; & formidinē: placat tamē & lenit medendo ne prorsus reddat infantes: sz ut iam resipiscant hortatur: nam qui torpidum minus incesserit: torpedinez procul dubio augebit: ait igitur: non enim hec uos ut improbē dixi: neq; ut existimem sentibus iam esse obsitos: sed ueritus ne id uobis contingat. non enim expectamus tales uos fore: sed quod satius est: opera uestra saluti propinquiora: id est: uestrā salutem cure uos habituros; tametsi hec loquimur: hoc est acrioribus uerbis ex acerbamus: uel etiam de coruz uita hec dixerit: subinde dicat: nō enim adeo senticosi uos estis: & peccatis oppleti: quin speranda sit salus: uel forte eos de futura retributione cōmonefacit: quasi id inquiat: neq; enim adeo estis execrationi propinqui neq; tam ad uredinem proximi: sed alia quedā uos p̄mia manent: ut ex sequentibus patet. ¶ Non est enim iniustus dominus ut obliuiscatur operis uestri.)Vide quēadmodū hos recreauerit confirmetq; ad meliora sperandum: admonitos & priorum operum & diuinę iustitię: sic dicens: si enim iustus est deus: nequaq̄ uestra opera obliuioni mandabit: que olim gessistis: clementie si & mutuę caritatis. pro his hauddubie uobis mercedem ille persoluet: nulla ergo uos capiat desperatio: quandoquidem expectanda sunt potiora, habet enim deus omnē in se ęquitatē; siquid igitur habuit mea oratio acerbitatis: nil profecto urgendi uos gratia ea sum usus: quippe quos sciaz nequaq̄ esse merito execrandos. ¶ Et dilectionis quā ostendistis in nomine ipsius qa ministrastis sanctis & ministratis.)Magna quedā fuisse que hi gererent opera suo testimonio probat apostolus: & horum laudat promptitudinē: id nanq; ministrandi officium: summā ministrantis exprimit uoluntatē: caritatē uero elemosinam dicit: quā nonmodo fratribus sunt impartiti: sed in dei etiā nomine alijs contulissent. uide q̄maxime illud nos consolatur: siquidem non in ipsis homi-

nibus: sed in deo beneficiū collocamus: sicuti & in euangelio christus: qđ enī uni ex pupillis istis feceritis mihi fecistis. enimuero qui dei ob gratiam fratri diligēter ꝓspexerit: ī deū id bñficiū cōtulit. sanctis aūt id est fidelibus ipsis: est enim quisq; cum fide & sanctimoniam nactus: uel si in rebus hisce mundanis uersetur: si modo fidem operibus roboret. ait enī & alibi paulus sanctificatur quidem uir infidelis in muliere fideli & econtra. parit itaq; sanctitatem fides. quo fit ut non solum in heremo diuersantibꝰ: ut preditis sanctitate: quin & laicis erit cura & studium per nos impendenda: illi nanq; fide & uita preferunt sanctitatem: hi uero per fidem nonnunq̄: & uitam pleriq;: attende autē ut eos nunc lenit placatq;: non enim qui ministrastis inquit: nec ultra progressus est: sed & ministratis subiensit: id est uel hoc tempore uestrum hoc prestatis officiū. ¶ Cupimus autem unūquēq; uestrum eandem ostendere sollicitudinem ad expletionem spei usq; in finem.) Perinde at aliquis quereret: q̄obrem hec paule protulisti: si nihil eras nos incessurus: hec inquit: eo protulerim: ut in futurum recta progrediamini: non ut que antehac ipsi egeritis improbem: sed ut ī posterum uobis prospiciam: nec uolo dixit: quod utiq; preceptorię autoritatis fuisset & licentię: sed cupimus: quod sane est paterne affectionis indicium. nec uerbis tenus mea hec terminatur cupido: sed ardet animus uestri ob gratiam: tantam uim prefert cupiditatis: cum cupimus dicit nec uestri solum sed cuiusuis hominū adeo ille acerrime omniū susceperit curam: cuiusuis conditionis & status: & uniuersos hic tutabatur: cupimus inquit uos eandem ostendere sollicitudinē ad expletionē spei: id est ut plenā & perfectā habere uos spem preferatis. aduerte q̄ prudenter hec tractet: quippe qui ne aperte quidem hos urgeat: non enim a spe inquit uos excidistis: & resipiscite tandē: sed subinde id mitius dicat: uelim equidem omni uos studio niti: ut quales olim fuistis: tales nos in presenti & in posterum exhibeatis. ¶ Ut non segnes efficiamini.) Vel id quidem subiungit ut hos consoletur: nam & in futurum rem ipsam producit: dixerat nanq; superius: quandoquidē torpidi estis effecti: sed auditu: ibi quidē solis auribus torpedinē terminat: nunc uero prospicio inquit quominus animum hic pertingat segnities. nam quēadmodum corpori ocium & inexercitatio officit: sic & anime bonoꝝ operum obest neglectus: & homines reddit somnolentiores & torpidos. ¶ Uerum imitatores eoꝝ qui fide & patientia hereditant promissiones.) Commemorat que ante hac optime peregissent: & ex eoꝝ recte factis profert nunc argumenta. & ad pristinum statum traducit. uerum ne forsan existiment se plane indignos quorum haberi ratio debeat: eoq; & spretos fuisse a deo & destitutos: ostendit temptationibus uiros: eo acrius diuexari: quo magis animi magnitudine polleant: & deum ipsum magnis & prestantibꝰ uiris sic uti solere. nam si confestim tradere quod fuerit pollicitus: nequaq̄ quāti esset quorundam fides pateret. tunc enim arguitur quis fidem prestare aliquid pollicenti: cum & si longius interlabitur tempus. sperat tamen promissa se accepturum: nec meret desperans uel torpet: ait itaq; eo quidem pungentia loquor: ut uos excitem tandem ad hos imitandū q̄ ꝓmissoꝝ iam sunt hereditatem adepti. qui uero hi sint paulopost dicturus est. aduerte autē quē-

admodum prius fidem posuerit: deinceps & patientiam subdat: ex fide nanq̧ & patientia oritur: ni enim quis prius crediderit: daturum deũ quod ante pro- miserat: nil patienter moram hanc tollerabit. ❡ Habrae nanq̧ promittens de- us: quoniam neminẽ habuit per quẽ iuraret maiorem: iurauit per semetipsum di cens: nisi benedicens benedicam te & multiplicans multiplicabo te.) Cum mul tã sint quę ex fide hereditarunt promissa: alios quidẽ interea preterit: reliquit- q̧ posteris conquirendos: unius dumtaxat habrae meminit: cum ob psone auc toritatem: tum quia hic precipue: cui pleraq̧ promitterentur: dignus est habi- tus: ut promissa assequeretur: unde & arguit nihil esse intolleranter ferendum sed expectandus deus qui promissa non statim dependere: sed longo post tem pore consueuit. ueruz quando iurauit deus: nimirum uel ipsis quidem in uerbis iusiurandum hoc esse arguitur: cum inquit per memetipsum iuraui: forte etiam cũ nisi inquit dicturus est quispiam: dei esse hoc iuramentum per semetipsum iurantis: nisi uero pro certe positũ est: quod sane nil aliud prefert nisi q̧ ueritatẽ affirmat: ueritas uero quis esse preter deum alius potest: sic & in euangelio do minus: amen dico uobis: eodẽ utitur & simili iuramento: cum enim nõ haberet prestantiorẽ per quẽ iuraret: per semetipsum iurauit sicut & pater. ❡ Sic longa nimiter ferens adeptus est repromissionẽ.) Cur enim cũ in epistole calce dictu rus sit paulus: hi omnes non retulerunt repromissiones: sed e longinquo eas spectarunt & salutarunt: nunc uero asserit fuisse habraam promissa iam assecu tum? nõ enim hisdem de rebus hoc loco & alibi differit: hic quidẽ facit de his mentionẽ que in uita hac promittunt̃: que post diuturnũ tempus adeptus est habraam: ibi uero de celestibus que nondũ est consecutus: utrunq̧ tamẽ mag- num his affert qui pusillo sunt animo solamen: quandoquidez promissa hec si magno animo fuerimus consequemur: & alias uero arguemur uesanię. si nondũ habraam qui tot iam seculis nature concessit: eadem illa est assecutus: ipsi uero egre ferremus nõdum his esse potitos: aduerte autẽ cum longanimiter dixit non minus ex diuinis promissis hec assequi posse: q̃ per magnanimitatẽ & tol- lerantiam: nunc uero cum longe secus rem suadet his euenturam: id est inter- cidi posse promissa: cum ipsi diffidimus: territat: idipsum affirmans in deserto uaganti populo contigisse. qui cum in desperationẽ uenisset & diffidentię ma lum promissionis terram non est consecutus: dicet aliquis bene habet: cur tam̃ nec sanctissimi uiri etsi tollerantiam de se prestitere: hancipsam non attigerũt? quia in fine inquit illa sunt hauddubie adepturi: uulgꝰ uero querulũ illud: nec diuinas illas attingere potuit promissiones: nec prorsus attinget. ❡ Hommes enim per maiorem sui iurant: & omnis eoꝝ cõtrouersie finis ad confirmationẽ ẽ iuramẽtũ.) Id est iureiurãdo altercationis omnis ambiguitas tollit̃: nã & ul- tro citroq̧ multa dicunt̃: ut res ipsa patescat: ius tamẽ iurandũ postremo inua dens: confirmansq̧: soluit id omne quo de ambigit̃. ❡ In quo habundantius uolẽs deus ostẽdere: pollicitationis heredibꝰ imobilitatẽ cõsilii sui: interposuit iusiurandum.) Cum itaq̧ res ita se habeat: ut iusiurandum certiorem singulis rebus faciat fidem. iccirco inquit & deus hoc utitur: in quo: id est cum per se iurauerit deus: habunde nobis ostendit facturum omnino sese que promiserit oportuit tamen deo ipsi uel iniurato: fides haberi. tollerat tamen ille nostri ob

gratiam cuncta:& nil prorsus eius dignitatẽ attendit: sed modo ut nobis sua
deat ut ei fidem prestemus & faciat fidentiores uel ad humanam hanc descen
dit iurandi consuetudinem:& sustinet de se indigna iactari.nos enim fideles ꝓ
missorum heredes efficimur:quibus in eius semine quod christus est benedica
tur.aduerte autem queadmodum uel tunc filium dicit mediatorẽ: deum inter
& homines constitutum:per hunc itaq; ut uerbum:iurabat deus ipse & pater.
¶ Vt per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum.)At qua
lis est & cuius promissio:que iureiurando sit confirmata:& quoniã id apud ho
mines & certius uidetur & fidius:eo & illud adiunxit in quibus id est ex qui
bus his duobus fidissima uidetur promissio:nec fieri potest ut mendax aliquo
pacto conuincatur deus:ut igitur hic nostri gratia iurat:& si eum dedeceat ius
iurandum:ita & hunc didicisse ex quibus perpessus est:scito homines eniꝫ id
certius tenent:quod sit experientia comprobatum.¶ Fortissimũ solatiũ habe
amus qui confugimus ad tenendam optimã spem.)Hoc est summã quandam
monitionem & hortamentũ:nec plus quippiam habrae ratione q̃ nostri id dicit
qui ad eũ bene sperando confugimus ueꝝ. ubi nã fortissimum id habemus sol
latium & exhortationẽ:nimirum in tenenda proposita spe:id est ex his que fue
re habrae illi collata:ut de nostris his certiores reddamur & tuti:nec de celes
tibus ambigamus:quoꝝ. nobis esse spes certior debet:sꝫ firmiter & tuto speꝫ
eam detineamus:nec sinamus hancipsam effluere:non enim secus nobis ac ha
brae facta pollicitatio est:quin certior nobis:qui in christuꝫ credidimus ut dic
tum est supra.¶ Quã sicut ancoram habemus anime tutam ac firmaꝫ.)Quaꝫ
spem scilicet ancore loco habemus:nam ut illa cũ tempestas ingruerit: nauigia
continet sistitq;:sic & spes ipsa qui tẽptationibus agitantur & nutant stabiles
reddit & patientes:nec simpliciter ancoram dixit sed tutã adiunxit & firmam
est preterea ancora alia quedã que nauim haudquaq̃ seruat immotam si uel pu
tridior uel leuior sit.non ab re itaq; fundamentũ hoc loco conticuit & ancoraꝫ
dixit:illud enim magis obfirmat & molem impositam fortius sustinet:& his q
sapientię student subicitur:hec uero fluctuantibus & nõdum obfirmatis:q̃les
hi erant qui tẽptationum procellis exagitabantur.¶ Et incedentem usq; ad
interiora uelaminis.)Dixerat supra expectate:futurum est enim ut sperata per
ficiantur:nunc uero quod est certius affert:ait enim per spem iam illa consequi
mur:spes enim hec permeans celum:promissorum nos compotes & in his ut
plane uersemur effecit:tãetsi uidetᷣ in terris cõsistere:ẽ nãq; spei huiusce uis tã
ta:ut celestes reddat q incolunt terrã: queadmodũ enim in ueteri testamẽto ue
lamen:sanctius tabernaculum coercebat:& se iungebat a ceteris:sic & celũ no
bis obtenditᷣ:ut inferiora hec celestibꝰ abigat & diuinis.¶ Vbi p̃cursor ꝓ no
bis introiuit iesus.)Cum enim inquit spes nostra celũ ingreditur:qđ dixit con
firmat:ex rebus ipsis & fidẽ adiungit:christus nanq; in celum se cõtulit:sꝫ pre
cursor:id ẽ eodẽ cõcessuris & nobis:ducẽ se p̃buit:q enĩ precursor est nõnullo
rũ est insequentiũ preuius:nec magna est inter preuium hunc & subsequentes
intercapedo:sicuti nec longe post iohannẽ subsecutꝰ ẽ xp̃s:q̃propter nolite aĩo
obturbari:si nondum ea loca adiuimus: que precursor & preuius dominii te
net:nec satis habuit precursorem dixisse:quin & uester adiecit:ut maiorem fa

ciat fidem: subinde dicat. non enim erat illi necesse ut celuȝ ingrederetur quip-
pe cui semper ut deo celum pareret. sed quemadmodum pro nobis carnem ac-
cepit: sic etiam nostri ob gratiam: celi intima penitrauit: ut uiam & nobis se-
quentibus aperiret: sumus ergo & nos necessario quo ille profectus est: conces-
suri. uel pro nobis id est ut patrem uobis suo intercessu conciliet: sicuti & pon-
tifex semel in singulos annos: sacra illa templi penetralia: deum populo concili-
andi gratia adibat. ¶ Secundum ordinem melchisedech pontifex factus est in
eternum.) Vel id quidem ad hos consolandum admodum ualet: siquidem pon
tifex noster in celis uersatur: & longe prestat iudeorum pontifici: sed modo quo
dam & ordine: non enim pro illorum sed pro melchisedech ritu est pontifex in
stitutus. hunc preterea & loco & tabernaculo superat: quod & superius sit & ĩ
celo: & testamento constet. excellit etiam quia maioribus rebus & perfectioni-
bus presit: & loco tuciore consistat. quippe qui perpetuus sit: & non tempora-
rius quin & persona ipsa potior est: est nanq̧ a deo progenitus: nihil ergo est
uobis extimescendum: hec autem propter humanam carnem sunt explicata: se
cundum hanc enim est pontifex factus. ¶ Hic enim melchisedech rex salem sa
cerdos dei altissimi: obuiauit habrae regresso a cede regum & benedixit ei cui
decimas omnium diuisit habraham.) Fert sane apostoli animus: quid inter no
uum uetusq̧ testamentum intersit ostendere: quod etiam statim in ipsis episto
lę primordiis pretulit: inquiens: olim quidem locutus est patribus deus ꝑ ser-
uos prophetas: nobis uero in filio: id est in nouo testamento. & quoniam audi
tores infirmi erant: & imbecilli ad quos istiusmodi perscribebat: utpote qui
egre ferrent pressuras: hos interea collapsos animo reficit: & cum eos satis ad
tollerantiam reuocasset: rursum de noui testamenti prestantia sermonem indu-
cit sed uide q̃ prudenter id agat. ostendit enim melchisedech: qui christum pre
figuraret: dignitate abraam anteire: non enim si illum non anteisset: fuisset be-
nedictus hunc prosecutus: uel eius decimas excepisset. Cum itaq̧ ex habraa ip-
so ortum ducerent legitimi sacerdotes: perspicuum est: uel ex hoc illum presta
re: tanq̃ qui benedicta impartiretur & decimaret aliorum fortunas. qua in re
differre a legis sacerdotibus constat: quanto igitur magis uerus ille melchise-
dech christus: ceteros sua magnitudine anteibit. hec uero ad Christum omnia
rediguntur. intercisa deinde de melchisedech: quam ceperat narratione: subĩfert
& mystica quidem & spiritaliter: per allegoriam historiam. ¶ Primum quideȝ
interpretatur rex iustitię.) Ostendit hoc loco quemadmodum melchisedech cri
sti prefert figuram: quod uel ex nomine ipso perspicuum est. melchi nanq̧ rex
ĩterpretatur: sedech uero iustitia: quis enim alius fuit iustitie imperator: nisi cri
stus ipse & Iesus noster dominus? ¶ Deinde autem rex salem.) Vel ex ciuita-
te ipsa id liquet: salem nanq̧ pax dicitur: nam quis alius christum preter: pacis
esse poterat rex? qui celestia simul & terrena pacauit: nulli itaq̧ hominum com
petit iustitie & pacis imperio nisi christo potiri. ¶ Sine patre sine matre sine
genealogia.) Affert & aliã quandã similitudinem: nã ut melchisedech inqt nõ
qa parentes nullos habuerit: qppe q ut ceteri homines in lucẽ ꝑdierit: sed qa
eius generatio subobscurior fuerit & litteris non sit demandata: nec huius q nã
fuerint ꝑgenitores nomine explicantur. sic & christus secunduȝ inferiorẽ hãc &

humanam sobolem:patre caret:a uirgine enim Maria & sola secundu3 carne3 est natus·& matre quidem secundum supernum illum & celestem ortum: nam a solo patre ante omnia secula sic genitus est ut nec dici possit nec mente comprehendi.est preterea sine genealogia:ait enim generationem eius quis enarrabit:nam & qui in celo hunc genuit pater inenarrabilis est:& modus ipse nascēdi & que eum in terris peperit mater:rationi naturę minus subiciuntur nec legi ulli humane uel partus ipse obstringitur.quemadmodum scilicet que uirgo esset:genuerit:ut sine dolore:& huiusmodi cetera.uere itaq; christus & matre hoc pacto carebit & patre:melchisedec autem nequaq̄ poterit ueris parentibus fraudari.id enim credi non potest:sed ideo hec paulus refert quia huius parentes nequaquam sint sacris litteris explicati: & iccirco dicitur genealogia carere:quasi illud dicat apostolus:sic enim dixeram sine patre melchisedech & matre fuisse q; eius genus nusq̄ sit in sacris litteris explicatum. ¶ Neq; initium dierum neq; finem uite habens assimilatus autem filio dei manet sacerdos in eternum.) Vel id ita intellige queādmodum superius diximꝰ.melchisedec uero ut homo principium habuit:proculdubio & uite finem.cuiusmodi tamen nos ignoramus quippe qui nec eius geniturę nec mortis tempus tenemus.quo fit ut quoad nostram cognitionem quā nullam prorsus de hoc uel nascente uel moriente habemus:nec principium habet hic ullum nec finem:at christus quia ut deus:hauddubie nec dierum habet initium:utpote qui principio careat:si tēporum aduertamus principia tametsi a patre ut causa ducat originem nec finē habet quia eternus.ubinam gentium Ariani nunc agunt.audiant queādmodū nunq̄ esse ceperit filius:paulo identidem astruente:& siquem forsitan dubitatio huiusmodi aliqua subiret:quo pacto christus esse secundum ordinem melchisedec sacerdos poterit in eternum:quandoquidem ut ceteri homines melchisedec nature concesserit:nec in eternum sacerdotio sit ille potitus:ambiguitate3 huiusmodi ita soluemus:& christum fatemur:cum sit eternus nec habeat fine3 uero hoc fungi & perpetuo sacerdotii munere: & ita ut uel hoc tempore pro nobis offerre sacrificium:pro eius in nos beneficiis:existimetur:accedit q; apō patrem pro nobis etiam intercedat:& hunc in modum nobis sacerdos ipse longe magis prodesse arguitur:maiorīq; mysterio quodam & mirum in modum & preter omnium intellectum sese in cibum & potum proponit.melchisedech autem perpetuo dicitur sacerdotio fungi:nec quidem q; perpetuo esset uicturus:mortē enī iā multis seculis obiit:sed quia de eius morte nihil habetur in diuinis exploratum codicibus:ut ex his pernoscere liceat:quo tempore sacerdos esse desierit.datur preterea id uel ex ipsis nominibus plane intelligi: nam hoc unicum erat melchisedech cognomentum:q; salem rex uocaretur: christo uero certiora & uera inerant cuncta:unde nec principium habet nec finem:cu3 principio ille & fine iccirco caret quia nil quicq̄ de eo scriptum constaret: sed christi dumtaxat figuram hic preferebat:qui uera omnia prese:& propria tulit non aliena. ¶ Intuemini autem quantus sit hic cui decimas dedit de precipuis Habraam patriarcha.) Cum figuram ueritati accommodasset:id est melchisedech christo:nunc demum fidens figuram ipsam Melchisedech iudeorum sacerdotibus clariorem arguit extitisse:neq; his modo:quin uel habraam patri

arcam ipsum prestare· si igitur figura tantopere ceteros antecedit:longe magis
& pontifex christus incomparabiliter istos dignitate & antibit qui per illam
significatur·intuemini inquit & diligenter aduertite:quanti sit iste & quantuȝ
excellat:cui munera detulit:non plebeius aliquis & abiectior:sed habraam pa
triarcha egregius.nec temere quidem patriarce nomen adiecit:quin eo id egit
ut eius personam magis extolleret ex acrothinion id est ex melioribus & hono
rationibus spoliis:nec dici id potest habraam dona hec & exuuias fuisse mel-
chisedec impartituȝ:quia secum una hic militasset.& ob id premia huic depen/
disse militię:sed domi se continenti:munera & decimas detulit:& ideo dixit su
perius obuiam habrae melchisedec processisse.si igitur munera hec impartita:
habraa arguunt melchisedec illum longe prestantiorem: quantomagis consta/
bit:uel legis sacerdotibus illis precellere. ¶ Et quidem de filiis leui sacerdoti
um accipientes:mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem
id est a fratribus suis:quanq̃ ipsi exierunt de lumbis habrae:cuius autem ge/
neratio non annumeratur in eis:decimas autem sumpsit ab habraam.) Confir
mat nunc paulus quẽadmodum melchisedec habraam ipsuȝ prestaret:atq; eos
qui ex tribu leuitico sacerdotio fungerentur:ob ipsius sacerdotii dignitatem a
populo decimas accepisse:unde perspicuum est potiores hos & honoratiores
ceteris extitisse:nam qua alia de causa fieret:ut populus operi & labori inten/
deret:& sepe calamitatibus multis afflictaretur: sacerdotibus ipsis orantibus
nec terram colentibus ex omni uel fructuum uel animantium genere depende/
ret decimas:nisi quia & sanctiores sunt & operi maiori intendunt·tanti est pre
cellens sacerdotii dignitas:& adeo sunt qui eo funguntur fratribus suis subli/
miores:tametsi hi ex eodẽ parente prodierint:melchisedec igitur quia decimas
ex habraa suscepisset:quanq̃ eius generatio nequaq̃ in eis annumeraretur: id ẽ
non ex eadem tribu esset ille progenitus quippe qui alienigena fuit:illi prefert̃
& habetur prestantior:nam quo pacto alieno homini decimas habraam detulis
set:nisi generationi hunc ceteri habuissent. Si melchisedec itaq; qui christi figu
ram pretendit: dignitate prestare & abrae quidem uidetur: longe utiq; in/
teruallo & christus ipse: qui uerus est pontifex: sacerdotibus lege institutis
prestabit· ¶ Et hunc qui habeat repromissionem benedixit.) Quia ut reliqua
ommittam: unum illud precipue abrae nominis magnitudinem attulisset: q; a
deo scilicet promissa acceperat: nunc illud adiecit: ei uidelicet melchisedec qui
christi preferret figuram: benedixisse: qui & tanti esset & tam preclarus ut &
dei colloquio sit dignatus: & ex promisso haberet dominium obligatum.
¶ Sine ulla autem contradictione quod min9 est a meliore benedicitur.) Dix
erat melchisedec benedictis fuisse habraam prosecutum:enimuero neminem p̃/
terit:id q; omnes habemus nullis obstantibus exploratum: qui benedixerit ei
preferri:potiorem q; esse q̃ is cui sit benedictum.erit ergo nunc inquit melchi/
sedech:qui christum dominũ prefigurat:abraa melior longe atq; prestantiori.
¶ Et hic quidem decimas: morientes homines accipiunt: ubi autem contesta/
tur quia uiuit.) Vel alium quendam in modum nunc arguit Melchisedech
ipsum sacerdotibus legis precellere: ii enim inquit hic: id est secundum legem
acceptis decimis moriuntur: Ibi uero idest secundum Melchisedec figuram :

& significantiam decimas capiebat: qui a scripturis uite testimonium habet. tu
enim inquit sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedec ꝙ autem in
eternum melchisedec uiuat ita intelligas: ut superius diximus: ꝙ nulla. sit scili
cet de eius morte in sacris litteris habita mentio: nonnulli autem ꝙ moriantur
leuite: moriatur & melchisedec ita accipiunt: quia ritus uidelicet leuitici sacer
dotii mortalis fuisset: quippe qui iam esset abolitus. Melchisedec uero: siue se
cundum christum sacerdotalis hec institutio & uiuit & permanet & perpetuo ẽ
permansura. ¶ Et ut ita dictum sit per habraam & leui qui decimas accepit:
decimatus est) Ne forte hec legis inquiant sacerdotes: quid illud nostra inter
erit si ab habraam ipso per melchisedec exacte sunt decime: ita respondet: quia
illius exemplo decimatus est leui: qui nostri optinet sacerdotii principatũ: mel
chisedec uero ille: qui decimas excipit: nonne leui est potior: a quo uidetur per
abraam decimas capere: & ut breuiter dicam quasi dictum castigat apostolus:
tanq̃ facinus audax uisum ut leui decimaretur qui nondum in lucẽ prodierat.
¶ Adhuc enim in lumbis patris erat quando obuiauit ei melchisedec.) Con-
firmat quemadmodum decimatus sit leui: atq; cum enim ab abraa progenito
re accepte sint decime: & a leui exiguntur uirtute: tanq̃ qui in habrã adhuc lũ
bis consisteret: futurumq; esset ut huius ex semine: & si nondum genitus fue-
rat procrearetur. nec leuite dixit sed leui: ut prestantiam preferret. o quid ille ẽ
dicere ausus: iudeorum enim instituta eiecit: & iccirco dixit superius quia negli
gentes estis & torpidi: quia & hoc erat dicturus: ne si prius ignauie non hos
arguisset: minus postea pauli dicta pungentia tollerarent horũ itaq; animos
ad eius arbitrium paulus preparatis instructisq;: quodcunq; animo resedisset
nunc explicat: neq; enim quẽadmodum susceptum semen continet terra: sic &
anima dei uerbum uel tener uel fouet: ibi nanq; inest natura: que & firmitudi-
nem habet & soliditatem. hic uero uoluntas: res sane multiplex admodum & in
constans & nutabunda: eoq; necesse est ut preceptor q̃multa longe ante dispen
set. ¶ Si ergo consummatio per sacerdotium leuiticum erat. populus enim sub
ipso legem accepit: quid adhuc necessarium fuit secundum ordinẽ melchisedec
alium surgere sacerdotem & non secundum aaron dici.) Ostendit quẽadmodũ
melchisedec ille abraam anteiret & leui in ordinem sacerdotii illis effectus: nũc
uero aliud quiddam inducit argumentum demonstrans secundum christum sa
cerdotium esse leuitarum longe superius: ꝙq; & christi consummatum sit &
perfectius: illorum uero imperfectum & mancum; nam si perfectum esset sacer
dotium legis: necesse fuisset pro ritu aaron surgere sacerdotem. aaron nanq; de
tribu leuitico oriundus: alioquin haudquaq̃ secundum aaron: sed secundũ mel
chisedec institutum: sacerdos dicitur surrexisse: cum itaq; imperfectius illud co
arguatur: alius quidam inducitur ordo. apertius tamen in subsequentibus hec
explicat paulus: subinde dicat: si enim christus secundum ordinem melchisedec
prius iam extitisset deinceps esset & lex subsecuta iure forsan obiceret aliquis
cum minus esset secundum melchisedec sacerdotium absolutum: datum fuisse
& legis illud: quod aaron esset: Nunc uero cum christus sit ipse qui id mune
ris fungitur: & aliam capit sacerdotalis dignitatis figuram: Perspicuum est:

quandoquidem imperfectu init aaron ipsius sacerdotium: pro eo aliud fuisse
inductum. quod sub ipso legem acceperit: quasi dicat nemo poterat aaron con
summatum dicere sacerdotium: quippe quod alius non hebreis sit traditum id
tamen populo plane collatum: in eoq; & populus ipse legem accepit hoc est
iussus est huiuscemodi sacerdotio uti: & ad eius ritum intendere & illius gra/
tia omnia exequi. cur ergo si queras illud eiectum est: quia impotens certe & in
ualidum fuerat. ¶ Translato enim sacerdotio necesse est ut & legis translatio
fiat.) Patefacit hoc loco quēadmodum lege ipsa cessante & redacta in nihilum
consequenter & illud esse testamentum inductum: nam si alio traductum est sa
cerdotiū: necesse est & legem aliam esse quandoquidem nequit sacerdos sine tes
tamento & lege constare. translatum est itaq; sacerdotium non solum pro mo/
do id est q; nequaq̄ pro aaron ipsius melchisedec institutis & ritu constet: sed
tribu: a sacerdotali nanq; & aaron tribu: in regiā illam iuda traductum est id
sacerdotium: sed attende mysterium: hoc enim cum regale fuisset mox est & sa
cerdotale effectum: quēadmodum christus cum rex perpetuo esset: sacerdos ta/
men euasit cum carnem assumpsit: & sese in sacrificium obtulit. ¶ In quo eni3
hec dicuntur de alia tribu est.) Ostendit preterea: quēadmodum & secundum
tribum translatum sit sacerdotium atq; christus in quo id est de quo dicūtur
huiusmodi & in quo hec sunt terminata. de tribu alia est: iuda scilicet. ¶ De q̄
nullus altario presto fuit.) De qua tribu qui ortum duceret: nemo presto fuit
altario: id est arę appropinquauit. uel sacra curauit. ¶ Manifestum est enī qa
ex iuda ortus sit dominus noster.) Optime dictum: ortus est & ex habrae ua
ticinio sumptum: oritur stella ex iacob asserentis: & ex Michee prophetia mu/
tuatum: qui solem iustitie christum appellat. quibus ex uaticiniis ostēditur fo/
re: ut orbi terrarum hic illucesseret: aperiretq; mortalium mentes eius presen/
tia. ¶ In qua tribu nihil de sacerdotibus moises est locutus.) Cum constet in
iude tribu moysem que sunt in bello administrata narrasse: de sacerdotibus ta
men nullam facere mentionem. ¶ Et amplius adhuc manifestum est enim si
secundum similitudinē melchisedec surrexisset sacerdos alius. (Quid eni3 cum
manifestum est inquit: prefert apostolus: nimirum quod inter utranq; iustitia3
interiacet medium. uel in gratiam reduxisse sacerdotium asserit: cum testamento:
ideq; non solum patere quia ex alia tribu prodierit qui surrexit sacerdos: nec ul/
tra sit hic ex leuitica proditurus: sed etiam ex eo quod dicturi iam sumus: uide
tur enim superuacaneum si secundum ordine3 melchisedec & reliqua id est quā
do secundum melchisedec ordinem surgit sacerdos. ¶ Qui non secundum le/
gem mandati carnalis factus est sed secundum uirtutem uite insolubilis.)

Ex melchisedec enim non aliorum sacerdotum ordine est christus sacerdos ef
fectus: illi nanq; a lege sacerdotium accipiebant: que carnis haberet mandata:
iubet enim huiusmodi: carnem precide & carnem abluito & a carne abstine: &
carnis bona assequeris: melchisedec nullis eiusmodi sed diuina uirtute nititur:
iccirco illum & uita in eternum potiri affirmat & sacerdotio insolubili: uiuere
autē hūc ita accipies: ut supra est explicatū: & qa nihil nobis eius de morte cō
stet uł tāq̄ ꝺ sacerdote dictū id fuisse itellige: subīde dicat q sacerdos ab9: id ē

christus: non secundum legis carnale mandatum: sacerdotium ipsum accepit: sed patris uirtute & suapte potentia insolubili sacerdotio fungitur. Erat autez a re non alienum ut cum carnalem dixisset & spiritalem adduceret: at quo pacto adiecit: cum scdm uirtutem uite insolubilis dixit: nam & breue aliquid & momentaneum per carnalem expressit: & iure quidem ad eam temporis breuitatez uite addidit insolubilis: christum arguens uirtute propria uitam perpetuaz assecutum. ¶ Testatur enim quoniã tu es sacerdos in eternum scdm ordinẽ melchisedec.) Confirmat ex his quod ante dixerat insolubilis uite: atq; scriptura quidem asserit in eternum esse hunc sacerdotẽ effectum: oportuisset eniz nõ scdm melchisedec ordinẽ dici: sz scdm aaron. nunc vo cũ secundũ ordinez melchisedec describatur: perspicuũ esse christum haudquaq̃ ex lege: sed modo alio quodam longe diuino sacerdotio fungi. ¶ Reprobatio quidem fit precedentis mandati: propter infirmitatem eius & inutilitatem: neminem enim ad perfectũ adduxit lex.) Dixit quẽadmodum legis fieret translatio: idq; uel argumentis ostendit: & demũ causam affert. mos enim est nobis mortalibus: tunc aliorum acquiescere dictis: cum ea certis quibusdam rationibus comprobant̃: inquitq; eo enim facta est reprobatio id ẽ cõmutatio quedã & repudiatio p̃cedentis mãdati: id est anticipantis testamenti: quia infirmũ esse & inutile deprehensum est. queret aliquis quid illud: neminem ergo lex ipsa iuuit: iuuit quidẽ: sed alioqn ut perfectionẽ afferret nil profuit: quia neminem inquit perfectum effecit: cur ergo lex ipsa infirmior esse arguebatur: quia solis & nudis litteris imperantibus nitebatur utputa: hoc facito: illud caueto: nec ullas ad exequenda mandata uires suppeditabat: quales in presentia nobis per spiritũ suggerunt̃. sed inuasuri mox sunt qui legem detrectant heretici. ecce nunc paulus legem improbat dicturi sunt. ueruntamẽ o insensati: non enim hic nequitie arguit legem: sed inutilem dicit: & eo infirmã: quia nequeat perfectionẽ afferre: nam quẽadmoduz lac tenellis infantibus: destinatis temporibus longe plurimũ confert: etate uero prouectioribus nil prorsus conducit: sic & lex ipsa iudeis est imperfectioribus profutura: cum illos ab idolorum cultu deterreat abigatq; & ad deũ traditis preceptis nonnullis traducat: his uero qui perfectiores euaserint: nil prorsus est profutura. nam & purificationes quasdam iniungit: & sacrificia: carni accomoda: quibus minus indigent spiritales. & iccirco nunc reprobatur. solent enim ea refelli que post longã consuetudinẽ improbitatis tandem coniuncta & nullius perinde profectus: repudiant̃. lex itaq; tamdiu olim obtinuit dominatum: q̃diu in cõmodum cedere uidebat̃. ¶ Introductio uero melioris spei per quã aproximamus ad deum.) Reprobatũ utiq; est legis mandatuz: & subinducta est spes: nec qualis iudeorum spes erat: sperabant enim & illi cũ deo se morigeros exhiberent: terrã hanc adipisci: uel hostes aliquos debellare: & ut sũmatiz dixerim: in premiũ omnia expectabant: que corpori pertinerent: spes tamẽ nostra longe secus se habet: quippe que sit longe prestantior: nam & celum speramus & deo esse propinquiores: illicq; cum angelis simul assistere & ministrare. dixit superius ingredientem internum uelamen. nunc uero per quam deo inquit appropinquamus: Spes enim ipsa & dei nos throno proximos faciat & socios reddit. ¶ Et quantum est non sine iureiurando.)

Ecce & alio quodam modo:& iuniorem sacerdotem a ueteribus differre iaȝ indicat:& quid nouum inter & uetus testamentum intersit enodat:neq; eniȝ simpliciter christi inquit promissum est sacerdotium:sed iureiurando confirmatuȝ ut habunde dei uerbis fides prestetur:quod & superius dixit:iurauit dominus abrae maioris certitudinis gratia. ¶ Hi quidem sine iureiurando sunt sacerdotes facti:hi autem cum iureiurando:per eum qui dixit ad illum iurauit dominus & non penitebit eum tu es sacerdos scd̃m ordinem melchisedec.) Legis enim sacerdotes inquit sine iuramento sunt constituti:non enim pro istiusmodi sacerdotum prouectione:iurasse hunc in modum comperimus deum:tu scilicet:ille ue:futurus es secundū legem sacerdos:christus uero deo iurante sacerdotium iniit:eundem sic alloquente:tu es sacerdos ineternum scd̃m ordinem melchisedec. ¶ Intantum melioris testamenti sponsor factus est christus.) Hoc est inquantum iureiurando confirmauit futurum hunc sacerdotem. neq; enim iurasset:nisi hic esset longe prestantior:unde & nouum ueteri testamentū pluris esse arguitur.sponsor uero id est mediator & intercessor. ¶ Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes:iccirco q; morte probibentur permanere: hi autem eo q; permaneant in eternum sempiternum habent & sacerdotium.) Arguit plane hoc loco quantum christus sacerdotes alios antecedat dignitate & gloria.atq;:ibi nanq; q̃multos esse quia mortales:hic uero unum:quia sit immortalis.sempiternum itaq; habet hic sacerdotium hoc est quod aliquo pacto nequeat intercidi:nec ullum habeat in hac dignitate successorem:uides ne quēadmodum legis sacerdotes hic prestet:quantum quod mortale est: immortale. ¶ Vnde saluare in perpetuū potest accedens persemetipsum ad deum.) Cum itaq; immortalis sit inquit:potest uel cunctis prodesse: & in perpetuum nec momentaneam cum in hac uita:tum in futura salutem afferre:nam & qui in ueteri pontifex esset:etsi cetera clarus & admirabilis:q̃diu tamen pontificii fungebatur hoc munere:tamdiu sacrificia offerebat:qualis & samuel erat:& istiusmodi ceteri:decetero tamen nequaq̃ se ita gerebat:quippe qui mortem obiret:xp̃s uero pontifex ille:& uitam ducit perpetuo:unde & salutem potest sempiternaȝ his impartiri:qui ad deum sese per eius transferunt fidem:nam qui in filium credit ad patrem se contulit:patet nanq; per filium ad patrē accessus. id enim iter si quis inuaserit apud patrem diuertat necesse est. ¶ Semper uiuens ad interpellandum pro nobis.) Carnis ob gratiam:abiectius hec de christo sunt dicta:est nanq; carnis assumpte ratione pontifex ille effectus:& quia pontifex sit eo & intercedere dicitᷣ.dicet aliquis num qui haud secus ac patre suscitet mortuos:cum debeat perse saluti esse mortalibus intercedit:& qui omnem habeat ceteros iudicandi licentiam:& angelos possit partim in ignis caminum detrudere:& partim saluos efficere qui fieri potest:ut suas pro aliis partes nunc interponat:dixerim equidem ob eius humanitatem & carnem desumptam: christum ita se gerere uerum ut leniorem se auditoribus paulus exhiberet: nolite inquit uereri:haud tamen id usurpare:caritate nos christus ex eius benignitate prosequitur:habetq; apud patrem fiduciam:abstinete id dicere non enim nos poterit semper ille tutari:uiuit nanq; & perpetuo ut pontifex utitur hoc nostri ob gratiam intercessu:cum uero dico humanitatem:haudquaq̃ illā a diuinitate

sciunxerim:una est enim in duobus substantia:sed illud ago ut auditores per/noscant:que deceant utrusq; naturam:idipsumq; q carne obductus filius af fidet patri:intercessio quedam pro nobis pretendi:tanq̃ caro ipsa patrem exo/ret:eoq; sit hec a filio ipso desumpta:ut saluos nos faciat. ¶ Talis enim dece/bat ut nobis esset pontifex sanctus innocens.) Constat sane ex his: que antea dixit & prosequi nihil desistit eadem confirmare:carnis dixisse ob gratiam pati lum:quis enim huiusmodi de deo differeret:nec pudet quidem incõprehensibi li illi nature hec adiecisse:osios itaq; religiosus & sanctus est:qui nihil eorum que facere debeat intermittit:acacos uero & innocens: qui caret malignitate: neq; enim inquit eius in ore inuentus est dolus. ¶ Impollutus.) Necq id qui/dem deo in laudem cedere dixerit quispiam:minus scilicet dici hunc inquinatũ sed liquet sane de christi unius humanitate dicta hec esse. ¶ Segregatus a pec catoribus & excelsior celis factus.) Legis enim inquit sacerdotes etsi in ceteris polleant sanctitate:pro natura tamen humana:nequicie arguuntur:nec prorsus sunt a delinquentibus ipsis seiuncti:quippe qui et ipsi sint peccatis obnoxii:nec dum in celis uersantur:pontifex uero hic noster:cum omni sit uirtute superior & a peccatoribus ipsis penitus alienus:uel in celo est celsior factus:throno pa terno insidens:cum uero factus est inquit:perspicuum est secundum carnez de christo id dici.nam ut deus perpetuo est in celo sublimior. ¶ Qui non habe/ret quotidie necessitatem queadmodũ sacerdotes prius pro suis delictis hosti/as offerre deinde pro populo.) Cum enim dixisset nostrum pontificem hunc es/se a peccatoribus segregatum:idipsum deinceps dicendo amplificat:aitq; tan/topere ille omnium est facinorum expers:ut uel hostiam offerens propriũ cor/pus:non illam pro seipso obtulerit:qui enim fieri id poterat:qui nil deliquissz sed pro nobis hanc obtulit:legis preterea sacerdotes in dies singulos immola/bant tanq̃ nequirent semel sacrificando expiare delicta.hic uero hostiaz taliter obtulit:& tam fuit illa rei ingentis effectrix:ut uel temporis momento:per se terrarum orbem purgauerit.quo fit ut uel in hoc quidem noster pontifex chri stus legis superet sacerdotes. ¶ Hoc enim fecit semel seipsum offerendo domi nus noster iesus christus.) Quod illud:id sane ut sacrificiũ scilicet pro populi peccatis non suis offert:semel est sacerdotis perfunctus officio: deinde uero: ut dominus:sedet: ueruntamen necum sacerdotem hunc dici intelligis existi/mes eundem astandi & ministrandi prestare sedulitatem:ostendit queadmoduz dispensatione quadam:sacerdos ille fuerit effectus.qua terminata suam resup/serit sublimitatem. ¶ Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatẽ ha/bentes.) Ne forsan te suspicio subeat:& si semel hic obtulerit hostiam:pro se eti am hanc obtulisse:confirmat nunc dicens nil hunc pro suis peccatis offerre:le gem uero homines diuinitatis expertes constituere sacerdotes: habentes infir/mitatem:hoc est qui minus possint delictis obsistere:sed illis ut imbecilli suc/cumbunt:hic uero cum sit filius prepotens:quo pacto quiuerit peccato subes/se:qui ergo nullus est sibi conscius mali:cur hostiam esset pro se oblaturus: si quidem nec sepe pro aliis sed semel obtulerit quia cum uirtute is prestet & po testate:uel unica & sola oblatione satis potuit cuncta perficere:poteris etiã in/firmitatez pro peccato accipere:ut sepe alias & multis in locis paulus dicit: uel

pro morte ipsa: nam cum mortales sint qui legis sunt sacerdotes: & fragiles:
necipsi qdē crimine ꝑrius uacabūt: nec purgare alios poterant: hic uero & im
mortalis & prepotens est: unde ita subsequitur. ¶ Sermo autem iurisiurandi q
post legem est: filium ineternum perfectum.) Aduerte distinctionem: ibi enī
lex dicitur: hic iusiurandi sermo: id est firmissimus uerissimusq: ibi homines &
seruitute omnes obstricti: hic filius simul & dominus. ibi infirmi hoc est delin
quentes & peccato obnoxii: ac morti subiecti. hic in eternum perfectus. id est
sempiternus & potens: nec solum cum inter homines ageret: sed perpetuo delic
ti est expers. hic itaq si semper est: si labitur nunq: si uitam perpetuo ducit: q̄
obrem uel pro se offerre uel aliorum gratia hostiam frequentius debet? ¶ Ca
pud autem super ea que dicuntur: talem habemus pontificem qui consedit in
dextera sedis magnitudinis in celis.) Caput semper quod summū est dicitur:
cum enim quis sit paucis complexurus: que magis sunt propria: breuiter inqt
& summatim se uerba facturum: uti & capud: & si breue aliquid sit: principale
tamen est corporis membrum: & ceteris proprius: ait itaq hoc loco apostolus
caput est super ea que dicuntur: id est quod prestantius dicam & breuibus: de
um ipsi habemus pontificem. considere autem maxime congruit deo. aduerte
autem q cum humilia pleraq explicasset: cuiusmodi illa sunt cum pontificem
deum appellat: cum intercessiones dicit hūc facere: & quotquot istiusmodi sūt
& humane: mox ad celsiora transcendit: dicitq hunc in dextera sedis magnitu
dinis considere. quod utiq diuine est maiestatis: hunc uero modum continen
ter hic seruat preceptorem & dominū imitatus: qui identidem in euangelio fa
cit: ut ex rebus inferioribus hisce: & consuetis: auditorem traducat ad uerbum
excipiendum. alioquin nequaq̄ subsequetur qui audit nisi pedetentim & lento
gradu ascenderit: ex rebus itaq altioribus patefacit iccirco fuisse humilitatem
illam permissam: ut nature condescenderetur humane. sedem autem & magni
tudinis thronum: paternum dicit. uel quia pater ipse magnitudinis sit id no
men sortitus: uel simpliciter quia maximus ille & sublimior dei thronus: dicit̃
sedes. ¶ Sanctorum minister.) Quēadmodum enim terreni & inferiores pon
tifices hi: sancta sanctoꝝ & penetralia illa ingressi: eorum ministerio fungebā
tur: sic christus supercelestium illorum penetraliū que uere sunt sancta minister
est. Videtur autem sibiipsi paulus contradicere: in epistole enim principio dix
it ad angelum quēpiam sede: neq enim spiritus omnes ministrant: quandoqui
dem nequaq̄ deceat sedere ministros: sed pedibus stare: nunc uero cum eū dix
isset in throni dexteram consedisse: rursum illum pro ministro inducit: cur er
go tam uarie a suis dictis dissentit? Id sane fecit ut condescendat aliquātisper
humanitati: unde & summus admiscuit infima: nonnulli uero minister sanctoꝝ
ita intelligunt: perinde homines facit sanctiores: quippe qui noster sit pontifex
¶ Et tabernaculi ueri quod fixit deus & non homo.) Attollit his dictis ho
rum nunc animos: nam cum par esset: illis non satis constare nos esse taberna
culum id assecutos: ecce inquit maius quiddam & certius tabernaculum: celū
habemus: nam uetus illud nostrum hoc nomen prefigurabat: at primum illud
manibus fuerat hominum fixum. ut de moise fertur & aliis. Id uero nouū de
us prefixit: hinc autē intelligi potest quēadmodū & basilius sentit: nec mobile

esse celum nec circulare: fixit enim cum inquit utrunq; tollit. ¶ Omnis enim
pontifex ad offerenda munera: & hostias constituitur: unde necesse est & hunc
habere aliquid quod offerat.) Cum enim sedere hunc dixit: ne falso hunc &
ex cōposito sacerdotem dici & pontificem credas: sedere hunc asserit: nec tamē
inquit ob id pontifex esse desiit: habet nanq; que pontificis sunt uniuersa: &
ut legis sacerdotes deo offerre aliquid consueuere: ita & hic ipsum se obtulit
is itaq; quia throno insedit: dignitatem ostendit. cum uero pontificis fungitē
munere: clementię plurimum: & quoniam querunt nonnulli: cur mortem ille
obiuit: si filius est & eternus: id soluens sic inqt: iccirco enī hoc egit: quia & sa
cerdos hic esset: sacerdos uero nequaq̄ est sacrificii expers: erat itaq; & aliquid
hic quod offerret: ut haberet; necesse. quod autem offerretur preter eius corp9
nil quicqpiam erat: necessario ergo & mortuus est: donum uero inter & hostiā
si accurrate interpretemur: id interest: q; hostia quidem in cruore offert̄ & car
nibus: dona uero ex fructibus constant: & eiusmodi ceteris que incruenta sint
alioquin apud sacra scripta indifferenter posita reperiuntur: ut illud respexit
deus ad abel & munera eius. tametsi constet ex ouium illa primogenitis extr/
tisse. ad Caim autem & munera eius nihil attendit cum ea ex terre fructibus
constitissent. ¶ Si enim is esset super terram: nec fuisset sacerdos: cum essent
sacerdotes qui offerrent super terram munera.) Adhuc in eo quod dixerat cō
firmando insistit: subinde dicat & si in terris hic habeat tabernaculum: nihilo/
minus & in celis uersatur: & nil prorsus ob id prohibet̄ quin & fruatur sacer/
docii dignitate: aduerte autē q̄prudenter id agat: nam uel ex his quidem qui/
bus alii nequaq̄ hunc sacerdotio fungi potius confirmarent: q; scilicet nullum
sit nactus in terris locum: ubi esse sacerdos quiret: hic longe magis sacerdotez
esse affirmat: inquit q;: ob id autem ipsum sacerdos hic esse arguitur: quia nul/
lum haberet in terris locum: si eniz in terra hac esset: haudquaq̄ sacerdos fuis-
set: ubi & alii forent dignitatis eiusmodi. factionibus nanq; hoc pacto uiderēt
res agi. nunc uero cum celum habeat: quo & proprium subuexerit corpus: &
ibidem apud patrem intercedit pro nobis: fit itaq; quandoquidem in celis ille
permaneat: eo magis & sacerdotiuz habeat fit necesse. ¶ Qui exemplari & um
bre deseruiunt celestium.) Hoc loco quo christus in celis iam fruitur sacerdotii
arguit excellentiam. cū uetus quidem testamentū figuram quandam & umbraz
dicat: nostra uero celestia nuncupet nimirū nostra hec debēt celestia dici: ī qui
bus nihil est terreum: sed spiritalia cuncta: que mysteriis hisce perficiuntur:
in his enim & angeli concinunt hymnis: celestis & regni claues & peccatorum
remissio: rursum & colligatio insunt: & nostra denicq; in celis ē conuersatio. ho/
rum itaq; figuras & umbras legis preferunt sacerdotes: id est subobscura que_
dam argumenta: & umbratiles lineas que in ueteri sunt testamento per moy/
sē patefacta. ¶ Sicut responsum est moysi cum consummaret tabernaculū: ui/
de inquit: omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.)
Cum enim que oculis intuemur acrius ipsi pcipimus: q̄ ea que audiendo edis/
cimus: ꝑpterea moysi deus uniuersa aperuit: nec solum tabernaculi formā: sed
quēadmodum esset etiā imolandū: & cultus alii peragendi & ritus. ¶ Nunc
autē melius sortitus est ministeriū.) A superiorib9 dictis hec pendent: uidelicet

si enim esset ille in terris: nequaq̃ pontificio munere fungeretur: nunc uero cuꝫ
interea haud quaq̃ uersetur: sed celum habeat ad offerenda sacrificia locum: di
uersum sortitus est misterium: id est alia est illi in celis administratio: & potior
longe q̃ in terris sit sacerdotibus. quippe cum celestis sit illa utpote que propria
sacrificii locum sortit9 sit celũ. ¶ Quanto & melioris testamenti mediator ẽ)
Cum christi sacerdotium partim a loco: partim a sacrificio extulisset: mox &
testamenti differentiã subdit: atqui dixerat supra ob auditorũ infantiã: & praui
tatem: infirmius esse uetus illud: & plane inutile redditum: sed ocius se his ex
tricauit & paucis profecto absoluit: nunc uero in his differendis diutius im-
moratur: ostenditq; quẽadmodum nouũ id testamentum uetere illo sit potius:
id est euangelium: cuius & largitor & mediator sit christus: is enim nobis ser
ui forma accepta euangelii est minister effectus quẽadmodum & moyses legis
¶ Qui in melioribus promissionibus sancitũ est.) Quod precipue iudeoꝝ fide
lium animos recrearet id affert: melioribus scilicet pollicitationibus nostrum
hoc testamentum constare: non enim terre bona uel solis decorem: uel libe-
rorum promittit hoc multitudinẽ sed celeste imperium his pollicetur: qui euã
gelium exequuntur: nolite igitur inquit concidere animis: sunt nanq; euangelii
longe potiora promissa: quo fit ut mentis minus sint cõpotes qui ubi meliora
sunt assecuti languescant. ¶ Si enim prius illud culpa uacasset: non utiq; secun
di locus inquireretur.) Aduerte quo progrediatur hic ordine: dixerat enĩ po
tius esse uetere illo nouum hoc testamentũ: quod inde liquet: quia melioribus
promissionibus legem acceperit: si itaq; promissa sunt meliora: & premia longe
prestantia: perspicuũ erit & testamentũ hoc nostrũ prestare: & eius iussa esse ma
gis diuina: sed unde id patet: ut huius sint potiora promissa: hinc sane: q̃a pau
lus asserit fuisse uetus illud eiectum: & effectum est hoc nouum. ob idq;: no
uum hoc dominari: & superius iam euasisse: quia & melius sit: & eius sectatores
faciat meliores: nam si uetus illud culpa uacaret: id est si alios irreprehensibiles
redderet: nequaq̃ fuisset aliud ullum eius in loco inductum. nã quẽadmodum
usurpare id omnes solemus: domũ aliquã que sit propediẽ collapsura: uicio non
uacare: sic & uetus dixerim testamentũ minus esse nõ incusandũ: nõ quia hoc
aliquid habeat in se prauitatis: sed quia nequeat meliores efficere: ut quod par
uulis sit & infantibus traditum. ¶ Vituperans enim eos dicit.) Non enĩ illud
uituperans dixit: sed eos: id est iudeos qui per legis precepta euadere ad ꝑfec
tionẽ nequiuerint. ¶ Ecce dies ueniunt dicit dominus & cõsũmabo super do
mum iuda testamentum nouum) Clarius hoc loco ostendit fuisse antiquum il
lud repudiatum: deum enim inducit per hieremiam dicentem: aliud quoddam
institutum testamentũ: & nouum: id est nuper omnino institutum: haud tamen
in eam hec sententiã protulit: ut iudei accipiunt: q̃ Esras propheta innouarit
scripturã: non enĩ hec est noua effecta: sed antiqua & suo statu permansit: tam
etsi de hac ille etiam fecerit mentionẽ. ¶ Non scd̃m testamentũ quod feci pa
tribus eorum in die qua apprehendi manũ illorum: ut educerẽ eos de terra egyp
ti.) Ne quis forte existimet: testamentũ illud eiectũ iri: quod deus habrae reli
quisset: in die adiecit qua illoꝝ manũ apprehendi: subinde dicat: illud sum ipse
testamentum repudiaturus: quod in synai monte patribus uestris tradideraꝫ:-

qui titulum sibi conflauere: nam illud quod est habrae traditum in christo fi-
nem est affecutum: at enim in semine tuo benedicent oẽs gentes qđ utiq christus ẽ. ❡ Quoniã. ipsi non permanserunt in meo testamento & ego neglexi il-
los dicit dominus.) Vides quẽadmodum mala queq a nobis initium ducant. ipsi inquit nõ permanserunt: propterea eos neglexi: & bona a deo & benefacta sumunt originem: cur uero id agat perinde suscitanti cuiq̃: ita respondet: hos equidem eorum ob inconstantiã dereliqui. ❡ Quia hoc testamentum quod de ponam domui israel post dies illos dicit dominus.) Post dies illos: quos nam hos dicit: ferunt nõnulli hos esse in quibus ex egypto abeuntibus hebreis: lex est per moysem tradita: mihi uero uidet de his diebus nunc dicere: de quibus & superius dixit. ecce dies ueniunt: cũ itaq inquit: hi dies aduenerint testamẽ-
tum disponam: cuiusmodi audies. ❡ Dando leges meas in mente eorum & in corda eorum superscribam eas.) Prodeant nunc iudei in medium: & ostendant quo unq̃ tẽpore legẽ sine scriptis acceperunt: nam uel post ex babilone regressum: litteris exarata lex illis per Esram illum imposita est: constat tamẽ aposto-
los in scriptis nil accepisse: sed spiritus legem cordibus admisisse: & ideo christus his usus est uerbis: paraclitus ueniens suggeret uobis omnia & docebit uos omnia. ❡ Et ero illis in deum: & illi erunt mihi in populum.) Id sane p euangelium effectũ est: nam qui antea deos colebant idolorum erant seruituti addicti: nunc ueri dei habita notione: illi in populum concesserunt. ❡ Et doce-
bit unusquisq proximũ suum: & unusquisq fratrẽ suum dicens cognosce do-
minum quoniã omnes scient me a minore usq ad maiorem eorum.) Doctrinã hoc loco eam dicit que ad alios instruendos plus insumit laboris: licet eniz no-
bis perspicere haudquaq̃ pluribus uerbis nos indigere ad eos: qui mente ualẽt persuadendos: ut christi fidem excipiant credant atq lex quidez iudaica in uno aliquo reconditur angulo: delitescitq adeo: ut paucis innotescat: apostolorum uero clangor & uox illa sonora: terras omnes peruasit. quinetiã: cum deus ipse carne assumpta uersaretur in terris: & naturam hanc induens nostram: diuini-
tatis fecisset participem. illuxit tunc sane omniuz animis splendor ille uere dei cognitionis. & uelut quedam agilitas & aptitudo est a gratia illa diuina natu-
re humane imposita: ut dei ueram habeat notionem. ❡ Quia propicius ero in-
iquitatibus eorum. & peccatorum eorum & nequitiarum non recordabor.)
Baptismo nanq nos ille & cõmissorum sordibus abluendo: nil ultra eoꝝ que eo sunt semel lauacro diluta: reminiscitur deus. ❡ Dicendo autem nouum ue-
terauit prius.) Interpretatur propheticum dictum: cum testamentum hoc no-
strum nouum prorsus appellat: arguit plane prius illud uetus uideri. ❡ Quod autez antiquatur & senescit prope interitum est.) Reditus per prophetam fidẽ tior: legem carpit: argueus nostram nunc germinasse & florescere magis in dies ex prophete itaq dictis uetustatis nomen accepit: a se autem ipso senectutis adiecit: & legi demum debeti adiunxit interitum: subinde id inquiat: non enim non oportune nouum hoc nostrum sustulit uetus: sed senectutis & uetustatis gratia cessare coegit quia infirmum esset & plane inutile: sicuti & alibi dicit: nã impotentia legis: in quo infirmior est per carnem. ❡ Habuit quidem prius ta bernaculum iustificationes culture.) Ostendit per sacerdotem quod dixerat

ſacerdotum q̃ꝫ & teſtamentum fore ut in chriſto eadem hec terminentur·idipſũ & nunc ex ipſius tabernaculi figura demonſtrat: tria itaqꝫ erant tabernaculiſ loca: exterior quidem omnibus ut iudeis: ita & gentilibus deſtinatus: deinceps & uelum ſecundo in loco obtendebatur quod ſacerdotes ingreſſi ſacrificiis & diuino cultui quotidie intendebant: hic locus ſancta appellatur que formã ueteris preferrent teſtamenti: quia ibi immolationes perficerentur: erat & ſancta: interior locus: que nos ſanctorum ſancta nunc dicimus: & prefigurabant myſterium: habebat itaqꝫ inquit prius: id eſt uetus teſtamentum: iuſtificationes: id eſt ſymbola uel ſtatuta & leges: que etſi olim habuerat: in preſenti tamẽ his caret: quandoquidem irritum illud ſit & ſuperuacaneum per nouũ hoc redditũ ❡ Et ſanctum ſeculare·) Seculare dicitur: quia ab omnibus adiri permittebat̃ & uulgatior eſſet: hic in tabernaculo locus: & notior: ubi & iudei & nazarei & proſellite & greci conſiſterent & quoniam & gentibus id eſt ſeculi hominibus patebat acceſſus ſeculare hoc dicit· ❡ Tabernaculum enim factum eſt primo in quo erant candelabra & menſa & prepoſitio panum·quod dicitur ſancta·) Primum hoc dicit quoad ſancta ſanctorum tabernaculum: quia alias intermedium erat: ante hac enim ereum olocautomatum altare ſub diuo erigebatur: deinde uelo obtenſo & tabernaculo interſepto: ſequebatur & mediuꝫ illud: ubi & candelabra & menſa: & prepoſitio panum ſtatuebantur· ❡ Poſt uelamẽ autem ſecundum: tabernaculum quod dicitur ſancta ſanctorum·) Vides fuiſſe & aliud quoddam uelamen quod epiſpaſtron iccirco appellat ſcriptura quia auellat & ſeparet diſtrabatqꝫ: quid arcam ſeiungebat: quam indifferenter adirent q̃ uellent in qua ſacrificia offerebant: ex aduerſo ęrei altaris tabernaculo: quod quotidie ſacerdotes exciperet ſacrificantes: ubi uero hoc preteriens: offertur ſecundũ aliud uelũ: poſt hoc: tabernaculũ aliud quoddam adit̃: quod ſancta ſanctorum denominatur quod alius nemo niſi pontifex ſolus inibat: & is quidem in annos ſingulos ſemel. ſchignin autem id eſt tabernaculum ubiqꝫ denominauit: ex eo q̃ꝫ ibi deus inhabitaret· ❡ Aureum habens turribulum: & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro·) Arcam teſtamanti appellat q̃a tabulas ſeruaret: quibus lex omnis contineretur; que a deo fuiſſent hebreis per Moyſem tradita· ❡ In qua urna aurea: habẽs manna: & uirga aaron que frũduerat: & tabule teſtamenti·) Hec hauddubie cuncta iudeorum ſunt ingratitudinis monumenta: nam q̃ꝫ in urna manna illud aſſeruaretur: qua illi quondã cũ alerentur obmurmuraſſent: eo eſt conſtitutum ut huius rei fama tranſiret ad poſteros; & quẽadmodum illi deum exacerbaſſent memorię proderetur: aaron autem uirga: ut illorum contumacia ĩnoteſceret: & quẽadmodum ipſi aaron iã obſtitiſſent: tabule uero teſtamenti illos infidelitatis coarguunt & ĩconſtantię ut quorum de cauſa ille attrite ſint: quia uitulum ſibi cõflaſſent: & idolis inſeruirent: queres fortaſſe cum conſtet in libro regum: litteris proditum: nil aliud fuiſſe in arca preter tabulas conditum: cur nunc & urnam adiunxerit paulus: & aaronis uirgam illa concludi·eo forte id dixit: quia ut a gamaliole inſtructus: optime hebraicam callebat hiſtoriam: & natu maiorum traditione· rem ſe ita habere acceperat: preſertim cum ex hebreis qui phariſtos ſectantur idipſuꝫ & ſentiunt & profitentur: nec tamen in ipſis primordiis: ſed longo poſt tẽpor̃

cum esset necesse ut Ieremię temporibus arca occultaretur in ea & urnam di/
cunt fuisse & uirgam reconditas. ¶ Super quã.) Id est arcam. ¶ Etiam erat
cherubin glorie.) Vel gloriosos angelos dicit: uel quia ad dei gloriam sint ad
id ministeru instituti: quos tamen de industria intulit: ut arguat nostra longe
precellere. ¶ Obumbrantia propiciatorium.) Propiciatorium erat arcę opercu
lum: ut fieri ex sacris litteris certior poteris: cauendumq; ne id preter aliud es/
se existimes: hoc autẽ christum prefigurabat: qui nostrorum est prauorum faci
norum conciliator effectus: is preterea que uetus testamentum cõplectitur: &
obsignauit & reddidit tutiora. ¶ De quibus non est modo dicendum per sin/
gula.) Patefacit hoc loco non oculis solum & obtutu hec terminari: preferteq;
dumtaxat quod esse uidentur: sed enigmata quedam esse & argumenta: ad que
contemplanda perspiciendaq;: longiori opus sit tempore. ¶ His uero ita com
positis in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes: sacrificio℞
officia consummantes.) Erant quidem hec inquit sic instituta: cum nulla ta
men esset iudeis istiusmodi percipiendi facultas: ut qui a uelamine interiecto
secluderentur: sed nobis hec seruabantur: quibus & prophetata sunt & predic/
ta. ¶ In secundo autem semel in anno solus pontifex.) Vides quẽadmodum
uel a principio sint figurationes & figura premissa: & ne illud forsan obiciant
quidam inquiantq;: Cum semel constet secundum christum fuisse sacrificatum
qui fieri potest ut cunctos ille uno hoc sacrificio sanctitate donauerit? quia a p̃
oribus seculis fuerat christi hoc sacrificium destinatum: quod omnibus esset sa
luti futurum: tametsi sanctum illud & tremendum fuisset: quod a pontifice se/
mel in annos singulos offerebatur. ¶ Non sine sanguine.) Cum itaq; sacrifici/
um crucem dixisset: que nec ignem haberet nec ligna nec sepius fuisset oblata:
ostendit hanc semel immolandi & in sanguine priscam consuetudinem: uel cru-
cem hanc ipsam preferre. Quesiuere nonnulli: quo pacto cum in exodo scriptũ
cõperiamus: incensum abolebit super aureo altari: quod uidelicet in sancta sãc/
torum fuisset. aaron enim inquit incensum cõpositionis suaue olentis diluculo
cum lucernas cõponit offerat super illud: & cum accenderit aaron lucernas:
adolebit incensum: unde constat diebus singulis ut incensum hoc adolerent &
sancta sanctorum bis pontificem adisse non semel: siquidem nnus esset ad incẽ
sum hunc adolendum locus non multa: Cur ergo apostolus dicit in annum se
mel pontificem sancta sanctorum inisse: huic questioni ita occurritur: cum san/
guine semel aaron: bis uero cum incenso sanctorum sancta ingrediebatur.
¶ Que℥ offert pro sua & populi ignorantia.) Rursum pro se ipso dicit: nam
legis pontifex inquit pro se offerebat: christus uero longe secꝰ: cur enim illud
egisset: qui a peccatoribus est longe disiunctus: nec unq̃ deliquerit? quo fit ut
plurimum hic a legis pontifice differat. ignorantiam autem dixit nõ ut p eam
peccata exprimeret: sed ut maiorem terrorem incuteret: cum olim iudeis: tum
ceteris qui christi fidem profiterentur: & multorum frenaret superbiam. sub/
inde dicat: si enim non sponte sed inuitus deliqueris: ignorantię argueris: eius/
modi criminis nemo est profecto immunis. nonnulli uero hec dixisse apostolũ
credunt: ut sacrificiu quod secundum christum offertur: & legis immolationu℥

differentiam significaret: perinde legis oblationes huiusmodi: ignoranter dum
taxat commissa remitterent: christus uero iam immolatus uel scienter delinquen
tibus parcat. ¶ Hoc significante spiritu sancto: nondum propalatam esse sanc
torum uiam. adhuc priore tabernaculo habente statum.) Aggreditur demum
anagogice contemplari: que ad tabernacula spectant: aitque enim ad sancta
sanctorum tabernaculum sacerdotibus ceterisque minus pateret accessus: per sac/
ta hec celi prefertur figura: tabernaculi uero locus ille anterior qui erat sacer/
dotibus legis accessibilis semper & patens: legis cultum prefigurabat: id est quam
diu staret hoc tabernaculum & lex ipsa dominaretur: iuberetque & pro eius insti
tuto & cultus & sacrificia fierent: nequaquam pro legis ritu sacrificantibus sancto
rum sancta patere: id est celorum aditum esse his interclusum: quod tamen chri
sto sit a seculo destinatum. ¶ Que parabola est temporis instantis: iuxta quod
munera & hostie offeruntur: que non possunt secundum conscientiam perfec/
tum facere seruientem.) Quod superius dixerat confirmat apostolus: uidelicet
tabernaculum illud quod sacerdotes ingrederentur parabolam id est figuram
fuisse & umbram: temporis pro lege astantis: ante christi aduentum: quo tem/
pore huiusmodi hostie immolarentur infirme adeo & imbecille & tam nullius
momenti: ut nequeant secundum conscientiam: id est secundum interiorem ho/
minem: perfectionem adicere offerentibus. quippe quandoquidem corporum
sordes dumtaxat eluerent: non peccata purgarent. non enim uel adulterium po
terant uel homicidium uel sacrilegium ille dimittere. ¶ Solumodo in cibis &
potibus & in uariis baptismatibus & institutis carnis usque ad tempus correcti
onis impositis.) Lex inquit & legis ipsius instituta humanis solum sunt rebus
imposita: utpote quibus & uesci homines debeant & in potu uti. & istiusmodi
quedam iniungunt: hoc comede: illo abstinebis: uerum quo pacto & potibus
dixit cum constet de potus diuersitate nil quicquam legem mandasse: aut enim id
refert apostolus quia sacerdoti: sancta paulopost ingressuro: interdicta sit uini
potatio: uel in eiusmodi mandatorum contemptum & potibus addidit. erant
preterea & uarii baptismatum modi: nam si mortuum quis attrectasset uel es/
set morbo infectus uel fluxum seminis pateretur: baptismo id est aqua ablue/
batur: & hunc in modum existimabant uel a crimine uel a contagione purgari
carnis uero iustificationes erant precepta quedam que eorum carnem dumtaxat
abstergerent: qui secundum carnem uiderentur sordidiores: nec tamen hec erat
perpetuo permansura: sed usque ad tempus correctionis: hoc est usque ad christi pri
mum aduentum: qui uniuersa hec erat emendaturus: inducturusque cultum ue/
rum & spiritalem. Cum esset autem lex graue admodum iugum: iure imposita
dixit: sicut & in apostolorum actis est scriptum: quid temptatis imponere iu/
gum discipulis quod neque patres uestri portauerunt. ¶ Christus autem assis/
tens pontifex futurorum bonorum.) Priscus enim ait cultus ille: nequaquam in ce/
lum quempiam deducebat: sed christus adueniens intrauit semel in sancta nam
eo hec redit oratio: quod superius dixerat non enim effectus pontifex dixit:
sed assistens: hoc est huius rei gratia uenit. cum nondum alias se ante hac con/
tulisset: sic institutus est pontifex: eius tamen mens & cogitatio ut ad terras

descenderet huiusmodi fuit: ut pontificatum iniret nec quidem sacrificantium dixit pontificem sed futurorum bonorum: tanq̃ nequirẽt diligenter hec expli- care sed simpliciter & confuse expressit: que fuissent in nosipsos collata: uerum futura hec dixit quo ad legis tempus: nam ut hoc instans uocamus: sic futura que christi sunt nuncupat: si cum ipso hoc tempore uel momentaneo compare mus: uel futurorum dicit mysterioꝝ uidelicet: que in futurum nobis reuelabũ tur. ¶ Peramplius & perfectius tabernaculum.) Carnem hoc loco tabernacu lum dicit: que amplior quidem eo habetur quo deus uerbum hanc ipsam as sumpsit: quod omne & spiritus sancti sit opus & perfectius dicit quia perfecti ora perficiat ¶ Non manufactum id est non huius creationis.) Hunc prosili unt heretici omnes: dicuntq; celeste esse & aereum id est christi corpus: id ip- sumq; & paulum sentire hoc loco fatentur: alioquin quo pacto asseueraret in- quit non huius hoc esse creationis: neq; enim a creatis excipitur celum: quippe quod utiq; & conditum sit: nam quid sibi uellet quod dicit hic idem: uetus q- dem tabernaculum: quod circa ueseleel erat hi construxerunt: dei uero & uerbi tabernaculum spiritus sanctus composuit. hac igitur de causa paulus dixit: ne quaq̃ christi carnem huius esse creationis: id est non harum creaturarum ĩ mo dum creatam: sed spiritalem esse & diuinam. eorum nanq; que condita sunt nil habet in se deus uerbum: subsistens. sed caro hec substantialiter est christo uni- ta: secundum itaq; materiam ipsam domini corpus: nostram & conditionem & humanitatẽ accepit: nobisq; & cõsubstantialis fuit hec caro ut ex sanguine pu rissime uirginis compacta: pro modo tamen eius essentie supra nos est: & hu- manam excedit naturam; tum etiam quia per subsistentiam unita sit deo uerbo uel quia materia omnis ueteris tabrenaculi pellibus & lignis constabat: que au ro erat aut ęre uel distincta uel intertexta idipsum cum aduerteret paulus: nõ huius dixit creationis: cuius uetus illud tabernaculum indigeret: huius autem hec omnis ratio comparationibus quibusdam transigitur & demonstrat chri- sti carnis prestantiam. uocat preterea & christi corpus tabernaculum aliquod nti hoc loco facit: ut quod unigenitus ipse inhabitet: insuper & uelamen appel lat: utpote quod in se diuinitatem occultet ueletq;: & his ipsis nominibus: uel uelum tabernaculum nuncupat. perinde hoc ipso resideat: pontifex christus. id ipsum & uelum dicit quia sanctis sit ad meruum instar obseptum. ¶ Neq; p sanguinem hircorum aut uitulorum; sed per proprium sanguinem.) Atqui lõ ge secus se habent res christi: q̃ legis pontificum: & eo excellunt & incompara biliter prestant: quo beluarum sanguis: quem illi tabernaculum oblaturi adi bant: nequit prorsus cum sanguine illo diuino conferri. ¶ Introiuit semel in sancta.) Id est in celum. ¶ Eterna redemptione inuenta.) Non enim breuem & momentaneam aliquam purgationem illorum more inuenit: sed perpetuam delinquentibus animis libertatem. uel quia semel ingrediens & unico aditu be neficium nobis in eternum persoluit. aduerte autem quẽadmodum cum inuen ta dicat spem preter rem obuenisse demonstret nihil enim nobis erat de nostra liberatione & salute compertum: nisi ille hanc inuenisset. ¶ Si enim sanguis hir corum & taurorum & cinis uitule aspersus. inquinatos sanctificat ad emũdatõꝫ

carnis.) Quia incredibile forsitan multis id uidebatur: ut per hostiam unam & unius hominis sanguinem: afferri posset redemptio: confirmat hoc ipsum red ditq; uerisimillimum & certius facit: ex iudeorum opinione: si enim uos inquit uituli cineris aspersione & ex taurino hircinoue sanguine: creditis uos sordibus iri ablutum: pacto & christi sanguis: non animas ipsas peccatis absterserit: erat enim apud priscos iudeos consuetudo: ut uituli cineres asseruarent: cuius post modum aspersione: inquinatos quosq; & infectos purgarent. si igitur inquit uel hirci puluis in eam uos credulitatem induxit: longe magis credetis: christi hunc sanguinem: sanctimoniam allaturum. Si enim autem non eo dixit ut ritus iudaicos comprobaret: quippe qui mox illud subiecerit ad carnis purgationem fuisse hos institutos: nec sanctificat dixit: q̃ sanctimoniam sibi hi per beluarũ sanguinem uendicarent sed quia carnem purgabant non animam. ¶ Quanto magis sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo.) Non enim pontifex aliquis obtulit christum: sed a se ipso oblatus ẽ nec per ignem: ut uitule offeruntur: sed per spiritum illum eternum: sic quidẽ & gratiam & redemptionem reddidit sempiternam: & immaculatum id est peccati expertem: nam & in ueteri testamento buccula in sacrificium querebatur: que maculis prorsus careret. ¶ Mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis.) Ibi quidem ut sanctificet dixit & ad carnis tamen adiecit purgationem; hic uero purgabit inquit: hoc est interiorem hominem reddet hic purũ ẽ quod sane ibi uidebatur deesse. Ibidem preterea qui morticinium aliquid & cadauerosum attigerat purgabatur. hic uero mortuorum operum purgatio fit: que possunt hauddubie hominem inquinare: & morti obnoxiũ reddere. ¶ Ad seruiendum deo uiuenti & uero.) Qui ergo operibus mortuis incubuerit: haud quaq̃ deo uiuo & uero inseruiet: quin opera ipsa que sibi spectanda elegerit ꝓ deo habebit & colet: sic enim qui gulę sunt dediti pro deo uentrem constituent sic inq̃ & cupidus: idolis seruit: sunt itaq; istiusmodi opera mortua appellãda: nec solum quia sint a uita perpetua aliena: sed quia cum hec exercentur abhominanda redduntur: & fallacia quidem: quia nos ubi illexerint: capiant: & uideantur suauia cum minus sint. ¶ Et ideo noui testamẽti mediator est.) Quod deterrere q̃plurimos uidebatur infirmiores: quia illud sepe ac multum usurparent: si christus obiit mortem: quo pacto daturus est quod promiserat: idipsũ nunc paulus leniens: ob id arguit christi ratum esse & firmius testamentum: quia mortuus sit: neq; enim dum superstites sumus testamenti nomen illud sortitur: quod testando nos instituimus. ut igitur inquit puriores nos redderet: mortem subiuit: & testamento nobis cum peccata remisit: & celestiũ reliquit bonorum fruitionem: nos inter & patrem mediator effectus: cum patri haudquaq̃ in animo esset: nobis hereditatem relinquere: ut quibus acriter succensebat: & erat iratior: tanq̃ liberis abse alienis: christus itaq; intercessit & patrem nobis conciliauit: quo modo? id nanq; quod erat nobis ferendum ut contumacibus: ille iam tulit: & mortẽ que fuerit per nos subeunda: pro nobis subiuit effecitq; hereditate hac dignos. est igitur & testamentũ hoc per filii mortem iam confirmatum: quod minime ut ad indignos hereditatem transmisit;

habet preterea & testamentum heredes: sic enim inquiens testatus est christus
uolo pater ut ubi sum ego illic & ministros meos esse. quos uero exheredauerit
ille sic exprimit: non pro omnibus peto sed pro his qui me & professi sunt &
crediderunt. habet insuper testamentum & testes: ut patet ex his: testimonium
autem peribet de me qui misit me pater. & paraclitus testimonium peribebit
de me: & uos testimonium perhibetis. ¶ Vt morte intercedentem redemptio-
ne earum preuaricationum que erant in priori testamento.) Vides queadmo-
dum ut nos redimeret christus: obiert mortez? quo ergo pacto uel ex imbecil
litate & impotentia effectum id esse existimas? quandoquidem christi mors tã
efficax fuerit & ualida ut per eam legis preuaricatio omnis ad sanitatem redie-
rit: cur igitur ad legem confugis: que tam impotens sit & imbecilla: ut quod
uel in se fuerit preuaricatum: corrigere nequeat: nec tamen id eo fit: quia illa ini
quior: sed quia infirmior sit. ¶ Repromissionem accipiant qui uocati sunt eter
ne hereditatis.) Ni enim inquit christi nos obitus a peccatis & facinorib9 exe
missz. quibus patrem iam hostem reddideramus. quo pacto essemus diuinam
hanc adepti hereditatem? cuz uero uocati dicit: ostendit queadmodum ĩitio de
us erga nos ut pater se in liberos gesserit: nam cum essemus iampridem ad he
reditatem acciti: nos tamen ipsi indignos hereditate hac fecimus: nisi filius in-
tercessisset qui nos in hereditatem restituit. ¶ Vbi enim testamentũ est mors
necesse est intercedat testatoris: testamentum enim in mortuis confirmatuz ẽ.)
Haudquaq̃ inquit uos christi mors terreat: nam si nature ille non concessisset:
quo modo ipsi heredes efficeremur: constat enim & testamentum post testato
ris excessum: & uim habere & firmitatem: uel quo pacto digni huiusce essemus
hereditatis: si nondum fuissent nos inter & deum sublate inimicitie. ¶ Alio-
quim num ualet dum uiuit qui testatus est?) Per interrogationem id & lege &
intellige. ¶ Vnde nec primum sine sanguine dedicatum est.) Non enim soluz
apostolus que diceret ex cõmuni quadam consuetudine confirmabat: sed uel a
rebus ipsis que in ueteri contigissent: quod sane iudeos ad credulitatem magis
inducit & fidem ut sibi adhibeant admonenti. Vnde inquit id est quia neces
sarium est ut mors testamentum precedat. unde fuit necesse ut prius illud testa
mentum non sine sanguine fuerit dicatum. sanguis uero mortis est argumentũ
sed uetus illud per agni sanguinem figuram pretulit noui. in quo dei filius in
carne mortuus est: uerum quid illud designat cum testamentum inquit fuisse
dicatum: id quidem: quia hocipsum principium sumpsit confirmationis & robo
ris: neq; enim aliter peragendi sumpsisset initium: nisi sanguinis effusio preces
sisset. ¶ Lecto enim omni mandato legis amorse uniuerso populo.) Secunduz
legem id est quod lege cautum erat & constitutum. ¶ Accipiens sanguinem
uitulorum & hircorum cum aqua & lana coccina: & isopo ipsum quoq; libruz
& omnem populum aspersit.) Quamobrem & liber & populus asperguntur:
nimirum uel ut pretiosum sanguinem prefiguret: quo sumus ipsi & corda hec
nostra aspersi que profecto nobis pro codicibus insunt: uti & superius
dicit: dedit leges in cordibus ipsorum: uel baptismi aquam designat: hunc
enim & sanguis & aqua conficiunt: & ex duobus his alteris constat seor-

ſum tamen baptiſmus: qui etiam cum per aquam conficitur domini mortē de/
nuntiat quam ſanguinis demonſtrat effuſio. iſopum uero intelliges eo inductū
quia & denſior ſit & bibulum magis: & liquore quouis perfunditur: nec ſecuſ
& lanam: uel quia & eius nomen ſortitus eſt chriſtus: ueluti ex parte totum ac
ceperit. eſt nanq & agnus denominatus & ouis que hiſce uelleribus obducun/
tur & lana: quinetiam & coccinam dici hanc uolunt & rubram: quia colore ip/
ſo figuram ſanguinis preferat. ¶ Dicens hic ſanguis teſtamenti quod manda
uit deus ad uos. Chriſtus ſane ſic inquit hic ſanguis noui teſtamenti in remiſ/
ſionem peccatorum: in ueteri ſ̄o nec nouū dicitur: nec peccatorum remiſſio: ui/
des ut ſanguinem dixerit teſtamentum: neceſſe eſt igitur ut chriſti mortem in/
telligas ubi teſtamenti fit mentio. ¶ Et tabernaculum & omnia uaſa miniſte/
rii ſanguine ſimiliter aſperſit.) Vel hoc quidem noſtri prefert figuram: qui &
tabernaculum ſumus. ait nanq inambulabo in eis & inhabitabo: & alibi: uaſa
autem magne domus dei: quedam aurea ſunt: quedam argentea: ſumus itaq
nos uero chriſti ſanguine reſperſi: & ſanctificationem adepti: quandoquidem
& in eius fuerimus morte baptiſmo abluti. ¶ Et omnia pene in ſanguine mū/
dantur ſecundum legem: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.) Cur enī
pene illud propoſuit: quia uetus lex illa nec purgationem quidem perfectam:
nec remiſſionem poteſt afferre: quippe que nec peccata dimittit: nec delet.
¶ Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem celeſtium: his hoſtiis mundari.) Celeſ
tium exemplaria noſtram eccleſiam dicit: habita eſt enim ſuperius mentio: quē
admodum celum eccleſiam preferat: horum itaq & argumenta pretulerant &
figuras: iudaici ritus. eoq & uitulorum ſanguine purgabantur olim iudei: &
buccule crine ſiue hirci: & huiuſmodi uilioribus. ¶ Ipſa autem celeſtia.) Id ē
que ipſius eccleſie ſunt & noſtra. ¶ Melioribus hoſtiis q̄ iſta.) Cum itaq lō
ge ſint noſtra iudaicis potiora: & tantum excellant: quāto celum eſt terra pre/
ſtatius: ſiquidem illorum terrena ſunt bona nobis uero in ſortem ceſſerit celū
iure ipſi uidemur maiori quadam immolatione dignati: dei ſcilicet filii ſangui/
ne: qui nos penitus repurgauit: eſt ergo non ſolum perfectior mors chriſti. ob
teſtamentum iam offirmatum effecta: ſed quia animam ipſam hauddubie qua/
nis labe abſterſit: eo igitur mortis huius cōmemorat paulus beneficia: & uti
debet illam extollit: quia & turpior ſit & ignominioſa q̄pluribus uiſa. quippe
quam in patibulo & cruce ſubierit chriſtus: quod plane apud ueteres illos de
teſtabile erat & fidius tormenti genus. ¶ Non enim in manufactis ſanctis
introiuit ieſus exemplaria ueterorum: ſed in ipſum celū ut appareat uultui dei
pro nobis.) Plurimi quidem templum exiſtimabant iudei: quod hieroſolimis
erat: utpote cui nuſq̄ terrarum aliud ullū par eſſet cū pulchritudine tū & orna
tu: tum edificii uarietate & ſūptu. & quoniā p̄ſentib9 & corporalib9 bonis hi
traherentur: iniunxerat deus ut ꝑ magnificū illud cōſtrueretur. unde uel ab ul
timis terre finibus templi huius uiſendi gratia: hieroſolimā homines cōfluebāt
paulus itaq queadmodū in hoſtiis & īmolationibus egerat: q̄s penitus ex xp̄i
morte iductōe ſubſtulerat: ita hoc loco: cū tēplo celū oppoſuiſſet. arguit quāto
utraq hic īter ſe differāt iteruallo. ꝑinde legis pōtifices dicit: ſancta manufac
ta adiſſe: que proculdubio certiora quedā & uera p̄figurarent: id eſt celū ipſū:

hoc enim certo hec preferunt sancta: christum uero celum hoc fuisse ingressum: tametsi per se omnia teneat ac presto ubique sit ille: id tamen humanitatis gratia dixit & carnis assumpte: nec solum ex his differre a pontificibus legis christum demonstrat: sed hunc ipsum nostrum pontificem deo fatetur propinquiorem: nam etsi prisci pontifices illi per signa quedam deum uidebāt at christus huncipsum spectat & intuetur: & presens alloquitur & in faciem illi & multum apparet: uerum quid illud pro nobis cum inquit designat: quia pro nobis cum hostia & immolatione est celum ingressus que ualeant cum patrem nobis propitium reddere: tum angelos ipsos conciliare: nam & hi quidem in nos tanq̄ sui domini infensissimos hostes: inimicitias exercebant: nunc uero pro nobis uel dominus ipse intercedit. quod autem sit ille celum ingressus id conciliandi nos gratia fecit. ❡ Ut sepe offerat semetipsum.) Neque enim eo in celum se contulit: ut alias sepe: eodem se conferat. ❡ Queādmodum pontifex intrauit in sancta per singulos annos.) Aduerte q̄ longe plurimū christus legis pontifices antecedat: illi nanque in singulos annos & semel dumtaxat sancta sanctorum adibant: christus uero seipsum & semel recepit. ❡ In sanguine alieno.) Pontifices scilicet istiusmodi in alieno cruore: taurorum uidelicet & hircorum ingrediebātur hec sancta: christus uero proprio inuectus est sanguine. ❡ Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.) Si enim inquit seipsum esset sepius oblaturus: & ut mortem subiret frequentius fuisset necesse: quandoquidē per proprium sanguimem esset oblationem facturus. ❡ Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati: per hostiam suam apparuit.) Hoc loco quoddam reuelat mysterium: uerum cur in seculorum consummatione & post multa peccata & non statim in ipso principio se obtulit dominus? Si enim cum diffusa adeo scelera nondum essent mortem christus obisset: & in hunc postmodum nemo mortalium credidisset: nonne secundo fuisset illi moriendum? nonne & inutiles plane omnes eius fuissent conatus: nunc uero cū demum magnum in modum praua hominum increuissent facinora: iure optimo deo se obtulit: & in eius conspectu per hostiam suam & mortem apparuit. in ipsa seculorum consūmatione & fine: cum tempus iam aduentasset quo propheta rum dicta adimplerētur. & deperdita hominum nequicia ad summum iam euasisset: ut anathethisi id est ut peccatum deuincat & omnem illi demat fiduciam suapte sius oblatione: & hostia: hoc est per sue carnis interitum. idipsum fere & alibi dixit cum inquit. ubi enim habundauit peccatum superhabundauit & gratia demitur enim tunc peccato fiducia cum hi qui peccata cōmiserint per gratiam impunes missi sunt facti: nam pena delicti peccatum id est diabolum facit fidentiorem. ut homines ad peccandum magis instiget: unde hos sentiat perditum iri. querit Gregorius nysses: cur in seculi consummatione carnem assumpserit filius: aitque quemadmodum enim peritissimi medici: febre adhuc in precordiis permanente: & egroti corpus acrius diuexante: & egritudinis fomentis adaucta magis: incensaque nullam afferunt languenti medelam: que langoris causas tollat: sed ut morbus increscat operiuntur sic & nobiscum agit animarū medicus ille: expectat enim ut prorsus omnis retegatur nequitia: ut nihil

mineat ex hiis que recondita sunt incuratum. sic demum retectis ille & patea-tibus malis: medebitur. ¶ Et queadmodum est statutum hominibus semel mori post autem hoc iudicium.) Nunc & causam explicat cur semel obierit christus quia unam inquit mortem redemit. erat namque hominibus sic prestitutum: ut semel morte nature concederent: unde & semel ille pro cunctis est mortuus: quid ergo inquiet aliquis: nonne & hoc tempore morimur: ita quidem: haud tamen ullum habet: ut quondam in nos mors ipsa imperium: quin potius resurrectionem speramus: ad quam premium se nobis & ducem moriens christus exhibuit nec mors quidem eiusmodi: pro morte habetur: sed pro somno potius ducitur Et quoniam uniuersos erat mors complexura: propterea ille e uita excedere uoluit: ut morte nos liberaret. uel forte significare hic nititur paulus: eam christum fuisse mortem perpessum: que nobis esset in supplicium dedita: ueruntamen: cum illi ut deo accederet uera humanitas: queadmodum semel homines moriuntur deinceps & iudicium sequitur: sic & ille semel est uita perfunctus: sed audi que insequuntur. ¶ Sic & christus semel oblatus est.) A quo nam ille oblatus est: a seipso non ab alio quouis hominum qui etsi pontifex sit: hostia tamen ipsemet est & oblatio. ¶ Ad multorum exhaurienda peccata.) Queadmodum enim cum rem diuinam exequimur: & sacrosancta illa administramus mysteria: commissa commemorando precamur: siue ultro delinquentibus nobis siue minus ueniam dari: hoc est prius delicta meminimus: mox illa nobis remitti deposcimus sic & ille huiusmodi affatus est patrem: pro his pater meipsum deuoueo: uel peccata ab hominibus ipsis exhausta detulit patri: qui illa dimitteret: uerum cur multorum dixit non omnium: quia nequaquam cuncti credidere mortales: at christi mors omnium equauit perditionem: id est sat ualuit ne omnes perderentur & pro cunctorum salute depensa est: & quantum in eo fuit pro cunctis est mortuus: nec tamen omnium quia illi reluctarentur: peccata exhausit: unde inutilem sibi hi prorsus christi mortem hanc reddidere quod sane horrendum est dictu & admodum deplorandum cum multis illa salutem attulerit in hunc sensum & basilius ipse concedit. repperimus tamen in euangelio quod traderet animam suam in redemptionem pro multis: pro omnibus interpretatum. multi enim plerumque uniuersos designant. ¶ Secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem per fidem.) Mortuus inquit est ille nostris onustus criminibus: & eadem deo offerens patri: ut deleat oblitteretque: quorum gratia mortem sit ipse perpessus cum namque qui peccatum nullum patrarit sontem effecit pater: tanquam qui nostra in se consciuisset facinora. apparebit tamen secundo nil ultra deferens peccatorum: pro quibus non iterato erit huic moriendum: qui semel obiuit sed ut iudex adueniet saluti futurus se expectantibus: id est in se cum spem tum fidem habentibus: operientibus illius aduentum pro cuius dignitate duxerint & uitam: nec solum in salutem uenturus est ille: sed in supplicium minus credentibus & peccatis obnoxiis. ¶ Umbram enim habens lex futurorum bonorum.) Id est formam existens bonorum: que pro noui testamenti promissis: in futurum a christo hos manent qui illum expectant. ¶ Non ipsam imaginem rerum.) Id est non ueritatem ipsam. at quarum dicit hic rerum: immolationis nimirum & remissionis: umbratili enim scripture uetustiora illa simillima uidebantur. quoniam quidem subobscura essent nec satis patentia: noua uero imagini

id est ueritati: utpote que clare subsistunt & finem sunt nacta. accedit etiam quod magnus ille basilius & plerisque in locis de hac apertius disserit: inquiens: legis pasca & audeo & confiteor figure fuisse subobscuriorem figuram: unde datur intelligi: umbram quidem sermonem dici apud apostolum: imaginem uero quem nunc in nostra ecclesia peraguntur: tanquam & reliquam fore perfectiora argumento sint que in futuro seculo perfruentur: qui digni his uidebuntur: que quidem & rerum nunc dicit apostolus hoc est futurorum bonorum. nam ut imago a quo fuerit desumpta differre nonnulla in parte uidebitur: sic & presentia mysteria hec: In seculo illo futuro: a reb9 ill' pfectionibus: haud paruo interuallo distabunt: utque ipsa imagine adumbratio que proxime fingitur inferior est: sic & uetus illud a nouo hoc superatur. ¶ (Per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter nunquam accedentes possunt perfectos facere.) Talis est huiusce orationis contextus: sententia. Si enim huiusmodi legis immolationes & hostie: aliquid essent uirium nacte: nequaquam continenter adeo offerrentur. quippe cum semel oblate aliquid profuissent: & offerri preterea desiuissent: nunc uero cum singulis annnis & persepe illa fieret oblatio: perspicuum est hostias hasce ad perfectionem uolentibus afferendam fuisse infirmiores: eoque post primam oblationem: & secunda deinceps: & alia item: atque alia sequebatur. nam & inter medellas ea dicitur & ualida esse & efficatior: que semel uel imposita uel hausta curat & sanat. quod uero sepius & uarie immuratum imponitur: uim medendi nullam habere arguitur: nec prodest languenti. queret aliquis: num & ipsi sine sanguine immolamus? ita quidem: sed christi tunc reminiscimur obitus & una nobis est immolatio: non multe: quandoquidem est & ille semel oblatus. eundem enim semper offerimus: quin potius oblationis illius memoriam facimus: perinde ac esse hoc tempore immolatus: quocirca constat utique unum esse nostrum hoc sacrificium: legis uero multiplex: tametsi ut dictum est supra eo frequentius offerebatur ut plurimum ac multis prodesset: quod tamen longe secus se habet. nostrum uero ut diximus unicum est & semel oblatum: & tum in hac uita: tum in futura integrum manet: & perfectius est: nam & unus est sanguis: & semel effusus: & unum est corpus: quis fuerit pro multis oblatum. non multa: & item una est que offertur hostia. hanc nanque semper ut presentem offerimus. exempli gratia. oblatus est forte pridie agnus: alterum hodie immolamus nec tamen ut pridiani illius ullam faciamus memoriam: hodiernus uel cedit ur uel offertur: sed presens iste perse sacrificium peragit non preteritum refert: uerum cur apostolus eisdem ipsis hostiis dicit? quia non absimiles hostie erant: sed eiusdem generis animantia cedebantur hodie scilicet agnus & in crastinum agnus: diuerse tamen numero hostie erant. nonnulli uero eisdem pro more immolandi interpretati sunt; hoc est uel cum mactan hostie uiderentur uel igne consumi. specie tamen diuerse utputa ouis: bos: turtur: columbus. nunquam possunt perfectos facere: id est cum futurorum bonorum umbram lex habeat: neque ei adheserũt ad pfectõ3 deducere. nec qui hostias offerũt reddere ex omni pte pfectos uel sanctos poterũt: ad se concedẽtes. ¶ (Alioqui nõne cessasset offerri; ideoque nullã haberẽt cõscientiã peccati cultores semel mũdati.) Si eni iqt peccare desiissent: nõne & hostie desiuissent offerri cũ illi istay ope nihil egerẽt

quia satis iam profecissent: & nullorum sibimet essent prauorum facinorum con
scii: quibus mederi esset necesse: cum semel purgati fuissent & abstersi crimini
bus. ¶ Sed in ipsis cōmemoratio peccatorum per singulos annos.) Nil aliud
inquit efficiunt hostie: nisi quod peccata cōmemorant arguuntque. Non enim com
missorum prestant remissionē: sed plane ostendunt oblatione assidua minus es
se populi peccata soluta: nam si soluta iam essent: quid ultra immolandum fuis
set: cōmemorationē uero cum inquit: ut intelligas facit: non modo futurorum gra
tia delictorum: sed preteritorum ob causam: hostias ab his immolari: quia haud/
quaquam sint preterita illa dimissa: ergo: singulis annis urtuli sanguis offerebatur
pro populo. fit tamen ut hisdem delictis permanentibus: necdum abolitis: id
ipsum sacrificium offerretur: non itaque eadem erit futurorum scelerum ratio: ac pre
teritorum habenda. sed constat priora illa insoluta manere: unde & eandem sem/
per oblationē fuisse arguitur. nec secus quam cum una semper languenti apponitur
medicatio; argumento est huncipsum morbo eodem assiduo laborare. ¶ Im/
possibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.) Ex oblatorum
hac uilitate & morbi ipsius magnitudine: dicta sua confirmat: perinde ac quis/
piam medendi peritus si elefantico morbo affecto cuique in medellam dari lino/
zosam herbam perspexerit: dicat necesse est: nequaquam post hanc herbam elefanti
co illi restituere sanitatem. ¶ Ideo ingrediens mundum dicit.) Christus siqui
dem in mundum humano corpore ueniens per dauid inquit. est autem apostolo
mens istiusmodi nam cum illorum immolationes & hostias inualidas esse & pla
ne inutiles coarguisset: ne quis id querat cur ergo has ipsas iudei exercent? ex/
tabat enim adhuc illorum: & templum: & que legis erant omnia illi exequeban/
tur: cur inquam hec facere non desistunt? unde & rei huiusce causam aperit atque ide
site sunt quidē ut deo placitum ē immolationes huiusmodi: alioquin cum cōstet iudeos pro
uicaces esse & cōtētiosos: & sancto spiritui reluctantes adhuc his detinentur in/
cumbuntque. ostēdit preterea quēadmodum uel ante domini incarnationē deus reiecisset
iudeos: attende autem cum ingrediens inquit quēadmodum uel ante eius in/
gressum odisse hunc iudeos ostēdit. ¶ Hostiā & oblationē noluisti.) Que lege
scilicet sunt institute: etsi satis fuisset hostiā duntaxat dixisse: nihilominus ut ipse ex
istimo eo & oblationē adiunxit: ut sanguinis expers sacrificium designaret. ¶ Cor
pus autem aptasti mihi.) Subinde dicat: cum enim corpus hoc meum consummatā per
fectāque hostiā fore iam a seculo destinasti. ¶ Holocautomata & de peccato tibi
nō placuerunt.) Nec holocautomata hec quae s. igne cōficiuntur sacrificia: tibi placue
runt: id ē uoluisti: nec in acceptum hec retulisti: neque que esset de peccato oblata:
erant quidē ut diuersis de causis: ita & diuersum sacrificiis impositum nomē. nam alia qui
dē pro cōmissis offerebantur: nōnulla pro negligētia: quedam etiam salutaria dicebantur &
cōciliatoria quedam; alia insuper peccatoria. alia demum purgatōis gratia offerebantur que tamen
eo sunt prius sublata quia sacrificium & oblatōem noluisti. ¶ Tunc dixi: ecce uenio in
capite libri scriptum ē de me ut faciam deus uoluntatē tuam.) vides quēadmodum uel an/
tequam dominus carnē assumeret: eiecta sacrificia fuerunt & repudiata: nam & post sublatos
sacrificandi pristinos ritus: tunc xpistus ipse: professus sum inquit ecce uenio tue exequende
gratia uoluntatis. patris uero uoluntas huiusmodi est ut filius immoletur pro mun/
do & homines iustificentur: non in sacrificiis: sed huius in morte: annuntiaui

enim inquit iustitiam in ecclesia magna & deinceps illud est interiectum. in capite libri scriptum est de me: librum autem lapideas tabulas dicit quibus lex fuisset inscripta: uel uetus testamentuꝫ: subinde dicat: in omni scriptura de meo aduentu facta est mentio: & quēadmodū ipse essem offerendus pro mundo: uł caput ueteris testamēti principium interpretatur: nam & in ipsius moysi libri primordio. cum hominē inquit faciamus ad imaginem & similitudinē nostram sue diuinitatis cognitionem aperit deus. ¶ Superius dicens quia hostias & oblationes & olocautomata pro peccato noluisti nec placita sūt tibi que secundum legem offerūtᷣ. tunc dixit ecce uenio ut faciam deus uoluntatē tuā). Enodat paulus dauiticū dictū. sed queres fortasse qd ergo? num legis ipsius oblationes & sacrificia haud quaq̄ ex dei uoluntate prodierant: uoluntate quidē: sed duplex est uoluntas hmōi: uult enī quispiā precipuū aliquid: quēadmodū paulus. Volo aūt omnes homines esse ut ego sū. id ē solutos & nuptiaꝝ expertes. & celibes. preterea altera quedā uoluntas: ut alioꝝ cōdescendatᷣ libidini: ꝓmptior: ut paulus idem: uolo iuniores uiduas nubere. qꝺ tn̄ eo se uelle affirmat: ne de xp̄o querantur: & iccirco hoc illis permisit: sic deus principio nidores & sanguinē respuebat: ubi uero cōpertū habuit iudeos demonibus īmolarᷣ sacrificiis & īmolationibus hisce plurimū detineri: assensus ē: ut in sui honorē hostias illi offerrent: ueꝝ cur paulus cū infinita haberet ad eaꝫ rē testimonia: hoc uno ē usus & in mediū ꝓtulit: id sane ob iudeoꝝ īpudentiā egit: iactātiū ueterē illā iccirco desitā esse imolādi cōsuetudinē: nō q̄ īutilis esſ; ſ; qa facinorosi fuissent q hostias illas offerrent. & isaiā ꝓducūt hoꝝ īcusantē peccata: dicētēq;: manus ur̄e sanguinis plene: & dauid p̄terea hmōi ꝓclamantē: nō accipiā de domo tua uitulos: neq; de gregib9 tuis hircos: & illud quare tu enarras iustitias meas: hec itaq; uel hmōi cōtentiosis iudeis obiciētib9: testatᷣ nūc paulus certiorib9 argumētis pristinos illos īmolādi ritus eo fuisse a deo reiectos: qa nec integritatē nec ꝑfectionē p̄ferrēt: nō ob ꝓp̄li ipsius peccata: ut illi assererēt: nō enī in nono & tricesimo psalmo uñ id ꝓductū ē testimoniū: ꝓp̄li scelera ꝓpheta cōmemorat: q̄ aūt iccirco hoc paul9 usus sit testimonio: audi q̄ īsequuntᷣ. ¶ Aufert primū ut sm statuat.) Qꝺ illud ē primū? sacrificia & īmolationes: qꝺ uero sm pr̄is uolūtas. id ē xp̄i corporis p crucē īmolatio: eiciuntᷣ itaq; ꝑora illa ut cōfirmetᷣ q̄ fit p xp̄i mortē oblatio: quā uoluit qdē & acceptā habuit pater. fit igitᷣ ut nequaq̄ ullo offerētiū crimine: ſ; sua īꝑfectione repudiata sint & eiecta hec sacrificia. ¶ In q̄ uolūtate sāctificati sumus p oblationē corporis iesu xp̄i semel.) In q̄ pr̄is. s. uolūtate p xp̄i corporis oblatōeꝫ sum9 sanctificati: que semel effecta sit: credētes nāq; nos & fideles ex unigeniti oblatōe sāctificati hāc ipaꝫ sum9 pr̄e uolēte sāctificationē adepti: haud itaq; legis ueteris īstituta: dei p̄ferūt uolūtatē: ſ; xp̄s oblat9: & que ex hui9 oblatōe ꝓfecta ē sāctitas. ¶ Et oīs qdē sacerdos p̄sto ē quotidie ministrās: & easdē sepe offerēs hostias q̄ nūq̄ possūt auferrᷣ peccata.) astare ergo: ministrātis officiū arguit: sedere ꝺo christū dicimus cui assistitur & ministerium id exhibetur. ¶ Hic autem unam offerēs pro peccatis hostiam in sempiternum.) Ipse utiq; christus inquit unicam dumtaxat & semel obtulit hostiam: corpus uidelicet suum pro nostris delictis ad salutem nobis perpetuo ualituram: & ita ut secunda nil egeamus. ¶ Sedet in

dexterã dei decetero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedũ eius.) Est itaq; hic non pontifex solum sed deus postq̃ uero opus illud absoluit: quo fuerat pontificis nomen sortitus: consedit tandez ut deus: operiẽs: eius ut hostes pedibus sibi subiicerentur: huius autem inimici cum infideles sũt omnes: tum demones ipsi: qui & demum subdentur: id est eorum cessabit nequitia nec ultra obesse poterunt: & in ignem illum inextinguibilem detrudentur: paulus tamen infideles iudeos eos nunc christi inimicos appellat. ut consoletur q ex iudeis crediderant: qui malis innumeris a perfidis illis afficerentur. subinde dicat: nolite animo ipsi concidere: futurum est enim ut qui in presenti uos urgent superbiendo: non modo subiiciantur sed quod grauius est & pedibus conculcentur: cui rei argumento est; christum ad patris dextram concidisse. quod quidem etsi ita se habere pro indubitato tenemus & illud pro dauiticis dictis fiat necesse ẽ. dicet aliqs: cur non statim huius sunt pedibus illi suppositi? hoc est q̃obrem non sunt e medio confestim sublati: eoruz quidem causa diximus: qui ex his essent adhuc profuturi fideles. ut e sentibus suauissimi flores.

¶ Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos.) Prorsus inquit & a peccatorum seruitute exemit: & qui sanctiores essent iam redditi: & suo fuissent delibuti iam sanguine quandoquidem essent illius in morte & sanguine baptisati: omnes nanq; qui huiusmodi sunt baptismo abluti: & complantati mortis huiusce similitudine: perspicuum est per eius esse cruorem sanctificatos. ¶ Contestatur autez & nos spiritus sanctus.) Quid nam ille inquit testificatur? quia uel unica oblatione a peccatorum nos ille exemerit iugo. & ita ut secunda nobis minus sit necessaria. ¶ Postq̃ enim dixit hoc est testamentuz quod testabor ad illos dicit dominus post illos dies: dando leges meas in cordibus eorum & in mentibus eorum scribam eas & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor.) Vides quẽadmodum testificet his deus delictorum se cotulisse remissionem cum nouum traderet testamentum: quod sane per ei9 filii mortem & tulit & confirmauit: ut supra iam patefecimus. ¶ Vbi autem horum remissio iam non oblatio pro peccato.) Si enim peccatoꝝ remissio una oblatione permissa est: quid ultra est opus secunda: liquet itaq; una dũtaxat christi oblatione perfectiores nos esse effectos: accepta prauorum facinorum remissione: nec alio sacrificio indigemus: sunt itaq; iudaice immolationes ille superuacanee: tametsi iudei plurimum altricando contendant: quandoquidem iampridem inutiles fuisse coarguunt̃. ¶ Habentes itaq; fratres fiduciaz.) Cum magnitudinem pretulisset qua & noster pontifex christus legis ueteres pontifices illos prestaret: & quantum testamentum nostrum hoc nouum: uetustũ illud excedat q̃ue legis ĩmolationib9 & sacrificiis p̃stet xp̃i oblatio: p quam sumus & ipsi peccatoꝝ iugo & põdere liberati: desinit iã de dognate disputare & p oportune ad moralitatẽ ptrãsit & spaciũ p̃bet auditorib9: sese colligendi: nã cũ de remissione disseruisset: cõmonefacit demũ ne rursũ in cõmissa oliz facinora relabant̃: habẽtes ingens fratres fiduciã qa nobis scilicet sint peccata dimissa. quẽadmodum enim pudorem affert peccatum: cogitq; ne quis audeat qui eo obstringitur prodire in publicum: sic remissio ipsa animos facit & fiduciam prestat. ¶ In introitu sanctorum.) Cum itaq; nobis remissa sint scelera

confidimus semper: sancta illa nos adituros: id est celum. ¶ In sanguine christi.) Id est per sanguinem. per crucem nanque & christi sanguinem ueniam meriti: fidenciores efficimur. ¶ Quem initiauit nobis uiam nouā & uiuentem.) Quem scilicet in sancta introitum initiauit: id est dux ipse ad ingrediendum & preuius fuit. & prior hanc ipse uiam aggressus est: & incessit: nouam autē dixit quia nuper & nostris temporibus id iter innotuit: quod utique nobis ad gloriam cedit: ut hisce rebus quibus nec habraam ipse dignatus sit: nos simus digni effecti: utpote quibus iam pateat celum: uiuentem autem dicit prioris uię respectu: que fuerat mortifera: & ad legis sancta ductabat: neque enim illud pristinum iter: locum habet ullum salutis: quin & in exitium trahit se adeuntes. at nostrum hoc ita ad uitam deducit: ut & ipsum uiuens & perpetuum sit: quia uitam prebeat sempiternam. uel uiuentem nouam uiam intellige & florentem: ad ueteris illius & obsolite iam differentiam: qua in sancta ibatur: que proculdubio mortua est. ¶ Per uelamen id est carnem suam.) Innouauit hanc ille nobis in celū uiam: per eius carnem: que utique cum esset in cruce sublata: & deinceps ad celos euecta: tunc sine & nobis celestia reserauit. unde & apte uelamen carnem hanc dixit: cum enim fuerit uelamen detractum: & quod intus latuerat reseratū. ¶ Sacerdotem magnum super domum dei. ¶ Habentes scilicet & sacerdotem christum quidē super dei domū: id est fideles: qui dei sunt templū & habitaculum: ut illud est & inambulabo & inhabitabo in eis. uel quod uerius dixerim: celum ipsum: illud nanque sancta appellat: & in eo: suo perfungi munere pontificem dicit: pro uobisque intercedere. ¶ Accedamus.) Ad quem: ad fidem uidelicet: & cultum hunc spiritalem: uel ad celum preterea: ubi noster pontifex residet. ¶ Cum uero corde.) Hoc est quod careat dolo & apertum se erga fratres exhibeat: nec hesitans sit & de futuris subdubius. unde & in desperationem aliquā recidat. ¶ In plenitudine fidei.) Cōmonefacit hoc loco quēadmodum minime nobis in desperationem sit concidendum si fidei fuerimus plenitudinē cōsequuti: hoc est si fidem sumus certiorem adepti: quauis ex parte perfectam. potest enim quis credere: fidei tamen carere hac plenitudine: sicuti & illud in ore habent plerique: non ęque omnes resurrecturos: id est non singulos habituros resurgendi licentiam: qui istiusmodi sentiunt: haud quāquam igitur plenam sortiti sunt fidem: sed manci haddubie in ea sunt isti & imperfecti. accedamus itaque ad fidei hanc plenitudinem cum nihil offertur quod cerni oculis possit. nec templum hoc quod celum prefert: nec pontifex ipse: quippe qui postquā sancta illa id ē celū ingressus est: non ultra humanis obtutibus patet. quocirca opus est fide & habundantiori quidem: & nihil subdubia. ¶ Aspersi corda a conscientia mala.) Cum de fide disseruisset: osteodit nunc non fidem solum: sed uitā etiam uirtute excultam requiri: atqui iudei corpore & carne aspergebantur: nos corde & animo: & ita: ut nil nobis simus nequicię conscii: respergimur etiā uirtute ipsa uel spiritus gratia: qui nobis in lauacro reliquit peccata. & fortitudinem condonauit: quo fit ut si studio fuerimus & diligentia usi: futurum sit ut nil ultra in pristina recidamus commissa. ¶ Et abluti corpus aqua munda.) Babtismi scilicet aqua. munda uero quia puros efficiat: abstergatque labibus: uel quia nihil habeat sanguinis intermixtum: uti & apud

ueteres illos Cinis sanguine erat respersus: uel munda dicit: quia in lauacro ipso spiritus gratia animas mundet: & nitidas reddet: uisibilia tamen cum inuisibilibus coniunxit apostolus: nã corporis abluendi gratia aqua desumitur: tametsi duplex purgatio sit: ut ipsi duplices sumus: id est ut corpore constamus & anima. ¶ Teneamus spei nostre confessionem indeclinabilem.) Hoc est quã ꝓfessi nos sumus spem teneamus stabilem & immotam: sperauimus nanq; in fidei suscepte primordiis ingressuros nos celum: deinceps & illud sumus confessi resurrectionem nos credituros futuram: & uitam illam perpetuam habituros id quidem est nobis cum fide conuentum: & sic licuit depacisci: quocirca hec uobis tenenda confessio est. ¶ Fidelis est enim qui repromisit.) Vires scilicet ille suppeditat: quatenus spem hanc inconcussam seruemus: & firmam: quod sane futurum est si fidem nouerimus pollicentis. fidelis est enim id est ueridic9 christus & certiora sunt eius promissa: ait nanq; ubi sum ego illic & meus erit minister. ¶ Et consideremus inuicem in prouocatione caritatis & bonorum operum.) Quod utiq; perfectius est: caritatem adiecit. ait itaq; consideremus id est diligenter & enixius aduertamus: ut uirtute preditos pernoscamus: ut hos imitemur non tanq̃ liuore capti: sed laudabili quadam emulatione & ipsi illorum operibus prouocati que iidem gesserint factitemus: cuiusmodi prouocatio caritatis est non inuidie argumentum. nam ut ferro acuitur ferrum: sic & animus qui cum animo conflictatur bene instructo: magis ac magis ad bonuꝫ accenditur. uel forte hec in prouocatione dixit hic caritatis: ut illos hortetur subinde inquiat: unum sentite inuicem: ut ad mutuam accendamini caritatem. ¶ Non deserentes collectionem uestram.) Callebat hic sane ex conuentu huiusmodi gigni beniuolentiam: & ideo mõnet ne conueniendi inter se: deserant consuetudinem: neq; ad secessus aliquos studeant uel diuerticula se conferre: ait nanq; ubi duo fuerint uel tres in meo nomine congregati: ibi & in medio eorum sum ipse. quinetiã ecclesie preces: id est fidelium congregatio: precando petrum uinculis soluit & carcere: ubi erat catenis constrictus. exemit. ¶ Sicut est consuetudinis quibusdam.) Hoc loco quosdam incusat: qui ab ecclesie conuentu secederent. ¶ Sed consolantes.) Hoc est alternis uos consolamini: alternis cõmonefacite instruiteq;: frater enim inquit a fratre adiutus: erit ut ciuitas cõmunita. ¶ Et tanto magis quanto uideritis appropinquare diem.) Consũmationis uidelicet seculi uel quo ad hod ex seculo excedenduꝫ sit quod est ab inuicem abeundum. id sane dictum plurimum hos consolatur: q spem omnem ex multis temptationibus ammisissent: quẽadmodum & alibi dicit: dominus prope est: nihil enim solliciti sitis. ¶ Voluntarie enim peccantib9 nobis.) A potioribus hos supra hortatus est cum dixit fiduciam habemus: qa sumus peccatorum remissione dignati nunc uero: eosdem a tristioribus terrefacit: & mestis. attende qua sit iste dementia: uoluntarie enim inquit peccantibus: tanq̃ si haud sponte deliquerint: spes aliqua sit moderationis uenię assequende. peccantibus uero dicit quos nil unq̃ penitet cõmissorum: subinde dicat nolimus immorari peccatis: sed penitentiam preferamus sic facile consequeť & uenia. ¶ Post acceptam noticiam ueritatis.) Vel christi uidelicet accepta cognitione uel dogmatum. ¶ Iam non amplius pro peccatis relinquitur hostia.)

non ut penitentiam tollat hoc intulit quemadmodum huius contextus sententiam deprauarunt nonnulli sed ut arguat baptismum iterari non posse: nec secundum aliquod esse baptismatis lauacrum: eoq; nec secundo christum mortem subire: quem hostiam dicit: ut patebit inferius: cum inquit una enim hostia finita est in perpetuum: baptismus enim hic noster: mortis christi prefert imaginem: nam queadmodum unus est christus: ita & unum est baptisma: quid igitur impudenter adeo laberis: si nihil speras per baptismum uel ullo labore abolere te posse peccata: sunt itaq; & uobis ait recta opera comparanda. ¶ Terribilis nanq; est quedam expectatio iudicii dei: & ignis emulatio que cosumptura est aduersarios.) Excipit enim inquit terribile nos iudicium illud & ignis zelus. aduerte ut perinde animatum effecerit ignem: nam ut belua aliq irritata non ante seuire desistit: q aliquem arripiat laceretq;: & uorans expleat iram: sic & ignis emulatione ductus & zelo ulciscendi mandatorum transgressus: ob idq; deseuiens. quemcuq; corripiat depascitur semper: aduersarios uero non infideles modo hic dicit: sed eos etiam qui & si fuerint fidem adepti facti tamen que christi iussibus aduersantur. ¶ Irritam quis faciens legem moysi.) A minoribus arguit non minora in eos id futurum supplicium ut maiore his uerbis faciat fidem. moysi autem legem dicit quia multa admodum ille instituit. ¶ Sine ulla miseratione: sub duobus uel tribus testibus moritur.) Sic contextus iste construitur: quis irritam moysi faciens legem: sub duobus uel tribus testibus sine ulla miseratione moritur: hoc est si duorum uel trium testimonio pateat: madata hunc fuisse trangressum. ¶ Multomagis sciatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit: & sanguinem testamenti pollutum duxerit.) Iudicium illis permittit: quod facere consueuimus in reb9 certissimis: uel cum auditores ipsos iudices facimus: conculcauerit uero id est contempserit: nam queadmodum nullam habemus eorum que pedibus suppressimus rationem: sic & christum nihil ducimus: cum ad peccandum prouehimur & sanguinem testamenti pollutum duxerit: id est q nihil ceterorum sanguini prestet. sic grece. uel pollutum ut tanq inquinatum hunc ducat & aspernetur. testamenti autem dicit: quia per dei filium confirmatum est testamentum: qui nobis concessit hereditate ut dictu est supra: hec quidem de mysterii ipsius pceptione dicuntur: cum enim immaculati corporis illius & sanguinis comunicado participauerit: carnem hanc ipsam que corpus id & sanguinem sumit: si ceno impuritatis & luxus & ueneris sordibus inquinamus: none dei filium conculcamus? nam cenum hoc & terreum lutum: haudquaq adeo est diuino corpore illo indignum: q nostri corporis labes & immunditia. uidetur autem id dictum facere contra nestorianos oppinantes christi sanguinem nil quicq a ceteroru animantiu cruore differre. ¶ In quo sanctificatus est.) Ingratitudinis hoc loco & stultitie arguit: qui christi sanguinem nil ueneretur a quo & sanctitatem acceperit. ¶ Et spiritus gratie cotumelia fecerit.) Qui eni accepta bnficia no recte dispensat: beneficiu pculdubio afficit contumelia: dei te filiu ille effecit: tu uero uitiorum es seruituti obnoxius: uenerat ille apud te mansurus: tu uero p eo diabolu admisisti. hec ergo spiritus gratie iniuria inferut. ¶ Scimus enim q dixit mihi uindicta & ego retribuam dicit dns: & iter qa iudicabit domin9

populum suum:& horrendum est incidere in manus dei uiuentis.)Hec quidez subiunxit:ut orationis seriem prosequeretur:ostenderetq; dominū sumpturuz aliquando de peccatoribus penas·quāobrem & huiusmodi per prophetā dixis/ se:consolatur preterea & hos qui non ęquo animo ferrent pressuras:cum a iu/ deis & infidelibus opprimerentur:subinde istiusmodi inquiat:nolite concidere animo:habetis nanq; qui illatas uobis iniurias uindicet·& pro meritis reddat unicuiq; premia:& perpetuo uiuit:ita ut effugere hunc nequeant hii: qui uo/ bis mala ingesserint:& nos quidem illorum in manus concidistis qui mortales habent̄:ipsi uero in eius manus deuenient qui uitaz perpetuo ducit:quo fit ut declinare hunc nequeat quispiam aut promeritas penas defuger̄· ¶ Rememora mini autem pristinos dies.)Neq; enim dictum est frustra:mihi uindictam & ego retribuam.cūq; latenter esset hos antea consolatus:nunc eos & alloquit̄ palam:& cohortatur:ne a dei deficiant tollerātia.atq; nolite alios imitari quos cunq;:sed ipsi uos imitemini:qui ab ipsis fidei suscepte primordiis decertastis uelim tamen uestrum hoc occeptum certamen animo & cogitatione uersetis: ne per ignauiam atq; socordiam:labores quos olim tuleritis ammittatis.aduer te q̄ prudenter & spiritaliter hec dixerit paulus:cum enim prius horuz animos geennę memoria obturbasset:nunc lenit & consolatur: nec blandiens quidem sed ex his que antea tollerassent facit fidentiores:hortaturq; uendicat eniz si/ bi proculdubio fidem.qui cuiq̄ consulit impellitq;:uti seipsum & que antea gesserit imitetur ¶ In quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passi onum.)Aut enim ob baptismū hos dicit fuisse illuminatos.uel simpliciter ob mysterii notionem:& bonorum que fideles sunt consecuta:luce nanq; futuro/ rum cognitionis accepta:omnia tollerastis:nec tēptationes:sed certamen dixit quod utiq; animi & magnitudinem prefert & tollerantiam:& hanc quidē pre/ cipuam. ¶ In altero quidem obprobriis & temptationibus spectaculū facti.) Vide quales in hos congerat laudes:est sane magni & excelsi animi ferre con/ uitia·sicuti & propheta ipse testatur:oborte mihi sunt lacrime cū mihi obiice/ retur ubi est deus tuus:& alibi si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissez utiq;:& obprobrium insipienti dedisti me.Iob preterea & si iniquo animo cō tumelias tollerabat:cetera tamen ad amantis in morem forti & ualido.q; si in propatulo & omnium in conspectu inferatur iniuria:eo maior & uirilis requirit̄ ad tollerantiam animus:quod sane hoc significat paulus:cum spectaculum in quit estis effecti·contemplare itaq; q̄ essent hii magno & prestanti ingenio ui ri:qui christi ob gratiam:& gloriam simul & opes contempserint:contumeliis deinde affecti cum spectaculo & derisui essent:nec secus q̄ qui in theatro & ex ibilantur:& illuduntur:uel a tenuioribus & abiectis:illatas iiurias tollerabāt ¶ In altero autem socii conuersantium taliter estis effecti.)Non modo inqt uestras pressuras tulistis que non ultro uidentur inferri: sed uirilesadeo uos prestitistis:ut comites sitis apostolorum taliter conuersantium:hoc est in pres suris degentibus & contumeliis:& sponte ipsi uos subiecistis:ut cuz his simul perpeti mala uelitis:& passionū esse participes. ¶ Naz & uinculis meis compas si estis.)Non modo iqt uñs in malis cōsolante nemine indiguistis: sed & aliis cōsolationi fuistis:& mihi cōiecto in uincula. ¶ Et rapinā bonoꝝ uestroꝝ cuz

gaudio suscepistis.)Dixerat queadmodu3 aliis essent in malis perpetiendis so-
cietate coniuncti:nunc uero & quein sese fuissent ingesta ęquo animo tulerint
atq3 bonoꝝ direptionē huiusmodi magnum fuisse eorum fidei magnitudinis
argumentum:nam eo inquit uestra omnia in predam cessere:quia in fide sus-
cepta stabiles persistitis:licebat enim & uobis:si libuisset minus illam suscipe
ubi uero hanc suscepistis.uoluntariam id proculdubio iudicat tollerantiā:& q̃
bonis fortunę christū:non inuiti proponitis:& cū gaudio inquit:hos direptio
nem hanc suscepisse.reddit utiq3 apostolis pares:qui gaudentes redirent:q̃ ꝓ
christi nomine contumeliis essent affecti.⁋ Cognoscentes uos habere meliorē
in celis substantiā & manentē.) Vel id inquit certiori quodam iudicio ac fide
uos agitis:nostis enim meliorem uos esse in celis adeptos substantiam & diu-
tius permansuram:q̃ ea fuerit cuius nunc iacturam feceritis illa nanq3 & certi-
or est:nec ammitti ullis hominum insultibus potest.⁋ Nolite itaq3 ammitte-
re confidentiam uestram.)Cum nolite inquit ammittere:ostendit nondu3 hos
fuisse collapsos:esse tamen & confirmandos & de bonis futuris certiores red-
dendos:confidentiā autem dicit:quia qui talia tulerint:dei ob gratiam patien-
tius:plurimū in deo confidunt.⁋ Q ue magnam habet rēnuntiationē.) Sub- al' remuneratione
inde inquiat:uos quidem testimonio estis:qui non ignoratis potiores habitu-
ros in celis imposterū facultates.⁋ Patientia uobis necessaria est.)Nulla eni3
re alia indigetis:nisi sola hac tollerantia:na3 cetera ita estis iam assecuti:ut ad-
di nil queat.⁋ Vt uoluntatem dei facientes reportetis promissionem.) Con
stat sane deum id apprime uelle:ut omnibus in rebus perpetuo prestet̃ hec pa
tientia.ait nanq3:qui ad finem usq3 perseuerauerit:hic saluꝰ erit:nec secus hos
monet apostolus:ac faceret quispiam certatorem aliquem cōspicatus:de uictis
superatisq3 aduersariis:quia nil ultra nec ęstū ferat nec sitim & ut more impati
ens nec emeritam expectet coronā.e medio protinus abeuntem:his dictis ꝓ-
sequendo hortet̃:ꝑfunctus iam tuo munere es:& egregie decertasti & ita ut
palmā retuleris: paululum obsecro operire: ut coronas in premiū referas: con
tende:ut quo ad premia deferant̃ teipsum uincas:& patienter id more feras.
⁋ Adhuc enim modicū aliquantulū:qui uenturus est ueniet & non tardabit.)
Producit prophetā abacum ita dicentem:in proximo est iudex pro meritis &
premia redditurus.q̃ autem abacum tunc dictitaret paulopost qui uenturus
est ueniet:statim hunc concessurum demonstrat.cum uero aliquantulu3 dicit
breuem admodum aduentus moram ostendit.⁋ Iustus autem ex fide uiuit:
q̃ si subtraxerit se non placebit anime mee.)Habenda ergo est fides si iustio
res sumus futuri:q̃ si se subtraxerit iustus:id est si subdubius in fine reddatur
hesitetq3:uel se subtraxerit:id est si a temptationibus opprimet̃: erit id plane
anime mee nil gratum:cuiꝰ animę:dei uidelicet:sc̄dm scripture consuetudine3
ut illud:dies uestros festos odit anima mea:uel de christi etiam dici anima po
test.⁋ Nos autem non sumus subtractionis filium perditionem:sed fidei in ac
quisitionē anime.)Cū enī terrorē his incussisset cū diceret minus placebit ani
mę mee.nunc ait:non enim ex perditorum numero sumus:ut subterfugiendu3
sit nobis uel per ignauiam:& socordiam uita degenda.uel sit aliquo pacto sub
dubitandum:sed ex his ipsi constamus q in fide sunt stabiliti:ut aīas acquiramꝰ

hoc est comparemus: tueamurque & saluas reddamus. ¶ Est autem fides spe-
randarum substantia rerum.) Diffinit itaque nobis hanc fidem: atque: fides qui-
dem eorum substantia est: que nondum subsistunt: qualis est resurrectio: que
nondum fuerit: sed fides hanc facit ut futura credatur: & hanc nobis tanquam pre
oculis ponit. ¶ Rerum argumentum non apparentium.) Argumentum id est
demonstratio & manifestatio quedam: incertarum rerum: nec apparentium: hoc
est in conspectum non uenientium: sed fides facit ut res eiusmodi mente specte-
mus tanquam presentes. si hanc igitur habet uim fides: quid ipsi hec uultis: re ip-
sa perspicere: que sunt omnino uentura ut excidatis a fide: nam nil aliud ui de-
remini uos ipsi eniti: quam a uestra iustitia & labi & cadere. iustus namque ex fide
uiuit. ¶ In hac enim testimonium consecuti sunt senes.) Id est in ipsa fide tes-
timonium excepere tantopere prisci omnes: ut pro confesso habitum sit chri-
sto morem gessisse. ¶ Fide intelligimus aptata esse secula uerbo dei: ut ex inui-
sibilibus inuisibilia fierent.) Cum enim fides ab his obtrectetur: quibus eius
sunt uires incognite: rem omnino esse indemonstrabilem asserentibus: & circum-
uentionem apertissimam atque fallaciam: eo nunc paulus uel maxima queque per
fidem ostendit fuisse effecta non ex cogitatione ulla humana uel sensu: nam quod
deus ex nihilo uniuersa condiderit: quibus post argumentis tam ingens facinus
explicari: nullis certe: sed sola fide: cum deo credimus nihil factu esse difficile.
fide itaque nouimus & secula fuisse aptata id est uerbo effecta: uerum cur fide?
quia ex his que nusquam apparent: sunt hec que uisuntur confecta: quod sane in-
diget fide: ut factum ita existimemus. uel ita: uerbo dei condita sunt: quia ex
his que haud quaquam constarent: que extant: ille produxerit: cum secula audis:
uel que secula hec complectuntur: intelliges nec secus cum tempora dicimus: &
que temporibus his includuntur accipimus: abusiue tamen & secula: tempora
ipsa designant: nam proprie unum esse seculum constat: quod a tempore differt
¶ Fide plurimam hostiam habel quam cain obtulit deo.) Cum enim magni sit fides
hec facienda: & uirilem exigat animum: cumque & qui ex iudeis crediderant in
langorem a pristino studio & desidiam recidissent: quippe qui initio statim: fi-
dei plurimum pretulissent ardorem: malis tamen crebrioribus afflictati: animo
fere defecissent: consolatur hos paulus: cum ex rebus per se antea gestis: tum ex
scripture dictis: sic inquiens: iustus ex fide uiuet: tum etiam a rei diffinitione
cum dicit fides est sperandarum rerum substantia: nunc uero & priscorum ho-
minum exemplo hos cohortatur & lenit: cum enim quis malorum & pressura-
rum inuenerit socios: respirat animo & subleuatur: unde & abel illum producit in
medium: asseritque fide plurimam obtulisse hunc ostiam: quam cain frater obtulerit:
id est honoratiorem: quam fratris esset. at quem is alium qui fuisset ante se genitus ui-
dit: num patrem: num matrem. at deum offenderunt: num fratrem: uel hic qui-
dem deo conuitiatus est: fit igitur: ut fide ductus que potiora haberet: deo ille offer-
ret. unde esset & premia recepturus. ¶ Per quam testimonium consecutus est esse iu-
stus. testimonium eius perhibente muneribus eius deo.) Abel munera deus: acceptio-
ra habuisse & suo testimonio comprobasse uidetur quia sibi bonorum largitori & do-
mino meliora quidem: & que accepisset ab eo ille obtulerit: cuius hostiam ferunt
oblatam ignem e celo demissum protinus absumpsisse. unde & Cain illi inotuisse:

abel sibi fuisse prelatum: qui enim aliter fieri poterat. ¶ Et per illam defunctus adhuc loquitur.) Id est fides effecit ut uita adhuc frui abel hic uideatur: & documento omnibus esse: & uocem fere edere istiusmodi: imitamini me mortales & morem gerite creatori: sectantes iusticiam: loquitur igitur & gloria euectus & fama: nominis adeptus celebritatem: nec secus loquitur q̄ celum solet cum a nobis spectatur & cernitur. uidetur enim illud quasi profari huiusmodi: suspicite me & aduertite ut sim clarissimis distinctum luminibus: ut me incredibilez in modum ornauerit deus: neq; abel adeo huius uerba proficiunt q̄ ea que est ipse perpessus. hec autē dixit ut his patefaciat qui forte nec mala patientius ferrent: nec satis deo confiderent. uel in hac uita iustos crederent honorib9 frui subinde dicat: & uos īsuper his estis: uel in hoc seculo frui turi. ¶ Fide Enoc translatus est ne uideret mortem: & non inueniebatur quia transtulit illuz deus. ante translationem enim testimonium habuit placuisse deo.) Maiorem hic q̄ Abel de se prestitit fidem: nam que abel ipsi obtigerant sat sunt: ut hui9 offendere animum queant: quandoquidem & si iustior esset a fratre tamen obtruncari permissus est: ob cuius cedem si carnifex ille & penas luit & in ultimas terras abscessit: quid mortuo profuere fratris supplicia? magnam itaq; Enoc constat pre se fidem tulisse: quia certo crederet pro meritis deum: & si non in presenti: in futurum tamen mercedem cuiq; redditurum: qua fide hic placuit deo: & cum placuisset: transuectus est. est ergo fide trāslatus: hoc est fides ipsa hūc alio transtulit: qua & placuisse est uisus: q; autem Enoc uiuens traductus sit: uitamq; ad id temporis ducat: nihil ambigimus: quo uero sit ille traduct9 aut quemadmodum agat incertum est: scriptura nil ultra significante. ¶ Sine fide autem impossibile est placere deo.) Nisi enim futuram bonorum malorumq; remunerationem crediderit quispiam: placere deo nil potest: nam quo pacto laboriosum illud uirtutis iter adierit aliquis: ni multiplicia speret premia & firmiora. sed audi que insequuntur. ¶ Credere enim oportet accedētem ad deū quia & inquirentibus se remunerator sit.) Deum autem esse: & fore ut pro meritis hic faciat satis: per fidem tenemus: sed qualis illius substantia sit ab his cōprehendi animo nequit: qui terrena hec sapiunt. uerum quid illud designat quod ait se inquirentibus? id sane hos prefert: qui optimis uite actionibus deo se gratos exhibere contendunt: non illos qui per exteriorem hanc sapientiam summa cum cura: diuina scrutantur: unde q̄ prudenter apostolus remuneratorem deuz frequenter cōmemoret: ut ex iudeis fideles in fide stabiliat. qui mala ingesta pusillo animo ferrent. ¶ Fide noe responso accepto: de his que adhuc non uidebantur: metuens aptauit archam in salutez domus sue.) Accepit Noe a deo ex fide responsum: hoc est instructus a deo fuit de rebus incertis: nec tamē ille dei uerbis diffusus est: tametsi in traquillo omnia agerent: & cuncti homines deliciis & uoluptatibus operam darent: & nihil graue expectaretur: neq; enim fuerat istiusmodi aliquid ante conspectum: nec in mentem cuiq̄ ueniebat ut mundus aquis deperderetur. alioquin credens hic deo: futuri diluuii formidine percitus: parauit arcam & extruxit: que uniuersis quos domi haberet & animantibus ceteris: saluti fuit. aduerte quemadmodum & deus responsa det &

ſpiritus ipſe: ſecundum illud quod eſt de Simeone conſcriptum: erat illi reſpō-
ſum a ſpiritu ſancto: quo fit ut deus ſit ſpiritus. ❡ Per quā dānauit mundū.)
Hoc eſt coarguit homines dignos ſupplicio: cum tamdiu parari & ſtrui arcam
ſpectarent nil prorſus intellexere: nec futurum diluuium crediderunt. ❡ Et
iuſtitię que ſcd̄m fidem eſt heres eſt inſtitutus.) Id enim Noe retulit lucri: ut
apud deum iuſtior uideretur: quod uticꝫ iuſtitię nomē: fides illi largita eſt.
❡ Fide uocatus abraam obediuit in locū exire queꝫ accepturus erat in heredi
tatem.) Cum enim habraam & reliquos patriarchas contemplarentur qui ex
iudeis crediderant bonis fuiſſe innumeris fretos: oſtenſurus eſt paulus horum
adhuc neminem comodi aliquid retuliſſe: ait itacꝫ fide habraam iuſſus: ut pa-
triam relinqueret: obediuit: quem enim maiorum hic aliquem uiderat cuius &
ſequi ueſtigia & pater fuiſſet idolorum ſeruituti addictus. nec ullos auditu ꝑ
cepiſſet prophetas. quo fit ut ex fide illud prodiret: ut iubenti deo obſequeret
cuius eſſe certiora promiſſa iam noſſet: & ea deſereret que inter manus habe-
ret. ❡ Et exiuit neſcius quo iret.) Num enim uel ſcientem quo eſſet mox abi-
tur9: impuliſſet quiſpiam ut preſentibus & paratis deſertis: futura & impara-
ta perſequeretur: ſed habrae terra illa uel regio erat plane incognita ad quā no
caretur. ❡ Fide demoratus eſt in terra promiſſionis tanq̄ in alienam.) Terrā
quā ſibi & ſemini eius daturum ſe deus erat pollicitus: ut alienam incoluit: ſed
cur alienam dicit: quia illam precio accepiſſet ubi ſaram humaret uxorem. nec
tamen aut heſitans fuit aut ſubdubius facturum deum quod promiſiſſet uel
minime: quin fidens credidit: nec mentiri hunc poſſe exiſtimauit. ❡ In caſulis
habitando.) Et eo quidem hic fide proceſſerat: & adeo terram hanc ut alienaꝫ
inhabitauit: ut in ea nec domum haberet: ſed in tabernaculis diuerſaretur: qd̄
facere alienigene ſolent uicatim ſe transferentes: quia nondum ſint propriū ali-
quid aſſecuti. ❡ Cum Iſaac & iacob coheredibus repromiſſionis eiuſdem:)
Quinetiam Iſaac ipſe & iacob ut alienam hancipſam incoluerunt: iſaac eniꝫ ut
pote cui a philiſteis inuideretur: & pueri ſunt ab amalechitis ſubtracti: & uxor
erepta: iacob uero non ſolum quia eſau fratris ingenti eſſet perculſus formidi
ne: ſed quia ubi a meſopotania rediiſſet locum precio emit: in quo & tabernacu
lum ſtatuit. & tanq̄ uagus & in accolę morem in betleꝫ modo: & in effrata ali
as commigrabat. alioquin erant & hi promiſſionis heredes. utpote & quib9 fu
erat predictum ſum equidem tibi & ſemini tuo daturuſ hanc terram. nil tamē
& hi cum uariis modis diuexarentur diuinis ſunt dictis diffiſi. ❡ Expectabat
enim fundamenta habentem ciuitatem.) Eo inquit in tabernaculis habitabant
que minus ſubſiſterent: quia celeſtem ciuitatem operiebantur: que ueriſ eſſet fū
damentis & ualidis ac perpetuis ſtabilita & firmior: & nullo nunq̄ ſitu uel pu
tredine collapſura: unde & deus hos con ſpicatus parui ducere terrena promiſ
ſa: ut maiora illis pararet hec in poſterum diſtulit: & hiſipſis condigna nō his
terre bonis elargiretur. illi nancꝫ longo poſt tempore: terrenis hiſce acceptis
promiſſionibus: haudquaq̄ magni has faciebant. ſed celeſtium cupidine tene-
bantur: cum nos chriſti iam fide ſuſcepta: eternorum bonorum accipientes ꝓ-
miſſionem: terrena hec & impudenter adeo enixecꝫ concupiſcitis nec pudet tā

¶ Cuius artifex conditor est deus.) O quanta superne ciuitatis illius est dig
nitas: ut deum habeat conditorem ¶ Fide & ipsa sterilis sarra.) Subinde di
cat: mulier credidit & deo confisa est: nil ergo pudebit si femella hac coargua
mui animi magnitudine & fide inferiores. uerum quo pacto credere potuit q̃
dei dictis arrisit: arrisit quidem sed demum tamen conuicta extimuit: quod
utiq; prestite fidei est argumentum: liquet enim hanc credidisse: magnum ali
quem & minus humanum hunc esse: qui se alloqueretur. ¶ Virtutem in con
ceptione seminis accepit.) Hoc est uires assumpsit & aptior reddita est ut uiri
exciperet semen. ¶ Et preter tempus ętatis peperit.) Dixerat supra fuisse hāc
sterilem: nunc uero preter ętatis tempus peperisse hanc dicit: quo fit ut dupli
citer fuerit hec infecunda: sterilitate & senio. ¶ Quoniam fidelem credidit esse
eum qui repromiserat.) Fidelem hoc est ueridicum & non mendacem. fuerat
enim huiusmodi pollicitus deus: tali tempore sum ad uos rediturus & erit sa-
re filius. ¶ Propter quod & ab uno orti sunt & hoc emortuo tanq̃ sidera celi
in multitudinem: & sicut harena que est in litore maris innumerabilis.) Nec
solum ut partum ederet sara eius fides effecit: sed multum adeo & abundantē
qualem nec fecundissima mulier edidisset. uerum quo modo innumerabiles di-
cit a sara hac emanasse: cum recensiti sint sepe & numerati: aut enim ut illorum
exprimeret infinitam pene multitudinem dixit innumerabiles: pro sacrarū lit-
terarum consuetudine: ut illud uidimus ciuitates ad celum usq; sullimes: uel
quia semper alii item atq; alii nascerentur. ¶ Secundum fidem defuncti sunt
omnes isti: non acceptis repromissionibus.) Duo quedam queri hoc loco pos-
sunt. Primum quo pacto cum dixerit Enoc fuisse translatum: necdum mortē
obisse: nūc dicat uita hos omnes fuisse perfunctos. Secundo cur inquiat nulla
eos accepisse promissa: cum & abel loqui adhuc dixerit ob eius nominis cele-
britatem: & Noe alio fuisse transuectum: nec nō accepisse mercedem: qui sal-
uus sit cum domo uniuersa effectus. & iustus sit appellatus: & habraam ex sa-
ra filios suscepisse. q; autem hi mortui sint omnes intellige excessisse e uita unū
preter Enoc: qui mortem non uidit: Eliamq;. q; uero promissiones nullas ac-
ceperint: constat sane de omnibus dictum: neq; enim his solum beneficentissi-
mus deus pro maximis susceptis in fide laboribus: mercedē persoluit: ut abel
illi nominis celebritatem. Enoc transuectionem: Noe in cataclismo salutem:
Habrae liberorum procreationem: sed perspicuū est: pregustationes hec & sig
na quedam fuisse uere promissionis in sāctos collate: & nostri ob gratiam: qui
pusillo animo sumus: nec tolleramus aduersa: ut ex presentibus hec & futura
credamus: quibus preterea sanctis & alia quedam: & que in hominū corda nō
uenerunt: parata sunt: necdū tamen hec acceperunt: sicuti & in euangelio domi
nus. in hoc mundo cētuplum asserit accepturum: qui mundo renuntiauerit: &
in futuro uitam eternam. ¶ Sed a longe eas aspicientes & salutantes.) Hoc lo
co ostendit eos de celo: deq; celesti imperio resurrectionemq; & inuisibiliū bo
norum accepta mysteria & cognitione tenere & consalutasse: hoc est letiores &
hilares impartita salute appellasse. nauigantium more: uel e conspectu deside-
ratissimas urbes prospicientium: quas prius q̃ adeant anticipantes appellant
lepidius: & sibi ascıscunt: uel eos nunc dicit qui apud habraam essent: nequaq̃

accepisse promissa: quibus terra destinaretur. longius tamen hanc prospexerũt id est anteq̃ quarta subsequeretur hos generatio. futurum quippe sciebant ut eorum nepotes ubi se ex egypto reciperent hanc ipsam hereditarent. hec tamẽ posterior expositio nihil est superioribus consentanea: cum isti omnes paulus inquit. sed his qui Moysi temporibus extitere: uidetur magis congruere.
¶ Et confitentes: quia peregrini & hospites sunt super terram.) Nec soluz peregrinos & hospites terre promisse: sed terrarum hospites se profitentur: quocirca hanc ipsam accipere precabantur. non enim hac erant sed celo digni: illorum tamen nepotes & posteri: hanc acceperunt. hi nanq; terram promerebantur: peregrinum uero se esse & incolam professus est apud hebreos: & habraam ipse: alioquin eiusmodi erant & ceteri omnes quod utiq; & David testificatur cum inquit. Incola ego sum in terra sicut omnes patres mei. ¶ Qui enĩ hec dicunt significant se patriã inqrere: & si qua eos patrię eius incesseret recordatio de qua exierunt: habebant utiq; tempus hanc repetendi: nunc autem meliorem appetunt & celestem.) Cum enim se peregrinos appellant: arguunt plane patriam querere. advertamus autem qualem hi patriam querant: num terrenaz quam reliquissent: ut Habraam mesopotamiam: at patebat illi in eaz reditus: ubi uero non ultra in eam se contulit: perspicuum est: nec terre huius hũc meminisse: nec illam sibi fuisse in patriam: sed aliam desiderasse & ampliorem: id est celestem: quam ut adiret hauddum aduenerat tempus. ¶ Ideo non cõfunditur deus uocari deus eorum.) Adeo enim magnifacit hos deus: ut cum terrarum orbem sub eius ditione habeat universum: & uisibilia simul & inuisibilia moderetur: nil tamen hunc pudeat: uel priuatim horum & deus dici: perinde tantum his insit uirtutis: ut ceterorum que condita sunt uirtutem equiperet: nec secus & mundi huius machine eo dicitur deus: quia hunc & condiderit & dominetur: qua ratione uel gentilium dicitur deus: horum uero (quod sane maius) nuncupatur amicus. ¶ Parauit enim illis ciuitatez sanctã.) A deo inquit istorum nil deum hunc pudet: ut eos & in familiares asciuerit: & ciuitatem in celis cuius desiderio tenerentur: parauerit. ¶ Fide obtulit Habraam Isaac cum temptaretur.) Fides Habraam ceteros uicit: nam in eo non solum natura impugnabatur ut pater filium immolaret: sed dei iussa urgebant: nam qui illi dixisset tibi tuoq; semini hanc sum terram daturus: hic ipse eidem & semen & filium ut mactet iniungit: unde temptari dicitur habraam. nec ea ꝓpter temptauit hunc deus: ut illius uirtutem exercendo experiretur: quippe cuius non erat nescius: sed ut esset nobis id documento: ad perdiscendum ipsius habrae & uirtutem imitari & fidem. quocirca sciendum temptationes a deo illatas eo magis prodesse: quo nobis nil sinat aliunde inferri: sed ipsum eas obiicere: ut probatiores nos arguat. ¶ Et offerebat unigenitum qui susceperat repromissiones. ad quem dictum est quia in Isaac uocabitur tibi semen: arbitrãs quia ex mortuis suscitare eum potens est deus.) Id sane nimirum: ut cum aliũ nullum haberet hic filium per quem dei promissiones habituras euentum existimaret: unicum hunc quem suscepisset obtulerit. quãobrem id factum si queras: prę fidei nimirum magnitudine dixerim: pro indubitato enim habebat & fidens sic animũ obfirmarat. deo id esse ꝑfacile: filiũ ad aras occisuz: a mortuis

excitare:ut eum in modum promissa perficeret:& per Isaac uitę redditum:ei9
& semen incresceret.uerum cur Isaac unigenitum dicit:quando & ismaelez ha
beret ille ex ancilla susceptum: Isaac quidem promissionis ratione unigenitus
dicitur:qui uerum & proprium preferret habrae semen.ait enim in Isaac uoca
bitur tibi semen. ¶ Vnde eum & in parabolam accepit.) In parabola id est ī
figura & argumento:scd̄m christum:mysterii.nam quēadmodum olim dimis-
sus est Isaac & aries uepribus herens:pro eo mactatus: sic christus unus: de9
item & homo existens:secundum humanitatem pro nobis est immolatus: nil
prorsus diuinitate offensa. uel aliter:Habraam quidem dei & patris figuram
pretulerat:Isaac uero filii dei:cum itaq; magnum hoc deus & supra hominuz
mentem:esset mysterium;dispensaturus futurumq; ut nostri ob gratiam: quā-
doquidem erga genus humanum caritate ingenti afficeretur uel filium trade-
ret immolandum:nec id placuit tanq̄ de se uideretur gratiam elargiri:sȝ ut de
bitum soluere:subinde hec inquiat deus:nihil nouum humane nature eius ob
gratiaȝ ipse concesserim filium meum immolando:habraam siquidem ut mihi
obtemperaret:filium in uictimam obtulit:quo fit ut debitum ipse dependam
non gratiam faciam.uel in parabola:id est pro ariete Abraam filium tulit:qui
aries Isaac figuram pretenderat;hoc est pro Isaac occisus & immolatus est.
¶ Fide & defuturis benedixit Isaac Iacob & Esau.)Quo enim pacto qui in
terra consedisset aliena:tot bona filiis polliceretur:optaretq;:nisi promissa da-
turum deum fide indubitata sperasset:de futuris uero cum dicit:uel bona que
in futurum nos manent demonstrat:nam & resurrectionem tenebant maiores
illi:& spiritalia erant eorū benedicta huiusmodi:uel de terrenis his bonis nūc
dissenit:que erant hi accepturi:uel eos etiam cum de futuris inquit pretendit
qui essent in posterum ab his oriundi:qui terram a deo promissam heredita-
runt.preponit autem Iacob Esau fratri:quia & uirtute prestaret:& primoge-
nita accepisset:& q; iure deberet ceteris fratrib9 anteponi. ¶ Fide Iacob mo
riens: singulos filiorum ioseph benedixit & adorauit fastigium uirge eius.)
Iosep filii Manasses & effrem;manasses prior est genitus:posterior effreȝ. ali
oquin effreȝ illi Iacob benedixit:& maioribus benedictis & dextera manu illi
imposita.unde a deo ille optimos habitura euentus benedicta hec credidit: &
quēadmodum effrem tribus illa regno esset & imperio potitura:uti & re ipsa
& opere patefecit:nā cuȝ Ioseph illi uenerabundus iam inclinasset:uel populo
uniuerso uenerationi hunc fore ostendit.uerum quo modo hic ueneratus est:
in uirge fastigio:id est quia senior esset:uirge innixus. uel in uirgę fastigio ut
uolunt nonnulli:id est ipsius ioseph uirgam hic adorauit perinde:per ceptrum
regium illud insigne:adorandum hunc esse argueret. ¶ Fide ioseph moriens
de profectione filiorum Israel memoratus est:& de ossibus suis mandauit.)
Adeo enim hic credidit liberandos aliquando ex egipto israelitas fore & alio
esse his demigrandum:ut eos sit obtestatus quatenus eius ut ossa secum & ci
nereȝ tunc asportarent:cum esset inde his abeundum.neq; eo id egit:ut se pu
chri eum cura teneret:quo enim pacto:qui sapientia tantum precelleret:dei es
se terras omnes nescisset:sed ut certiorem populum faceret:ad exituȝ puētura

omnino dei promissa: eundemq; populum ex egipto ascensurum. idq; & deo tā
topere esse animo crederet: ut nec sibi libeat eius ossa recondi seruariq;. ¶ Fi-
de Moyses natus occultatus est mensibus tribus a parentibus suis: eo q; ui-
dissent elegantem infantem & non timuerunt regis edictum.) Cum summos
hic uiros dicendo enumerasset: qui fide omnia que fecerant peregissent: disse-
rit & de moysi ipsius parentibus: ignobilibus plane: & genere infimis. quod
eo facit: ut fideles hos pudeat saltem: animi abiectioris & effeminati: qui mi-
nus patienter ferant aduersa: sed sese his reddant infirmiores: qui moysem ge-
nuissent: quorum genus non modo obscurius sit & ut in sequentibus patebit
apertius: scortorum petulantia dehonestatum: ait igitur cur moysem hūc men
ses tres occultassent parentes: presertim cum esset regio edicto iniunctum: ut
mares qui nascerentur genitores ipsi necarent. cur inq̄ seruare clam eum nequa-
q̄ reformidarunt: id sane liquet: credidere nanq; hunc saluum fore: at und' hāc
accepere fidem: qui infantem uidissent prodeuntē e uulua: statim festiuū & ar-
ridentem & facie elegantem: & iocabunduz: quod utiq; argumento his fuit ac
ceptum hunc deo fore utpote in quē uel ab incunabulis ipsis & ortu eius gra-
tiam contulisset. ferunt preterea quidam: Moysem ut exponeretur iam tradi-
tum: gestantibus mox allusisse: uultuq; letiori & festiuo illos ad cōmiseratio-
nem flexisse: ut eum seruarent. ¶ Fide moyses grandis effectus: negauit se es
se filium filie pharaonis: magis eligens affligi cum populo dei q̄ temporalis pec
cati habere iocunditatem.) Vt hos solaretur ab eo cepit exemplū: q eis admo
dum familiaris esset & gratus: unde & in moysi huius uel accepta a deo gratia
uel rebus gestis amplificandis: diutius immoratur: negasse moysem asserens
filie pharaonis se filium esse: tunc tamen negauit cum grandis esset effectus:
id est cum in uirum iam euasisset: clare enim prospiciebat maiora quedam se ac
cepturum: negauit autem cum inquit acerrimum eius & ingenitum erga pha-
raonem odium patefacit: & q̄ fuerit ab eo natura alienus. aduerte autem quem
admodum peccatum appellat non simul cum fratribus afflictari: & mala per-
peti id ipsum per prophetam sic exprobrat deus. nil inquiens perpessi sunt in
contricione ioseph. & in Ezechiele plorantibus datum est signum: & qui nihil
huiusmodi paterentur concidere iussi sunt angeli. quocirca qui non ultro cum
merentibus & afflictis affligitur: scelere obstringitur. & peccat. quid erit ergo
de his existimandum: qui & ingerunt mala & alios uexant. temporalem autē &
momentaneam appellat iocunditatē: regii luxus participationem. ¶ Maiores
diuitias existimans thesauro egipti improperiuz christi.) Non enim celestia bo
na dixit: sed ut moysi aperiret uirtutem: q; & iudeos seruitio exemisset: christi
improperium dixit: nam quēadmodum longe post: christo qui fuissent abse be-
neficiis multis affecti: conuitiabantur: & tandem patibulo suffixere. sic olim il
li & moysi obmurmurabant de quibus fuisset is optime meritus. naz & hebre
us ille: qui reus fuerat ab se ex ęgiptii manibus erutus: in crastinum sibi & pau
lo post in faciem iurgatus est inquiens: quis enim principem te & iudicem no
strum constituit. num uis & me e medio tollere ut heri & egiptium sustulisti
Constat itaq; quodcunq; uel a domesticis ipsis: nostro quouis beneficio ob-
strictis: nobis infertur in christi cedere contumeliam. & quouis etiā fuerit bene-

merenti illata iniuria: sine insultus: christo uidetur inferri: quippe qui & male
dictis afflictabatur & contumeliis: nam & publicanorum illi amicitia obiice
batur: utpote quibus & conuesceretur: quod tamen illorum salutis gratia faci
ebat: non cibi: ut itaq; peccatores ocium semper & prosperitas consociatur: sic
christi obprobrium iustos persequitur: utcunq; fuerit illatum. ait igitur: cũ eni
& uobis molestos se prebeant uestri generis homines: si moysem hunc clarissi
mum uirum aduerteritis: uel quod maius est: christum cui cum uobis: tum ce
teris: illate iniurie ascribuntur: equo animo ferenda omnia iure censebitis.
¶ Respiciebat enim in remunerationem dei.) Fidei scilicet oculos in hanc in
tendebat. ¶ Fide reliquit egyptum non ueritus iram regis.) Quid ais inquit
et aliquis: nonne in exodo scriptum est. timuit moyses quia uulgatum esset iã
uerbum: secessit hic quidem: quia regis iram extimuit: sed rursum post facinus
illud patratum in egiptum se contulit: prouinciamq; illam suscepit: educẽdi ex
egipto hebreos. timiditatis quidem argueretur: si nec reditum in egiptũ temp
tasset: nec exequi perseuerasset: que ante occeperat. q; uero iterato redierit: ar
gumento est: deo se credidisse: uerum quo pacto non in egipto permansit sed
inde longe abscessit: si nulla ut paulus astruit: formidine tenebatur: quia his se
que in promptu sunt: offerre periculis dicereq;: saluum me facturus est deus:
temptantis est deum: non confidentis: & demonicuz opus. nec plane absimile
diaboli uerbis: christo persuadentis ut se deorsum precipitaret: uel nihil ueritus
iram regis: ita intellige perinde iccirco fit ille affectus formidine: quia non des
perasset se euasurum: nec sane ira percitus rex hunc est insectatus: uel si insecta
tus fuisset: in spem uenerat is: nunq̃ se posse comprehendi: quod utiq; ul' illud
maxime arguit: quia non longe ille secesserat: sed propinquis in locis sibi duxe
rat diuersandum: quod sane fidei erat precipuum argumentum. ¶ Fide cele
brauit & pasca & sanguinis effusionem ne qui uastabat primogenita tangeret
eos.) V biq; paulus aliquod interserit sacramentum: uti hoc loco. ubi sub quo
dam hos consolandi pretextu pascatis mysterium explicat. nam sanguinis illi9
effusio: hoc est liminum & ualuarum inunctio: christi effusum sanguinem pre
figurat: quo ipsi obliti: declinamus in uite huius tenebris primogenitorum ex
terminatorem: qui hoc non sunt sanguine obsignati. moyses itaq; cum credi
disset: seruaturã omnino primogenita sanguinis unctionem: populo ut ritum
hunc perpetuo obseruaret: mandauit. tam etsi agni esset hic sanguis: alioquin
quia christi sanguinem preferebat: tutandi hebreos uim habuit. uos autem qui
uero estis sanguine delibuti: nonne confiditis hoc ipso sanguine cõmuniri: ita
quidem. Et pasca inquit celebrauit: hoc est agni & azimoruz & lactucarũ agres
tium esum: & credidit ex egipto egredientem populum saluum fore. erat ni mi
rum cene illius modus: demigrãtib9 accomodatus: & congruens. ¶ Fide trãs
ierunt mare rubrum tanq̃ per aridam terram.) Ne forsan his dictis illi occur
rant quid enim uiros producis in medium: nobis non imitabiles: populum de
tulit ut esset exemplo: hunc inquiens imitamini: qui tanta multitudine cre-
didit haudquaq̃ sese iri fluctibus interclusum: unde & hi tam multi ausi sunt
incredibile facinus: ut mare medium ad unum omnes traicerent pedibus: deo
confisi: nec secus q̃ terra: iter se fluctibus habituros: sic fides ipsa: facta cũcta

reddit facilia:que fieri natura nil posse uidentur. nec nobis itaqꝫ est diffidendū quin fide & certiore tenēdū: euasuros nos tandē hec mala. ¶ Quod experti egiptii deuorati sunt.) Neqꝫ enim quis obiicere poterit prestigiis illud non nullis fuisse effectum: uel aquas illas nequaq̄ fuisse: nam & illud pelagus fuisse & mare: egiptii sunt testimonio: qui illud transnare conati: absorti mox sunt: coeuntibus aquis: que paulo ante traicientibus hebreis in muri speciem constitissent: quēadmodum & flamma tribus pueris iniecta: flagrantissima fuisse arguitur: quia sit babilonios illos depasta. Itemqꝫ & Danielis: leones ueri fuisse sunt crediti: quia calumniatores illos uorassent. ¶ Fide muri hierico ceciderunt circuitu dierum septem.) Deo enim iubente: disiuncta sunt hierico menia cum Iesus naue & populus dixere: quid illud sonum tubarum clangor disturbare lapides ualet: & muuimenta: credidere tamen sic fore: & pro ipsorum peractum est fide. ¶ Fide Raab meretrix non periit cum incredulis excipiens exploratores cum pace.) Ecce quod superius dixeram: nullis prorsus affectam honoribus personam producit: ut illos cogat uel ex eo pudere: si hac meretricula appareant inferiores. simul etiam ut fidei uim patefaciat: que proculdubio ingens sit: quandoquidem in his que ab hominibus improbantur: talia conficit fidem itaqꝫ & illa tum pre se tulit: cum uiros quos explorandi gratia uenisse haud dubie credebatur: diligentissime conquisitos occultauit: nec sane hos occulisset: nisi certior effecta: crederet fore: ut ciuitas diriperetur: in qua habitaret. sic enim illa effecta est: scio capturos uos ciuitatem: audiuimus enī opera uñā unde que audiuit: hec utiqꝫ credidit: qui uero nullam dei mirificis factis fidem adhibuere perditi sunt. ¶ Et quid adhuc dicā.) Cum in meretrice de fide disserendi finem fecisset: satisqꝫ esset a persone conditione hos consolatus: demū compendii gratia & breuitatis: priuatim nihil edisset: ne forsitan in dicendo uideretur effusior: attamen nec prorsus hec silentio preterit: & cum uideat plera qꝫ intermisisse: nihil ommisit. hoc pacto nec auditori parit fastidium: & alioquin confirmat multis: quod animo inest. ¶ Deficiet enim me enarrantem tēpus.) Quod tempus: uel omne tempus: quod & nos usurpare consueuimus: cū rei magnitudinem uolumus qua de dicturi sumus exprimere: uel tempus dicit se defecturū: q̄d conscribende epistole sat uideatur. ¶ De Gedeon Barac Sāpson: Iepte: Dauid quoqꝫ & Samuele & aliis prophetis.) Querunt nōnulli cur Iepte Sampson & Barac illum inducit hoc loco: quid uero id querunt: qui enī meretricem induxit nonne & istos adiecerit: non enim horum nunc differenda est uita: sed utrum fide claruerint nec ne: cogitandum. fide nanqꝫ non uite argumenta disquirit hoc loco apostolus. ¶ Qui per fidē uicerūt regna.) Hi scilicꝫ qui sub gedeone duce militiam exercuerant. ¶ Operati sunt iustitiam.) Qui nam sunt isti: nimirum sampson & ceteri quos dixerat supra: hi nanqꝫ sui generis & propinquorum uindicarunt iniurias: quos haberent infensos: & erga iustos clementiores sunt uisi: iniustis uero ut hostibus obuiam se obtulere: illud enim equitatis est proprium: unicuiqꝫ pro meritis bona malaqꝫ impartiri. ¶ Adepti sunt repromissiones.) Qualis & Dauid fuit: Iurauit enim dominus Dauid inquit: De semine uentris tui ponam super thronum

quod utiq; habuit sensibiliter in Solomone euentum: spiritaliter uero in Iesuz dominum: qui uero solomon est: & pacificus erit: & pax in eo uersabitur. Solomon nanq; pacificus interpretatur. ¶ Obturauerunt ora leonum.) Quemadmodum Daniel & Sampson ille. ¶ Extinxerunt impetum ignis.) Quales tres pueri illi fuere. nec ignem dicit hos extinxisse: sed ignis impetum. quod plane difficilius est. ignis enim ille & si flagrantissimus erat: haud tamen his potuit quoq; pacto officere. ¶ Effugauerunt aciem gladii.) Vti Iezauel ille & Dauid: qui saulis defugerat gladios. ¶ Conualuerunt in infirmitate.) Vt qui ex babilone redierant: nihil enim: ut Ezechiele legitur: a demortuis ossibus differebant: Ezechias tamen in langorem incidens: uite accessionem accepit.

¶ Fortes facti sunt in bello castra uerterunt exterorum.) Hec eadem uel ipsis ex babilone redeuntibus: congruunt: hii nanq; cum proxime nationes sibi ut inuiderent: ita & his insultarent: dei uirtuti per fidem confisi: hostes importunissimos debellarunt. possunt hec & Sampsonis gestis accomodari. ¶ Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.) Vt Saraphtia illa per Eliaz & sunamitis per Eliseum. ¶ Alii autem distenti sunt.) Id est precisi capitibus quemadmodum Iohannes & Iacobus zebedei: nonnulli uero distentos dixere fustibus cesos. ¶ Non suscipientes redemptionem.) Poterant quidem hi abstinere: ne alios castigarent sermonibus: & hunc in modum ab illatis suppliciis erui haud tamen id uoluere. ¶ Vt meliorem inuenirent resurrectionem.) Meliorem quam ceteri homines. nam sancti claritate immensa in aerem & nubem sublati prodibunt obuiam domino: quod alibi iteratam resurrectionem appellat: & in uitam sunt illi perpetuam resurrecturi: ceteri uero mortales in terris manebunt: & his erit ad eterna supplicia resurgendum. ¶ Alii uero ludibria.) Vt Eliseus cui a pueris minutioribus illudebatur siue ut Sampson ipse: ab alienigenis fuerat illusus: postq; sibi effossi sunt oculi. ¶ Et uerbera experti sunt.) ut plurimi prophetarum: & petrus ipse & Iohannes: & alii pleriq;. ¶ Insuper uincula & carceres.) ut Ieremias ille & Micheas & in posteruz apostoli ipsi. ¶ Lapidati sunt.) Vt Nabut ille & Stefanus. ¶ Secti sunt.) Vt a manasse Isaias: quem & lignea serra sectum ferunt: ut eo acrius esset illi supplicium: quo diucius excruciaretur. ¶ In occisione gladii mortui sūt.) Vt Micheas ille & zacharias: Iohannes insuper & Iacobus. Aduerte autez ex fide nonnullos gladii aciem effugasse: nonnullos gladio transuerberatos uel cesos mortez oppetiisse. tāti est fides: que ut magna molitur: ita & maxima quedam & ingentia tollerat: & nil credit se sustinere: quo igitur pacto & uos cum nihil huiusmodi inquit estis perpessi: animo concidistis. ¶ Circuierunt in melotis & caprinis pellib9.) Qualis eliseus fuit: & qui secum diuersabantur: tam prorsus hi erant presentium bonorum expertes: De apostolis Paulus nil hic meminit: quia nondū aliquā de his fideles iudei presumpserant sanctitatis oppinionem: unde ut de his faceret mentionem fuit necesse: quorum ualeret plurimum apud hos auctoritas quotus Elias fuit propheta clariss.mus: qui fuerat quondā in igneo curru arreptus. cū autē inqt circuierūt: plurimū hos diuexatos fuisse designat: & nusq̄ potuisse consistere. quippe quē praui insectarent̄: meloti uero ouis ē pell': q̄ facti illi & psci uiri: ut carnē tegerēt utebant̄. ¶ Egētes.) vti elias fuit: & elise9 q̄s alerēt

mulíercule. ¶ Anguſtiati afflictati.) Non enim parum Eliam: Iezauel infecta
ta afflixerat. ¶ Quibus non erat dignus mundus.) Non enim illud poteſ/
tis obicere: eorum ſceleribus fuiſſe hos mala perpeſſos: quippe tales erant: ut
maioris eſſent q̃ mundus ut qui celo eſſent non mundo digni. mundum autẽ
hominum nuncupat multitudinem & terrarum orbis ſtructuram hanc dicit
ſcriptura & utrunq; id: hoc loco complectitur: nam ſi mundi hanc machinam
omnem & homines uniuerſos ex altera parte aſtituas: nihil inuenies quod bo/
rum uirorum equiperet dignitatem. excitat itaq; paulus fidelium animos: ut
eorum nihil conquirant: que mundo inſunt: quandoquidem nequaq̃ hic ſanctus
ſit dignus. ſubinde dicat: eſt enim uobis ad iacturam & iniuriam conceſſurum
ſi quod in hac uita premium acceperitis: id nanq; & plane argueret nullus mo
menti rebus: dignos uos eſſe: nam uel ſi uniuerſus hic mundus nequaq̃ eſt uel
uiro aliquo uno: qui ſanctimonia polleat dignus: quas huius partes expeten/
das exiſtimabitis. ¶ In ſolitudinibus errantes & in montibus & in cauernis
terre.) Sicuti Elias & prophete pleriq;: qui in ſpeluncis ſeorſum & locis ab/
ditioribus: alebantur: cuiuſmodi loca nec per quietem licebat incolere: quin ex
his etiam tanq̃ e latebris: aliis perſequentibus: & intentantibus mortem fuga/
bantur: & modo hac: modo illac diuagantes longis erroribus uexabantur. his
tamen malis affecti: in certiorem ſpem uenerant: adepturos ſe tandẽ bona ppe
tua: & iccirco errores huiuſmodi animo equiori tollerabant & penas. ¶ Et hi
omnes teſtimonio fidei probati non acceperunt repromiſſionem.) Cur inquit
puſillo animo eſtis: ſi certando exagitati nondum ſitis pro ſuſceptis laboribus
mercedem acepti? quandoquidem quos diximus ſancti: & ſi teſtimonium per
fidem ſunt nacti: deo perplacuiſſe: nil tamen adhuc celeſtiuz promiſſorum ſunt
conſecuti: tametſi fuiſſe conſtat nonnullos: ut dauid regem: his terre bonis af/
fectos: haud tamen preſentia hec ipſi requirimus: ſed que in celo ſunt: certiores
& ueras promiſſiones. ¶ Deo pro nobis aliquid melius prouidente ut non ſine
nobis conſummarentur.) Hoc eſt ut non ſine noſtro honore & gloria: ut enim
ne noſtra uideantur hi uendicare: ſi coronentur priores: unum omnibus coro/
nandis ſtatuit tẽpus. nec quidẽ ne coronarent̃ dixit ſed ne conſummarent̃: id
eſt ut perfectionem acciperent: quo fit: ut perfecti tunc eſſe appareant: cum co
ronas & palmam acceperint. habent tamen interea honoris & glorie certiſſimũ
pignus. queret aliquis ſi enim hi nondum ſunt perfectionem adepti & coronas
illas promeritas conſecuti: unde hec illis: opem ut ferant aliis ſe inuocantibus:
opitulandi tam promptior uirtus obuenit? unde inquis? nimiruz ex fiducia cer
tiori quã habent apud deum intercedendo: perfectionem tamen & premia cum
ceteris ſunt accepturi: nonne erga hos nil equum deus ſe exhiberet: & hiſipſis
uideretur inferre iniuriam: ſiquidem qui in tollerandis laboribus priores fuiſ/
ſent: in coronis tamen & premiis capiendis: nos operiantur neceſſe ſit. atqui p
grata illis iſtiuſmodi eſt expectatio: ut cum fratribus perfectionem & gloriam
adipiſcantur: nam & corpore uno omnes conſtamus: & ingens ſane corpori ex
tã multis compacto: affertur cum coronatur uoluptas. eſt enim deus erga ge/
nus hum inum caritate ſumma deuinctus: hic uarios ſuſcepit & liberos: quorũ
alii confectis operibus: ex agris ad patrem ſe quãtocius receperunt: alii adhuc

operantes foris uersantur: obtulit pater his qui prius operi insudassent: aliqd degustandum: operiri hos interea iubēs & fratres alios: ut una cū his opipare & ubertim uescantur. at hi ut fraterna caritate tenent̄ leti expectant: ut inter epulas illas instructiores gaudio inter se ineffabili expleātur. ¶ Ideoq; & nos tantam habentes impositam nubem testium.) Non enim ob uolitantem sȝ impositam dixit: id est undiq; nos amplectentem: testes autem non solum noui testamenti appellat: sed ueteris etiam: quando & illos diuine constat perhibuisse magnitudini testimonium. quemadmodum tres illi pueri daniel & prophete ceteri: nec quidem multitudinem dixit: sed nubem. quod magis est presenti materię accomodatum: nam cum hi pressurarum ęstu flagrarent refrigerabit nos inquit hec testium multitudo: qua undequaq; obducimur: tanq̄ nubecula aliq̄ roscida: estuantibus circumfusa. ¶ Deponentes omne pondus.) Id est terrenorum onus: & curarum ac studiorum deponentes hanc molem: que presentibus rebus impensa nil prefert: preter grauedinem & inaneȝ tumorem: cur ergo grauiter fertis: ut ab huiusmodi liberemur. ¶ Et facile circundans nos peccatū.) Sic grecum hoc est quod haud difficulter nos circumsistit: uel quod facile potest discrimen subire. est nanq; haud difficile: si modo libeat: praua queq; superare facinora: quibus leuiter discrimen incurrimus. ¶ Per patientiam curram9 ad propositum nobis certamen.) Non enim rem pugnis geramus dixit: uel inuicem colluctemur: sed quod leuius est: currendi imponit officium: nec ad cursum eiusmodi addamus aliquid intulit: sed in eo perseueremus & ad propositū nobis certamen: cursum hunc intendamus: quod fieri per patientiam poterit: siquidem per continentiam alii: per elemosinam multi & diuersas uirtutes debent hunc cursum tenere. uos uero per tollerantiam: que utiq; uobis precipue est: ut diximus: necessaria. ¶ Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem iesum.) Si enim inquit perdiscere uolumus per patientiam decurrendi hūc modum: iesum haud secus spectemus ac solent qui opificii alicuius fieri uolūt peritiores: opificem ipsum uel operantem attentius intuentur: quod profecto & iesus dicebat. Discite a me quia mitis sum & humilis corde: & non est discipulus supra magistrum: auctor autem & consummator ideo dicitur: quia ut a principio nobis & fidem ipse ingessit: non enim uos inquit me elegistis: sed ego elegi uos: ita & finem est ipse impositurus. ¶ Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem: confusione contempta.) Poterat nec perpeti quod passus est: nec crucem subire: quippe qui peccati esset prorsus immunis: unde nec morti erat obnoxius: quod & ipse testatur. Venit inquiens princeps mundi huius & in me non habet quicq̄: non enim si libuisset patibulo fuisset ille suffixus: quod utiq; & ipsemet fatebatur: potestatem habeo dicens ponendi animam meā: crucē tamen ipse sustinuit: nec morteȝ simpliciter sed ignominiosam & fedam: contempsitq; mortis huiusce confusionem & ignominiam. nec tristitiam inquit hic paruifecit: cum minus hec inuitus & merens sed uolens & gaudens tulerit.

¶ Atq; ī dextera dei sedet.) Vides quo patiētię finis euaserit: qd̄ & alibi dicit ꝓpterea hunc deus exaltauit: cū de ei9 carne loquereт̄ assūpta: q̄ cū ita se habeant: pōt hic qdē ꝓ his q̄s nūc tolleratis ꝑssuras: mercedē depēdere. cū ꝟo pri

ad dexteraꝫ assidere hunc dicit: patri arguit parem. ¶ Recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem.) Si conseruorum tormenta: quis secum animo reputet: in suis maxime que sustinet consolatur: quantomagis si domini repetat contradictionem: id est irrisiones: obprobria: & faciem cesam: & que illi benemonenti obiiciebantur: & i cōspectu pilati populum aduersum hunc clamitantem & crucem demū: quā subiit uolens. cum autem talem dicit: rem magis explanat: subinde dicat: tam uehemens erat istiusmodi contradictio: ut ad mortem usq; traduxerit. quā a peccatoribus: hoc est gentilibus & iudeis illatam: cum noxiis & latronibus tulit: tam fedo mortis genere affectus. ¶ Vt non fatigemini animis deficientes.) Christi nanq; & eius tormenta mente peruoluere: animū uobis corroborabit: nec flaccescere sinet neq; dissolui: nec prorsus cum afflictatur in desperationeꝫ concidere. ¶ Nondum enim usq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes.) Duo quidem cū afferuntur: precipue nos consolantur: cum grauia dicimur fuisse perpessi: & cum nondum magni aliquid arguimur tollerasse. utrisq; his itaq; ut hos consoletur utitur paulus: nam cum dixisset superius q̄multa hos certando sustinuisse: essetq; eos hortatus ut seipsos imitarentur: nunc longe aliter facit: ostendit nanq; nondum hos memorandum aliquod & egregium facinus subiisse: quod eo intulit ne efferantur & insolescant. sꝫ q̄ prudenter id agat aduerte. Cum enim ueteres illos cōmemorasset: qui sanctimonia fuere preclari: & mala ingentia tollerassent: & christi domini mentionē fecisset tunc demū aperit: nullius esse momenti que ipsi tulerint mala: utpote per quos nondum ad mortem usq; & sanguinem sit peruentum: sed persecutiones dumtaxat hos sustinuisse: & presentium bonorum direptionem: christum uero: eo tandem prouectum: ut & mortem obierit: cum autem restitistis inquit peccata arguit acerrime hos impugnasse: & nondum ab oppugnando desistere: hos uero & si aliquanto summotos urgeri quidem certando: nondum tamē mortiferis sed leuioribus quibusdam affectos esse uulneribus. ¶ Et obliti estis consolationis.) Adeo inquit estis in segnitiem & torpedinem resoluti: ut uel uerborum uos obliuio ceperit: ad animi seruandam magnitudinē cohortantium: tametsi nondum graue aliquod sitis & urgens malum perpessi: solent enim cruciatus immensi prę acerbitate nimia & dolore intollerabili: uel earū rerū memoriā tollere: que magnum in modum conducerent. ¶ Que nobis tanq̄ filiis loquit̄ dicens: fili mi noli negligere disciplinā dei.) Non enim filios inquit modo his solomon uerbis alloquebatur: sed uniuersos qui possent eius dicta percipere: & uosipsos precipue his monitis castigabat ut filios. ¶ Neq; fatigeris duꝫ ab eo argueris.) Ingeruntur ergo & a domino temptationes: sed nobis ut prosint: non ut officiant. naꝫ iccirco temptari plerunq; nos sinit: ut & nostrā tollerantiam pendicetur: & coronis tandem condonet. ¶ Quem enim diligit deus castigat flagellat autem omnem filium quem recipit.) Fieri eniꝫ non potest: ut quispiam sit & deo acceptus & uacet pressuris: & nihil patiatur aduersi: dicet aliquis: nonne & predones & pditi homines affligunt̄: erūt ergo & hi dn̄i filii? nequaq̄: non enim omnis qui flagellatur inquit est filius: sed filius omnis q &

uariis modis temptatur: uel flagris afficitur. latrones itaq non tanq̄ filii af/
flictantur: sed quia pernitiosi sunt cruciātur. hic paulus priori loco castigat po
suit: deinde flagellat subiunxit: ut in disciplinā intelligas filius hec adhiberi:
non in odiu & malignitatis uindictā. ¶ Si disciplinā sustinetis: tanq̄ filiis uo
bis se offert deus: quis enim filius quē non corripit pater? q si extra disciplinā
estis. cuius participes facti sunt omnes: ergo adulterini estis: non filii.) Vel
ex his quidem que illi argumento esse existimabant sese fuisse a deo iam destitu
tos: ostendit cure hos deo esse: si enim essetis inquiens pressurarum expertes:
uideremini hauddubie adulterini & nothi, non filii. quis enim parens illegitti/
mis filiis: erudiendis ornandisue ^non^ est studet? uos itaq cum his estis malis oppressi
id sane ex his: lucri obuenit: ut uitam hanc non effuse & indecore degatis: nec
secus quidē q̄ iustiores illi & sanctissimi uiri: quos pauloante cōmemorauimus
qui & dei dicti sunt filii & comprobati. illud igitur perspicuū erit: nec poterit
quoq̄ pacto refelli: deum & uobis sese ut filius obtulisse: habereq item uos cu
re & menti: ne praui euadatis & nil eruditi: eoq & exheredet & tanq̄ adulteri/
nos eiciat. ¶ Deinde patres quidem carnis nostre habuimus eruditores & ue
nerabamur eos: non multomagis obtemperabimus patri spirituū & uiuem9.)
Ex his rursū q̄ nobis natura suggessit officiū: arguit habēdā omnino esse hāc
tollerantiam: cum enim inquit a parentibus ipsis: qui carnem hanc genuere: cū
erudimur: haud mediocriter istos ueremur: & castigantibus oblucstari haud q̄
q̄ fas ducimus: quin potius illoruz auctoritate & reuerentia ducti, animo ęqui/
ori & placido quecunq intulerint sustinemus: quātomagis erit necesse: ut casti
gantem deum feramus. aduerte autem quēadmodum non sustinebimus s3 sub/
uciemur: ut grece hab3: arguens subsistentis esse & deo aduersantis: nolle ęquo
animo pati pressuras: patrem autē spirituum uel donorz dicit: uel potestatum
que corpore carent: uel quod proprius est animarum: nam ut carnis genitores
seiungeret spirituum patri subiunxit: & uiuemus adiecit: ut ostendat inobedié/
tem & contumacem, nec uiuere quidē: quia a deo sit alienus: qui uitam largit̄.
¶ Et illi quidem in tempore paucorum dierum.) Non enim carnis inquit pa
rentes ad perfectionem usq erudire nos possunt. quandoquidē uel horum ite/
ritus; uel filii ętas prouectior: uel eorundem contumacia sepe & morum peruer
sitas: castigationi factura sunt finem. at deus quia est sempiternus: perfectio-
res potest castigando efficere. ¶ Secundum uoluntatē suam erudiebāt nos.)
Non enim quodcūq patris arbitriū conducit & liberis: nam & ad malas artes
hos plerunq erudiunt genitores. ¶ Hic autem ad id quod utile est: in recipiē
do sanctificationem ei9.) Deus nanq nobis ut conferat: castigationem indu-
cit: nec a nobis sibi ut aliquid uendicet: sed potius eius ut impartiat sanctitatē
hoc est puritatem: ut ad eius bona excipienda aptiores reddamur. est igitur nil
aliud diuina hec eruditio: nisi sanctitatis participatio quedaz quā qui fuerit ad
eptus: non solum sibi sed aliis prodest: animas nanq factis dictisq: ad deum
retorquet. nihil has sinēs terrenis i reb9 demergi. ¶ Oīs aūt disciplina ī pn̄ti.
quidem uidetur non esse gaudii sed meroris.) Rursu3 a cōi hominū oppinione
causas eruditionis desumpsit: atq omnis quidem disciplina: ut diuina: sic
& humana: non gaudio uidetur afficere: sed merore. recta autem uidetur

dixit: non enim uerum affert illa merorem: sed apparentem: qui enim fieri id pos
set: quando iocunditatem in posterum pariat: sed nostri gratia uidetur apposu
it. qui egre disciplinam hanc ferimus. ¶ Postea autem fructum pacatissimum
exercitatis per eam reddit iustitie.) Quid nam sibi uult cum pacatissimum di
cit: nimirum non turbulentum: sed suauem & leuem: nam qui merore afficitur
& animo obturbetur necesse est: qui uero gaudio & lenitatem assequitur & trã
quillior est. fructus uero huiusmodi iustitię erit: deus enim cum iustior sit: his
proculdubio qui in hac uita merore & malis afficiuntur: in futura quietem est
allaturus. aduerte autem quẽadmodum exercitationẽ quandam disciplinã ap
pellat: utpote que fideles ipsos tanq̃ athletas quosdam obfirmet & ualidiores
efficiat: cur ergo inquit hanc uos declinatis que animis uires adducat. ¶ Prop
ter quod remissas manus & soluta genua erigite.) Haud secus ac apud athle
tas aliquos concionaretur & certatores ex iudeis fidelibus ista perscribit & in
his sane isaiam hic imitatus: arguit a proprioribus membris esse hos animo re
solutos. manus siquidem actionũ preferunt argumentum: pedes motus. despe
rantis itaq; imprimis animi organa dissoluuntur: deinceps & corporis. que ut
attollant hortatur: & nil prorsus desperent. ¶ Et gressus rectos facite pedib9
uestris ut nõ claudicans quis erret magis autem sanetur.) Hec quidem tanq̃
ad cursores aliquos disserit: sicuti & superius dixit per patientiam curramus:
inquit igitur rectas facite trochias quod gressus dixit interpres. grece tamen
trochia uel currus impressum humi uestigium est: uel tellus ipsa cursorũ pedi-
bus cõculcata: perinde inquiat: sint uelim uie uestre leuiores & plane: hoc est ni
hil quod durum triste ue sit: & tortuosum animis uestris insideat. sed leni gra
du & neminem offendente decurrite: nec quis claudicans erret id est nemo ues
trum animo fuerit pusillo & intolleranti. cum a iudeis ducatis originem: qui
istiusmodi sunt: uel ne scilicet circa futurorum bonorum spem & fidem e nobis
quispiam sit inconstantior. & obliquis distortisq; incedat pedibus: nam si aliq̃
cuiq̃ fiat ad ingenitam timiditatem accessio: ita ut nec seipsum sustineat sed dif
fidentię se totum permittat: omnino clam nescio quo pacto: procumbens: in
desperationis sese precipitium adiget: unde eruit haud facile poterit: quin potius
itaq; incumbite inquit ut ad sanitatem redeat: quodcunq; in uobis mancũ fue
rit & claudicans: id est corrigite si qua inerat uobis ad id temporis diffidentia
non enim potest in eo qui tolleranter ferat aduersa incredulitas residere.
¶ Pacẽ sequimini cum omnibus.) Quod antea hos ipsos monuerat: nolite inq
ens congregationes uestras deserere. Idipsum & hoc loco cõmonefacit: ut in
ter hos mutuã conciliet caritatẽ: quã ut non solum in domesticos & beniuolos
seruent hortatur: sed cũ alienis & hostibus pacatiores sint admonet. ait itaq;
cum omnibus: gentilibus scilicet & iudeis: uel his ipsis quos habetis infensos:
subinde dicat: quantũ uestra intererit: cum uniuersis hominibus pacem seruare
hac enĩ si mente fueritis: nil prorsus animo cõcidetis. cũ mala uobis ĩtẽtabunt̃
aduerte autẽ cũ sequimini inqt illud p̃ferre: uel si longe pax ista abfuerit: ut hãc
cõprehendatis enixe cõtendite. ¶ Et sanctimoniã.) Id est puritatẽ & celibatũ
siue qs uxore caruerit & uirginitatẽ tuet̃: siue hanc habeat: & continẽtiã fuet
nec qa ꝓ sanctitate nuptie habeant̃: sed qa sanctimoniã sit p baptismũ adept9

ineluibilem: ob legitimam copulam. sunt quidem honorabiles nuptie non tamen sanctimonie seruatrices. ¶ Sine qua nemo uidebit deum.) Non enim aut fornicatores: aut adulteri: aut molles: aut manum concubitores: regnum dei hereditabunt. & dominus in euangelio. beati mundi corde quia ipsi deum uidebunt. ¶ Contemplantes: nequis desit gratie dei.) Tanq̃ hos peregre & longius & maximo cũ comitatu proficiscentes alloquitur: & inquiens cõmonefacit: cauete nequid per uos reliquum fiat: uel aliquid ad iter necessarium relinquatur: uel quispiam proficiscentiũ restet: non enim id solum deposco: ut ipsi quo tenditis: tuto perueniatis: sed ut comites etiam obseruetis: per discatisq; utrum uobiscum iter faciant omnes nec ne: quod plane solet imbecillioribus euenire: qui precedentium uestigia persequi nequeunt. contemplemini itaq; inquit & oculis collustrate: & si quẽ cernitis post terga relictum: nequaq̃ hunc negligatis. gratiã autem dei: fidem dicit: & optimum uiuendi modum: & bona futura. hec nanq; omnia per christi gratiam comparantur. ¶ Nequa radix amaritudinis sursum germinans: impediat uos.) Id ipsum & in deutronomio positum est: quod e quadam plantarũ est desumptum metafora: itidem fere & alibi scribit apostolus: cum inquit fermenti pusillum totam massam corrumpit. quod dicere & hoc loco uidetur. subinde inquiat. nemo permittatur in aliorum pernitiẽ praue agere. sed precidenda est amaritudinis radix: id est peccati: ne producat ramusculos: hoc est ne alios sui similes reddat. q̃ autẽ sit peccatum amarius: uel potius q̃ nil magis q̃ hoc amarescat: compertum habent & exploratũ: qui ubi illud cõmiserint: a conscientia & macerantur & corroduntur. aduerte autẽ quẽadmodum non radicem dixit amaram sed radicem amaritudinis: potest nanq; uel radix amarior: suaues fructus producere. ¶ Et per illam inquinentur multi.) Nam uiros sceleratos cũ segniores quidam & ad malum procliues spectarint prauis incumbere facinoribus. hos imitari admodum concupiscunt: hoc pacto eorum inquinant animos. quocirca ne id eueniat succidende sunt radices huiusmodi. ¶ Ne quis fornicator aut profanus ut Esau: qui propter unã escam uendidit primogenita sua.) Arguit hoc nõnullos fuisse in fornicationem prolapsos: nec tamen hos retegit: quin potius eius rei ignarum esse se simulat: ut corrigantur nõdum patefacti: uel profanum dicit ut esau: quasi uentri deditum & huius seculi rebus addictũ & inquinantem que spiritus sunt & conculcantem. esau nanq; delatum sibi a deo: primogeniturẽ honorem: alteri: & cibi gratia contulit. est autem isthusmodi inquinatio diuinorum contemptus. ostendit preterea q̃ sit uoracitas improba: & mala segnities: siquidem qui primatum obtinuisset fit inferior redditus: quia ferre nequierit cibi cupidinem: & nil prorsus eiusmodi obstiterit uoluptati. ¶ Scitote enim quoniã & postea cupiens hereditare benedictionem reprobatus est.) Tunc enim esau fuit reiectus: cum isthusmodi locutus est pater: si dominum tuum illum constitui: tibi quid faciam fili? nonnulli uero a deo fuisse reprobatum hunc dicunt: quia dei instinctu deceptus sit isaac: ut iacob illi benedictionem prius imparti retur: & sic esau reprobari sit uisus: q eadẽ illa paulopost efflagitarit a patre: uel a deo & patre. est enim perspicuũ isaac patrem: esau filium: pro dei arbitrio reprobasse. ¶ Non enĩ inuenit penitentie locum: quãq̃ cũ lacrimis q̃siuisset eã.

Dicet aliquis:tollit ergo e medio penitentiam paulus?nequaq̄·cur igitur inqt
penitentie locum non inuenit?quāuis lacr mans hanc quesiuisset:primum itel
ligas uelim penitentiam hoc loco benedictionem significare:deinde benedictio
nem hanc petisse hunc quidem fateri apostolum:sed modū in ea petenda nul
lum seruasse:quod enim esse poterit penitentie argumentum:cū Esau ipse hec
iactet:appropinquet luctus dies patris mei:& interficiam fratrem meum:ob id
itaqꝫ penitentiam non inuenit: quia non ut oportuit depoposcit:nam etsi lacri
mas fuderat:haud tamen erant penitentię lacrime:sed liuoris & odii: & animi
exacerbati·qui minus ęquo animo talleraret:preferri sibi germanum; quēadmo
dum nec meror quidem quē Cain ille uultu pertulerat:penitentis fuerat;sꝫ in
uidentis. uel forte penitentię locum non esse prudenter paulus dixit:ut eos q
nondum essent in aliquod scelus prolapsi terreret:cum inquit:nullum esse gra
uioribus delictis penitentię locū:dispensatione quadā id agēs:ut in timore sal
tem hos ipsos fideles contineat ne labantur· & si forsitan lapsos perspexerit ali
quos a lapsu reuocet:ne prorsus desperent·sicuti & ad galatas:filii mei inquit
quos iterum parturio:quousqꝫ formetur christus in uobis. non itaqꝫ hoc loco
paulus reiicit penitentiā:quippe quā sepe alias predicarit sed fidentiores reddit
ex hebreis:qui fidem acceperant:ne imposterum cadentes procumbant.
❡Non enim accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem & turbinē & ca-
liginem & procellam & tube sonum.)Ostendit hos maioribus esse malis ob-
noxios:si minus se prebeant pacientes & pollicenti deo haudsecus diffidant:
q̄ prisci illi & ueteris testamenti sectatores:aduerte autem ut nostra hec uete-
ribus comparet:probetqꝫ magis.nam postq̄ hoc nostrum:uetus illud excede
re magnitudine pluribus patefecit:inducit nunc que & magna & mira uiden
tur:si priora illa spectemus:que & in syna monte sint gesta decernitqꝫ hec
pusilla admodum fore:& infima quedam:si nouum hoc spectes:illis nanqꝫ q̄
multe & uarie inerant rerum imagines:ut harum contemplatione obstupesce
ret populus:ille infantis similis:nam ignis eo offerebatur:ut legum latoris
indictas;preferret penas:& terrorem statim incuteret.nebula uero & caligo
testamentum uetus illud prefigurabat;opertum adhuc permanere: necdum
fuisse tunc temporis reuelatum:nam cum figuraꝫ illud noui preferret:liquet
sane adhucqꝫ ueritatis & christi aduentum;subobscuras fuisse significationes
illas & formas:cum nondum essent pro earum significantia intellecte.ut qui
bus quod dei erat occultum;haud dū oculis pateret humanis; portendebat
caligo enim inquit sub pedibus eius:atq procella excitabat hebreos:qui tar-
diores essent:ut dei dictis & rebus mirandis intenderent animos.tube uero
adesse regem & deum significabant.quodipsum erit & in secundo christi ad
uentu futurum. ❡Et uocem uerborum quā qui audierunt: excusauerunt se
ne eis fieret uerbum.)Deus enim loquens exaudiebatur:ut fides latis iaꝫ le-
gibus fieret:nec crederent moysis uerba esse & uiri mortalis:deo nanqꝫ uox
inerat horribilis quedam sonora & tonans:moysi uero gracilis & exilis. un-
de & uocem illi huiusmodi reformidantes:deū se nolle loquentem audire fa-
tebantur:& moysi dictitabant loquere:tu ad nos:& non deus nobis loquat̄
❡Non enim portabant quod dicebatur.)Hoc est quod a dei ore prodibat:

quia esset horrisonum: nequibant auribus sustinere: causam ergo hi obtulere: ut deus appareret in carne: ut percipi posset ab his & intelligi. ¶ Et si bestia tetigerit montem lapidetur: ita terribile erat quod uidebatur.) Demonstrat hoc loco noui excellentiam testamenti. uetus nanque & si nihil haberet quod sui precelleret magnitudini. nec simile quicquam quo nouum hoc potiretur: formidini tamen erat et terrori. & adeo: ut nec beluas fas esset montē attingere. idest bruta animātia: que populus possideret. nouum uero cum perfectiora cōtineat: nihil pfert quod horridum sit: sed i eo cūcta sūt mitia & periocunda ¶ Moyses dixit exterritus sum & tremebundus.) Si moyses inquit qui sub caligine subiit mōtē ita extimuit: quo debuit populus terrore comprehēdi! ¶ Sz accessistis). Illi quidē monti nihil appropinquarunt: sed procul astabant. uos uero ad hunc iā accessistis. uidetis ergo quanto hos internallo p̄stetis. ¶ Ad syon mōtem & ciuitatem dei uiuentis ierusalem celestem). Hoc est sina mōtē. qui & mēte cōcipitur: & ciuitatē habemus: que item & animo potest & sensu complecti: hoc est celum ipsum non heremum aliquam: ut illi adiuimus. ¶ Et multorum milium angelorum frequētiā.) Pro populo scilicet angelorum nacti iam sumus innumerabilem comitatum: & pro timore sumus letitiam assecuti. Id nanque cum frequentiam inquit expressit: nam ubi uel hominum aderit multitudo: ibidem & hilaritas adsit necesse est. erit itaque dies hic celeberrimus: qui tot angelorum frequentatur presentia. ¶ Et ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in celis.) Primitiuos fideles appellat qui ut deo iam dedicati sanctiores etiam euasere: quorum nomina in libro uite conscripta sunt: sicut & dominus dicebat discipulis: nomina uestra scripta sunt in celis. & quoniam deus est omnium parens: huius & homines cōmuniter uniuersi sunt filii. cuius & primitiui id est primogeniti quod grece habetur: erunt fideles: digni quidem secundum predestinationem asciri in filios. uel etiám credentes omnes dici filii poterunt. primogeniti uero: qui deo & patri gesserint morem. & apud eundem sunt cum uerbo tum uita ingentia dona promeriti. ¶ Et iudicem omnium deum.) Vel hoc loco eos perterrefacit cum inquit omnium esse nec iudeorum modo sed fidelium etiam futurum hunc iudicem. quocirca & uobis cauendum erit. ostendit preterea quod ipsi priscos illos antestent: cum illi nec deum quidem loquentem potuerint sustinere: nec propius montem accedere. ipsi uero uel iudicem ipsum id est christum adierint: pater quippe iudicat neminem: sed filio iudicium omne permisit. ¶ Et spiritus iustorum perfectorum.) Id est proborum animas qui ad perfectionem euasere per fidem. his eritis & uos hauddubie eterne felicitatis consortes: si eorum fueritis uitam sectati. ¶ Et testamenti noui mediatorem Iesum.) Non enim Moysem qui fuit seruituti obnoxius uos adiistis: sed iesum dominum: qui noui mediator est testamenti. ¶ Et sanguinis aspersione.) Hoc est purificatione: christi enim nobis sanguis inspersus & labibus plane detersit: & sanctos effecit.

¶ Melius loquentem quam Abel.) Abel nanque illius effusus sanguis: hunc est in modum locutus: uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. uel ut diximus supra & nunc sanguis hic loquitur: quia fama apud omnes & nomine celebratur. sed domini sanguis uocem clariorem emittit & maioris significantię: cum ipsis ex rebus uniuersis inclamet se sanctitatem largiri: uel alias quidem uocem

hic edidit:cum mentem inuadit quam integram repperit:eandemq; excitat &
loqui compellit:spiritus per gemitus quosdam loquitur ineffabiles & suauissi
mos.uel etiam ut nonnullis uidetur: Abel sanguis in germanum obclamita
bat:christi uero pro nobis patrem affatur. ¶ Videte ne recusetis loquentem
uobis.)Tunc enim uidemini loquentem hunc recusare:cum eius promissis nul
lam fidem prestabitis:& omnem spem amiseritis:quis eniz loquitur nisi christ9
ipse?nam eius si sanguis uerba fecerit:longe magis & uiuere is arguetur.
¶ Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur.)
Quid illi non effugerunt?supplicium certe & perditionem:super terram autez
loquentem Moysi dicit:uel deum ipsum descendentem e celo:sed per Moysē
ad populum concionantem.est nanq; in syna monte locutus id est: quid esset
hebreis agendum:loquendo iniunxit. ¶ Multomagis nos qui de celis loquē
tem nobis auertimus.)Christum uidelicet de celo nobis alloquentem:idest q
ubi fuit assumptus legem nobis per spiritum dedit:nec quia discrepantez: aut
diuersam tulerit legem:hec paulus dicit.perinde aliam quandam nobis ubi est
in celum sublatus statuerit legem:sed modus ipse hanc statuendi:uidetur differ
re:illam siquidem cum esset in terris induxit:hanc in celum subuectus: ut dix
imus.quo fit ut magis sit ille extimescendus.q; autem minus fuerit prior lex
illa ab insequenti diuersa:audi que subsequuntur. ¶ Cuius uox mouit terram
tunc.)Vides ne eundem fuisse:qui tunc loquebatur: & qui nunc nobis e celo
profatur:uox enim eius tunc temporis cum lex ferebatur terram commouit cō
cussitq;. ¶ Nunc autem pollicetur dicens:adhuc semel & ego mouebo terraz
non solum terram sed & celum.)Bis terram apud sacras litteras legimus fuis
se succussam:primum cum in monte syna lex ferebatur:nam & terram contre-
muisse Dauid testificatur cum inquit terra tremuit.secundo cum carnem chri-
stus assumpsit & uenit in mundum:commota enim est inquit omnis ierusalem
& quatientur manufacta egypti:id est sublata sunt:ne suos fallant cultores:&
deiecta est illorū potentia:cum autem semel dicit:post secundā arguit & tertiā
fore terre quassationem:hoc est cum seculum hoc euertetur:cuz immutata om
nia:a corruptione ad immortalitatem deniq; transferentur. ¶ Quod antē ad-
huc semel dicit declarat mobilium translationem:tanq̄ factorum.)Hoc est cor
ruptibilis nature immutationē que mobilem in se naturam tanq̄ factoꝝ. id est:
que ut aliquid esset:principium sumpsit:unde & necessario finem sit habitura
quodcunq; enim conditum est liquido patet aliquando cepisse: quocirca quo
ad eius naturam:& finem habet:siquidem & angeli ipsi nequaq̄ sunt natura ꝑ
petui:quippe qui nec principio careant:per gratiam tamen sunt immortalitatez
adepti. ¶ Vt maneant ea que sunt immobilia.)Id est bona futura: cum enim
corruptibilia ista immutabuntur: quecunq; tamen sunt sanctis futura: nec
corruptionem admittent nec motum: quippe que nullam sunt uel translatio-
nem uel mutationem aliquando subitura. ¶ Itaq; immobile regnum suscipi-
entes habeam9 gratiā.)Cū itaq; īquit tot bonis dignabimur:que nec transfer
ri possunt nec īmutari: & spiritalibꝰ donis ī pign9 acceptis:īmobile regnū sus
cipim9:habeamus gratiā:hoc ē patiēter aduersa feramus:& nullus nos subeat

dolor: si quam sumus in rebus externis iacturam perpessi. sed gratias illi dicamus qui bona nobis hec contulit & maiora est propediem collaturus. ¶ Per quam seruiamus placentes deo.) Per quã gratiam scilicet: cum eni gratos nos prestiterimus: tunc nostra deus oblectabitur seruitute. sciemusq; eundem esse nos & dominum consecutos: sin autem nullas illi iuti pro ocio & rebus quietioribus ita & pro aduersis & quietem nostrã turbantibus egerimus gratias: nec eum colere nec placere poterimus. idipsum fere & paulus idem alio in loco cõmemorat: cum nolite inquit obmurmurare: & rursuz omnia facite sine murmuratione. quin etiam israellite illi: quia in deum obmurmurassent ut impatientes & queruli in heremo conciderunt. ¶ Cum metu & reuerentia.) Nil inquit ut impudenter uel petulanter loquamur. quin preferat nobis exterior facies erga homines uerecundiam: & in deum reuerentiam & pietatem. ¶ Et enim deus noster ignis consumens est.) Cum enim ueteris testamenti uniuersa dixisset formidinis esse & terroris plena: noui uero longe secus: ne mansuetudinem negligant: cum metu & reuerentia: deo inquit per nos agende gratie sunt: siquidẽ qui pressuris & malis afflictatur animus: si prorsus desperet facere impudenter uidebitur: uel uester in deum cultus ut uerecunde & reuerenter exhibeatur necesse est. deus nanq; hic noster: cum ignis sit & consumens erit a nobis omnino uerendus ne ueluti contemptores & sui nullam habentes rationem tollamur e medio: hoc igne absumpti: his preterea dictis & hos consolatur: subin dixeret: talem sumus dominum assecuti: qui possit aduersarios nostros ut ignis absumere. ¶ Caritas fraternitatis maneat in uobis & hospitalitatez nolite obliuisci.) Non enim hec uobis dixit comparate: his nanq; ut apparet potiti iam erant: sed cum frequẽtioribus urgerentur pressuris: in discrimen propemodum ueniebant: ne decetero uirtutes huiusmodi negligentius exercerent. inquit igitẽ maneat fraternitatis & caritas: & stabilis sit: nec abscedere a uobis hanc sinite. haud secus & hospitalitatis nolite obliuisci: fieri enim poterat: ut hi cuz bonis fortune essent priuati parcius forsan & raro: hospites & peregrinos exciperent & eos hortatur: ut prius ceperant hospitalitatem hanc prosequantur. ¶ Per hanc enim placuerunt quidam: angelis hospicio receptis.) Ignorauerunt grece habetur. eo nanq; processit hospitalitatis inquit officium: & libera peregrinorum susceptio: ut uel abrae ipsi & lot occasionem prebuerit uel ignorantibus: ut angelos domi exciperent. non enim sciebant angelos esse qui fuissent per se excepti hospicio: alioquin honorifice hos excepere: quod sane factum illos prouexit: nã si nõ ignari hospitio angelos admisissent: non eo fuissent magnitudinis euecti. ¶ Mementote uinctoruz tanq̃ simul uincti.) Qui enim cuiq̃ uinctus est caritate & fide: uel uolens obliuisci non potest inite necessitudinis uel uinctorum dicit qui christi ob fidem uel in carcerẽ essent coniecti: uel alus quibusuis malis afficerentur. ¶ Et laborantium tanq̃ & ipsi in corpore cõmorantes.) Laborantes siue in carcere siue esurie: siue alia quauis pressura: nam qui & reputauerit e patibili carne se esse obductum: ab eiusmodi sese eximet malis: si proximum fuerit cõmiseratus: uerebiturq;: ne & ipse in eadem illa incidere permittatur. ¶ Honorabile cõnubium in omnibus & thorus immaculatus.)

Aduerte quotiens de continentia hic differuerit: nam & superius cum sancti monię meminisset: hisipsis utitur uerbis: & rursum usurus est cum de fornicatoribus & adulteris differet. in omnibus inquit: non quia nuptie ętate prouectioribus minus conueniant. adolescentulos uero admoduȝ deceant: sed cunctis ait honori sunt: uel in omnibus: hoc est quibusuis modis & quouis tempore: nec quidem quia merentibus & afflictis connubium illud sit honorabile: ociātibus uero & prosperis in rebus agentibus minime. nec quia alteram in partē honoratius sit: in alteram uero nequaq̄: sed passim & cunctis in rebus honore est non dignum. ¶ Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.) Vel hoc loco connubium honorem assequitur: quippe quod adulteria interpellet: probi beatq;. iudicabit autem deus id est condemnabit: & merito quidem: nam si ꝑmisse sunt nuptie: nil poterit fornicarius aliquis uel adulter carnis illecebras excusare: sed iure excruciabitur. ¶ Sint mores sine auaritia.) Neq; enim nolite bona hec ꝑsentia cōparare inquit: sed si uel hec estis iam consecuti: haudquaq̄ fueritis illorum seruituti addicti. sed ad liberalitatem bona huiusmodi habetote: & ita ut si uel ex his est excidendum: nil egre feratis. quod ipsum & superius dixit: direptionem scilicet sustantię uestrę libenter suscipite. & quoniā multi ubi eorum fortunas exhauserint: iterato sarciendis incūbunt: excusantes uelle se in alios esse beneficos: sic inquit. Sint sine auaricia mores: unde & ita subiungit. ¶ Contenti presentibus.) Ostendit quēadmodum hac ipsi possimus cupiditate uacare: si fuerimus scilicet contenti presentibus. si nihil preter necessaria nature queramus. nam qui plura q̄ habeat conquisierit: & accessionē facere rei familiari studuerit: is plane auidior erit & pecunię cupidus. ¶ Ipse enim dixit non te deseram neq; derelinquā.) Non enim inquit ille mētitur uel fallit. posset quispiam his dictis occurrere. quid ergo nobis erit agendum si necessariis rebus carebimus? ait itaq; ad hec paulus: haud quaq̄ ita futurum est: nam de9 per Isaiam sic fatur: non equidem te derelinquam: facturus est hauddubie que pollicetur. possent preterea ex iudeis fideles: ad quos paulus epistolam scribit: nec iniuria illud obiicere: dic paule: quibus nam presentibus bonis contenti esse iam possumus: qui sumus in predam dati ut quibus direpta sunt omnia & nihil sit reliquuȝ? ait itaq; ad hec paulus: licebit saltem uel satis hec ducere que sunt uobis relicta: etsi tenuia sint & angusta: contenti tamen his sitis. non enī uos ille qui dicit nequaq̄ te deseram: deserturus est deus. uł forte apostolus de rebus ad uitam hanc necessariis differit. ¶ Ita ut nos confidenter dicamus: deus mihi adiutor est: & non timebo quid faciat mihi homo.) Cuȝ itaq; istiusmodi sit deus prefatus: certiora erunt omnino que loquitur: is nanq; uobis est ꝓspecturus: si mala illata patienter tuleritis. ¶ Mementote propositorum uestrorum qui uobis locuti sunt uerbum dei.) Vel thesalonicenses talibus commonefacit: ut eos uel maximo in honore haberent: qui sibi essent erudiendis ꝑfecti: & quemadmodum illi euangelium sibi predicando impartirentur: ita & ipsi hos alerent. Id enim pretenditur cum mementote inquit: uel ut illos imitentur: quos habuisse prepositos suadet.

¶ Quorum intuentes exitum conuersationis: imitamini fidem.)

Hoc est enixius contemplantes: utque & pictoris discipulus in exemplar aliquod sibi propositum: oculorum & ingenii intendit aciem. sic & uos sedulo exitum considerantes: id est eorum conuersationem & uitę finem qui ad fidem eos instruunt: quam optimus sit futurus: imitamini illorum & fidem. a fide namque integer uiuendi modus emanat. ni enim futuris bonis fidem hi prestitissent: & nil hesitantem: nunquam tam integre & sine culpa uixissent: lenit preterea & istorum intollerantiam: uel forte dogmatum fidem indicit his imitandam: subsequitur itaque. ¶ Iesus christus heri & hodie ipse idem permanebit in secula.) Apparet ex his fuisse nonnullos qui christi fidem iam deprauarent asserentes: alium quempiam esse non christum ipsum uenturum: uel eum quem ad id temporis hebrei operiuntur. ait igitur christum eundem esse heri id est preteritis seculis: & hodie id est in presenti: & in futura secula & infinita: nec alterum quempiam hunc preter asserit esse uenturum. abiicite ergo errores huiusmodi: uel quemadmodum ille ductores uestros nunquam deseruit sed tutatus est maxime: sic & uobis operam est allaturus: est enim qui fuerat antea semper: & in presenti permanet: & in eternum est permansurus. ¶ Doctrinis uariis & peregrinis nolite obduci.) Varie tunc quidem uidentur cum ab aliis item atque aliis afferuntur doctrine: peregrine uero id est a dogmatis rectitudine alienę. potest namque uaria esse doctrina nec peregrina dici: eoque nec improbanda: cum uero uarie fuerint: hoc est aliter atque aliter ille ingeste: & peregrine a ueritate scilicet ipsa dimote: tunc sane erit magnopere ab ipsis cauendum ueritas siquidem & simplex est & in aliquod unum intendit. obduci autem & circumferri: in leuioribus usurpatur quibusdam: que hac illac circumferuntur. ¶ Bonum est enim gratia stabiliri cor: non escis qui non profuerunt ambulantibus in eis.) Hee sunt profecto peregrine ille doctrinę: arguit autem qui iudaicam ciborum abstinentiam & obseruationem induxerant. estis enim uos inquiens gratia: hoc est fide stabiliendi: reddendique certiores: nil esse prorsus immundum: & perpura esse credenti omnia: est itaque fides hec: non escarum obseruatio necessaria. qui enim a cibis precauerint id est qui in eiusmodi escarum obseruationem semper intendunt: perspicuum est nil hos profecisse: ut qui extra ueros fidei terminos diuagentur: & legi inseruiant prorsus inutili: quid enim commodi ex ea obseruatione assequebantur? quandoquidem adeo essent flagitiosi: ut nequirent sacrificiorum fieri participes. ¶ Habemus altare de quo ędere non habet potestatem qui tabernaculo deseruiunt.) Quoniam minus esse cibaria dixerat obseruanda: ne & nostra facile possent contemni: quia nihil huiusmodi caueant instituta & nos inquit obseruationem habemus haud tamen in esculentis hisce: sed in ara siue in hostia illa incruenta & corpore: uitam elargiente. huius itaque nil penitus licet sacerdotibus legis participare: quamdiu tabernaculo seruiunt: id est legis institutis & figuris iam dissolutis & superuacaneis redditis. nam istiusmodi aliquid cum in tabernaculo dicit pretendit. ¶ Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem horum corpora cremantur extra castra: propter quod & Iesus ubi sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est.) Arguit que apud iudeos pro ueris creduntur: rerum esse figuras que ad fidem nostram hanc faciant: atque nullius fuisse momenti hostias: quarum populus particeps fieri prohiberetur

nostri sacrificii nec legis: participant pontifices ipsi. nam uetus illud, nostrum
hoc nouum prefigurabat. & queadmodum animantium sanguinem & que pro
populi delictis offerebantur: in sācta pontifex deferebat: cadauera uero extra
castra comburebantur: sic christus pro mundi peccatis perpessus: sanguinem q
dem suum ut pontifex detulit patri: corpus uero patibulo est pro castris & ex
tra urbem insutum. ait igitur: pontifices uestri qui imolationis huiusmodi me
moriam factitant: domini sanguinē in sancta que apud nos sunt & in arā tanq̄
in celum important: & iccirco legis pontificibus ipsis haudquaq̄ fas est ex hac
hostia ędere: ut qui alienigene sint & mundi huius curam suscipiant: nos uero
& mundum contemnimus & hunc ut peregrini & aduene inhabitamus. ❡ Ex
eamus igitur ad eum extra castra in properium eius portantes.) Cum enī mor
tem sit christus extra portam perpessus, concedamus & ipsi ad hunc extra cas
tra hoc est extra mundum improperium eius portantes: id est eadem illa que
ipse sustinuit telleremus: foris ille ut noxius quidam & latro: cruci affigitur:
nec nos itaq; pudeat ex hoc mundo excedere & honores & gloriam que mun
di sunt destituere: uel si ad ignominiam nobis id cedere uideatur. simul etiam
hos adhortatur uti tollerantius ferant que ab ipsis ingeruntur iudeis siue cō
tumelias inferant: siue bona diripiant ❡ Non enim habemus hic manentem ci
uitatem: sed futuram inquirimus.) Queadmodum sit extra portaz & mundū
hunc abeundum confirmat: non enim quenq̄ habemus in hoc mundo partici
pem: quippe qui mansurus non sit: erit itaq; nobis ex hoc: alio concedenduz:
& futura ciuitas: celum uidelicet: conquirenda. ❡ Per ipsum ergo offeramus
hostiam laudis semper deo: id est fructum laborum confitentiuz nomini ei9.)
Per ipsum inquit: tanq̄ per carnem pontificem: offeramus laudis hostiam, deo
patri: hoc est gratiarum actionés: agende nanq; per nos sunt gratie patri: quia
filium eius tradident ut nobis sanctimoniam largiretur. hec autem eorum de
causa intulit: qui infirmiores essent & imbecilli: istiusmodi itaq; laudis hostia
& actio gratiarum laborum est confitentium fructus: id est eorum qui illi9 no
mini confitentur. fit itaq; ut neq; istiusmodi immolationis liceat legis cuiq̄ par
ticipare pontifici: quippe qui nequeat pro christi sanguine gratias reddere: nec
ex illo sint sanctitate donati: quandoquidem in incredulitate perpetuo persitēt.
aduerte autem ut ad dicendum has gratias deo: hos ipsos compellat ut nihil
ommurmurent: prohibeatq; uel audax aliquod & temerarium uerbum per im
patientiam fundant. ❡ Beneficentie autez & cōmunicationis nolite obliuisci.)
Vbi nam gentium sunt qui paupertatem excusant: & nil quicquam aliis īpar
tiuntur: intelligant: uel summa inopia laborantibus & bonis omnibus expolia
tis: paulum suadere ne aliis benefacere obliuiscantur: & elemosinam stipemq; indi
gentibus tribuant. ❡ Talibus enim hostiis promeretur deus.) Gratiarum sci
licet actionis & beneficentie: constat enim eum qui gratus sit: & liberalem esse
ut qui minus declinet conferre in alios bona quibus sit ipse affectus. ❡ Obe
dite prepositis uestris.) Hoc loco de episcopis disserit. nam cum prius eos sic
inquiens collaudasset: fideles & dignos quos imitentur & eis ut uite magistris
intēderēt: obedite adiecit. num igit̃ omni erit principi obtēperādū: ita q̄dē: uel
si neqor sit ille & improbus: modo ne fidē obturbet: uel hanc ut deseras cogat

in ceteris uero nequitiam exercenti parendum censuerim? ait nanq; quecunq; dixerint uobis ut faciatis facite: secundum autem illorum opera nolite facere. id ipsum & de his qui corruptiori sunt fide dixerat paulus: cum illud intulit: doctrinis uariis & peregrinis nolite circũferri: quid ita? quia qui praue duxerit uitam: & alios ut nequiter uiuant hortabitur: pudore enim effunditur: suoruʒ scelerum magnitudine: ut qui sua occultare facinora quibus poterit modis nitatur: & latere existimat eius flagitia: si alios ut se imitentur induxerit. fit itaq; ut qui in fide deliquerit: & nequior sit: aliquid assidue moliatur quod afferat: ut fidem impugnet: idipsumq; deductum in medium: populo promulgabit: ut & ille eodem implicetur errore. (Et subiacete eis.) Cum enim subiacete & succumbite inquit: enixe maioribus obsequendum esse demonstrat. & ad fidem nos instruentibus. (Ipsi enim uigilant pro animabus uestris tanq̃ rationem reddituri.) Intelligant qui aliorum sunt duces & ceteris presunt: quia queadmodum necesse est: ut populus obsequentem se prebeat & presidibus ipsis morigerum: ita & sacerdoteʒ oportet ut alioruʒ animas curet uel noctes ducat insomnes: ut populi saluti inuigilet: ut qui rationem sit pro populi facinoribus redditurus. (Vt cum gaudio hoc faciant: & non gementes: hoc eniʒ nõ expedit nobis.) Si prepositis inquit succubueritis: & his gesseritis amorem: leuabitis quidem id oneris quodcunq; ex uestri cura susceptum: hos premit. quippe qui ex uestra hac facili obsequentia: hilariores reddentur: sin uero contumaces uos prestiteritis: etsi uobis inuigilare nihil desistant: nec contumatiam hanc uestram castigent ingemiscendo tamen ad deum dolendoq;: in uos proclamabunt: quod sane uestre saluti minus conduxerit. aduerte autem queadmodum haudquaq̃ aliter sinat qui aliis presunt: nisi per lacrimas subditorum in se ulcisci iniurias. quippe quorum lenitatem & tollerantiam uult culpa uacare: at discipulis ipsis pertinax illa & incastigata inobedientia maiorem supplicii pyram succendit: ut qui seueriorem in se concitent iudicem: deum uidelicet qui acerbiora est supplicia illaturus: quocirca haudquaq̃ illud est egre ferendum q̃ discipulorum contumatia gemitum afferat preceptoribus: & in contemptuʒ his cedat: sed uerendum id potius erit & deplorandum: quia deo traduntur hi iudicandi: penas demum acerrimas luituri. (Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus.) Cum ex iudeis fidelibus plerinq; paulum obtrectarent: quia destituendam esse pristinam legem doceret: eo hunc & inuisum habebant nonnulli: cuius odii gratia: nec eius nomen apostolus initio epistole huius adiecerat: presertim cum compertũ haberet hos ipsos: nec auditu quidem eius nomen laturos: excusans itaq; & quasi odiũ purgans: primum illos precatur: pro se orent: quod utiq; & ipsi solemus a beniuolis & fide coniunctis deposcere: deinde arguit se esse insontem: nec quippiam deliquisse. in omnibus uero: hoc est nõ solũ in gentibus ipsis: sed aliis uniuersis. ait preterea conscientiam se bonam habere: hoc est puram & nitidam: nec & se conscium esse praui his quippiam consuluisse: nec malum aliquod attulisse: uel hos improbasse.

(Beneuolentes conuersari.) Hoc est neminem studentes offendere nec dissentionũ causas serere: nam etsi illud asseuerauerim

superuacuam esse redditam legem: non ut legi infensus id dixi: sed legis potius
induco nunc plenitudinem: & que illa prefigurasset: finem esse in christo adep
ta: quis ergo q a lege defecerim me iure potest culpare. uel cur non potius be
neficus dicor: qui uos ad perfectiora traduco? & ab umbraticis illis legis figu
ris: abegerim. ¶ Amplius autem deprecor uos hoc facere: ut q̈celerius restitu
ar uobis.) Id sane dictum: uehementiorem quandam prefert apostoli in hos ca
ritatem: q ita uelit pro se illos ardenter orare: & omni studio preces fundere:
ut ocius liceat sese illis restitui: adireq: & cum hisdem uersari: simul etiam ar
guit confusum se conscientie: percupere hos conuenire: quod utiq haud quaq̃
optaret: si cuiuspiam sibi esset conscius mali. ¶ Deus autem pacis.) Cum pri
us ab his preces efflagitasset: & honorem hisipsis uel ex hoc detulisset: ordit
& ipse pro his deprecari subinde dicat: Cum enim constet deum habere pacis
uos auctorem nequaq̃ uos decet inimicitias ex tenui auditione conceptas in
me exercere. ¶ Qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium.) De resur
rectione factum apud hos olim confirmat sermonem: ex Isaia propheta dicẽdi
modum hunc sumens: magnum autem dixit quia & esse alios constet inferiores
siquidem fuerint instructores plerią: unus tamẽ preceptor sit & magister chri
stus. ¶ In sanguine testamenti eterni dominum nostrum iesum christum.)
Hoc est ex mortuis hunc excitauit: qui & mortem obiuit: & eius sanguinem su
dit: ut nobis traderet testamentum: non dissolutum aliquod & inane: quale le
gis est factum: sed sempiterne futurum. uel suscitauit eum a mortuis & in sang
uine testamenti eterni: id est illo iam resurgente: eius nobis in testamentũ da
tus est sanguis. ¶ Aptet uos in omni opere bono.) Ostendit autem & si bona
sint opera iam ipsi adorti: in his tamen ut perfectionem adipiscantur necessari
um esse: quod quidem ut assequãtur his cõprecat. aduerte queẽadmodum no
bis necesse sit ut demꝰ ipsi rebus initiũ: a deo deinceps & finẽ ceptis his depos
camus. ¶ Vt faciatis eius uoluntatem.) Qui enim in omni opere bono per-
fectus deprehenditur: is sane dei exequitur uoluntatẽ. ¶ Faciens in uobis qḋ
placeat corã se per Iesũ xp̃m. fit itaq ut cum aliquid ipsi qḋ rectius sit opere
mur: deus in nobis id peragat: per christũ Iesũ, id est mediatore & cooperatore
hoc usus: nec mirũ qdẽ: si is q ab inicio nobis est operatus salutẽ: in actione ipa
uirtutũ mediator efficit: & p̃ris exequit uolũtatẽ: collatis nobis: ut que recta
sunt pagamus: & uiribus. cũ uero qḋ placeat inquit: & se corã statim adiecit:
tũc eni hauddubie illi placemus: cũ in dei cõspectu boni uidemur: nõ hominũ
qḋ & Dauid testat sic dicẽs. scḋm puritatẽ manuũ mea in cõspectu oculo
eius. & Isaias. auferte iniquitatẽ ab oculis meis. ¶ Rogo autẽ uos fratres ut
sufferatis uerbũ cõsolationis.) Vides qḋ nulli ante hac scripserat paulus: inp̃
sentiarũ his scribere? nec admonitionis dicit sermonẽ: sz cõsolationis uerbũ: id ẽ
exhortationis ad tollerantiã: qppe qui oppressos & malis plerisq affectos allo
queret. ¶ Etenĩ perpaucis scripsi uobis.) Et si copiosius scripsit perpaucis tñ
& breuibus absoluisse se dicit ep̃lam: qa longe plura dicere cõcupisset: subinde
dicat: & si collapsi aio estis, ferte tñ adhortantẽ me tollerãtius. neq enĩ qs po
terit etsi ꝓlixior hec forte uideat oratio: dicta mea hec refutare: qḋ illis uide-
mus cõtingere: qui moras nequeunt pati: & longiorẽ orationem fastidiunt.

[illegible]

¶ Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum.) Eo paulus his prefert timotheum: quia hunc nihil odissent: dimissum autem dicit: uel quia in carcerem fuerat coniectus: & inde iam liberatus: uel quia ex athenis ubi antea fuerat: dimissus est. ¶ Cum quo si celerius uenerit uidebo uos.) Vel id quidem sat esse uidetur ad illorum sedanda in paulum odia: siquidem promptior sit cum discipulo sese ad eos conferre: forte etiam fieri id poterat: ut ab urbe in iudeam concederet cum constet hunc fuisse dimissum: ubi primum fuit a nerone cōprehensus: quēadmodum in epistole huius exordio diximus. ¶ Salutate omnes prepositos uestros & omnes sanctos.) Vide quanto hos prosequatur honore: cum per illos & prepositis ipsis & ceteris omnibus impartiatur salutem: fuissz enim decentius: ut scriptis ad preceptores epistolis: horuz interuentu reliquos appellaret: hic tamen uir prudentissimus: ut infirmiores hos & lenit & curat. ¶ Salutant uos de Italia fratres.) A deo uos īquit caritate complector: ut nō solum ipse saluere uos iubeam: sed alios etiam induxerim ex Italia fratres & ex tanta locoꝝ intercapedine uosipsos ut colāt obseruētq;: & salutē īpartiant̄. ¶ Gratia cū oībus uobis amē.) Cū itaq; cōmunis sit huiusmodi gratia cōmuniter etiā tā ꝑsidentibꝫ q̄ subiectis paulus hāc cōprecat̄. gratiā aūt cū peccatorū dicit remissionem: tum animi puritatē: tū ipsam spiritus sancti participationē. ueꝝ quo pacto uobiscū ē hec ꝑmansura? nimiꝝ si nulli iniuriā intuleritis: si dignā hac gratia ducetis & uitā: tādiu enim hec apud nos gratia manet: q̄diu operibꝫ bonis incumbimus. euolat autē statim & ꝓcul abscedit ubi eius instituta & leges: male uiuēdo deserimus: qui nobis hāc cōtulit. Veliz itaq; uos istiusmodi grā uitā ducere non indignā: nec ad illius iniuriā uiuere: qui nos tot bonis donarit quin recta potius operādo: eundē collaudare: ut pateat tandem ex nostris optimis actionibus: & illatorum malorum in nos tollerantia: nō in ingratos hunc: gratiā hanc cōtulisse. Amen. : .

F. Cristoforus de persona Romanus Prior sancte Balbine de Vrbe: Traduxit Anno domini M.cccc. lxix. Pontificatu Pauli pontificis maximi. Anno quinto. Et per ingeniosum uirum magistrum Vdalricum Gallum alias Han Alamanum ex Ingelstat ciuē uienensem: non calamo ereoue stilo: Sed noue artis ac solerti industrie genere Rome impressum Anno incarnationis dominice M.cccc.lxxvii. die uero xxv. mensis Ianuarii. Sedente Sixto diuina prouidentia papa. iiii.

D Romanos ex Corintho scribit apostolus quos nondum uiderat: uis/
sendi tamen percupidus: quia de his multa acceperat: quorum & sus/
cipit: & laudat fidem: ut quam sciret fama & nomine celebrez: & ubiq
nulgatam: & ut cetera obmittam de gentiuz uocatione copiosius dissent: Nec
secus ex Epheso ad Corinthios scribit epistolam: illos obiurgans: quod pluri
mum inter se dissiderent & primariuz quendam e suis rem cum nouerca haben
tem satis negligerent: uellentq sub celibatus pretextu nonnulli diuortia face/
re: & uxores relinquere: & multi idolothitis uescerentur: & alii ceteris plane
contemptis eos dumtaxat demirarentur: qui essent linguarum gratiam conse/
quuti: & quod erat detestabilius: nequaq crederet humana corpora post mor/
tem resurrectura. Ad eosdem deinceps & aliam ex Macedonia scribit: quan-
doquidem ex priore plurimum profecissent: quippe quos peniteret tandiu for
nicantem illum tulisse: sed arrepti deinde seditiosissimorum hominum persua/
su legis dumtaxat littere inhesissent indifferentem existimantes gratiaz que a
christo esset in multos collata: quinetiam & preceptores admodum iactitarent
& glorie ducerent: Cum Apollo uellent: uel Cephe partes tutari: Id est suuz
quisq quem sectaretur extollere: unde qmulta erant inter hos oborta dissidia
alioquin in sanctorum alimoniam abunde & liberaliter conferebant. Ex Ro/
ma ad Galathas litteras dedit: Hos enim cum antea ad fidez q optime instru
xisset: & credidissent se predicante in christuz: post eius discessuz mox lapsi: im
proborum hominum suggestione: ut se circumciderent compulsi sunt: Quod
utiq paulus egre ferens: quia preter eius institutionem egissent: incusat acri9
qd se celerrime adeo immutassent. Ex urbe preterea & ad Ephesios scribit:
haud dum tn per se aditos: sed auditione solum perceptos fideles esse: & xpm
Iesum optime credere: & mira quadã in sanctos omnes affici caritate: alioquin
ab se precupere in fide hac stabiliri. Quocirca & hos per litteras instruit: aitq
haudquaq cõmentitium esse: aut nuper inuentum hoc christi mysteriũ: sed per/
stare a seculo: & alia multa: que ad hos in fide firmandos maxime faciunt. Ad
philipenses insup lras mittit ex urbe: quos adierat sane: & ad fidẽ instruxerat:
his itaq Paulo ipsi & sanctis nõnullis ministrantibus necessaria: exorti sunt
quidã qui prauis persuasionibus: & sub legis umbra & circumcisiõis obtentu
simplitũ quorundã corrumperẽt aures: asserentes neminẽ posse sine lege iusti/
ficari: qd Paulus audiens philippensiũ primo fidẽ probat: & eoꝝ se memoriam
habere interprecandũ fatet: cõmemoratq quemadmodũ Rome sese ac christi
fidem tutatus sit: & qui pterea molesti sibi in uinculis fuerint. Colosensibus
etiam ex urbe litteras impartit: quippe quos cerneret per homines captiosos
& subdolos falsis quibusdã argumẽtis circũuentũ iri. Qui xpi fidez aptissime
grecis argutiis impugnarent: cũ legis umbrã & escas uetitas sectarent: & cir-
cũcisionẽ efferrent. Ex Athenis uero & thesalonicensibus scribit apud quos
antea fuerat diutius cõmoratus: & quoniã qmulta cum in Verria tum Mace/
donie ciuitate Philippis: tum Corinthi & Thessalonice fuerat perpessus: ueri/
tus ne uel ex suis pressuris illi offensi haud satis stabiles forent: uel merore ni/
mio ob suoꝝ e uita discessum conficerent: quo patrio more certe plurimuz an
gebantur: Timotheum cum epistola ad eos dimisit: ut in fide offirmarentur

ne quoq̃ pacto ab eaſ deſciſcerent: ſiue ipſi afflictarentᷣ: ſiue alios cernerēt afflictari: hortaturq̃ ut ducerent uitā quēadmodū ab ſe accepiſſent. Cōmonefacit inſup: ne grauiter ferant morientū caſum: & alia pleraq̃. Ad eoſdē iccirco ex urbe & aliā ſcribit epſam: quia apud eos erāt nonnulli ſegniores ad bonū: & nullius momenti uiri: qui alios mira arte fallebant: aſtruentes iamiam inſtare chriſti aduentum cuius & paulū falſo teſtabantᷣ auctorem: & ſeſe identidē cognouiſſe per ſpiritum affirmabant. Cuius rei certior factus apoſtolus per litteras Theſſalonicenſiū primo adauctā fidem collaudat: & glorie ducit: qđ xp̄i ob gratiā uiriliter ferrent preſſuras: ſolaturq̃ aſſerens illatas his: deū uindicaturū. q̄nq̃ iniurias. Scribit & ad Timotheum ex Laodicea eam ob cām: quia Epheſi erant permulti qui iudaicos ritus ſeruarent: cū longe aliter ipſe Epheſios inſtruxiſſet: docereq̃ & fallere integriores quoſq̃ adniterentur. Quocirca Timotheū hortatᷣ: ut epheſi maneat: & corruptores illos caſtiget & corrigat ut tandem a ſuis erroribus reſaneſcant. Ad eundē ſecundo ex urbe conſcribit epiſtolam: monetq̃ ut ad ſe redeat. Erat enim apoſtolus ab omnibus iam deſtitutus: qui ſecum Romam ex Aſia cōmigrauerant: cathenis abſterriti quib9 erat deuinctus. Ex Nichopoli & ad Titū litteras ſcribit: ibi nanq̃ hiemauerat Paulus: In Creta autē Titum reliquerat: ut per urbes inſtitueret ſacerdotes. Erant enim ibidem pleriq̃ qui ſub legis pretextu ſeducere populū conabātur. Scribit ex urbe & ad philemonem: cuius ſeruus oneſimus fugiens Romā ſe ad apoſtolū cōtulit: apud eumq̃ habitauit cōiectū in carcerem & uinculis detentum. Hūc itaq̃ cū ſibi optime obſequeretᷣ & breui probus tam euaſiſſet: ut ei eſſet acceptior philemooi cōmēdat per litteras: hortaturq̃ ut libertate donet nec eo ut ſeruo: ſed ut fratre utatᷣ. Ad hebreos demū ex italia ſcribit: qui etſi xp̄i acceperant fidem: haud tñ prorſus a lege deſecerāt: quod ſane inique ferēs apoſtolus: & ſi ad gentes erat ut euangeliū predicaret iam deſtinatus: nil hos tamen ferebat legis umbris obuolui: exiſtimans haudquaq̃ credētibus his moleſtam hanc fore epiſtolam: in qua de chriſti aduētu & lege ipſa umbratili diſſerat quam & ceſſaſſe affirmat: & nihil in poſterum ualituram: quia xp̄s aduenerit: quem illa prefiguraſſet. His itaq̃ epiſtolis Paulus tam ualidiſſima fundamēta iecit: ut increſcentis in poſterum fidei tanta poſſet moles imponi.

¶ Primum uacat
in prima
resurgendo
nobis
& manifestiam

¶ Iudeos
qui omnium
ille nanq;
mors
perfusus

¶ Visurpari
quando
occidendum
anathema
de & qui

¶ Baptismu;
cui rei
studiosissime
cum plurimi
illi susceperunt

¶ Quibus
seducunt
e usmodi
nec illud
iudeis

¶ Beniuolentia
ipsi debetis
initio statum
omnis tolletur
perantiam

¶ Fortius
dixit
deinceps
quid ergo
quippe quos

¶ Linguarum
colitur
nero
spectat

¶ Omnia
dementiam
toribus
dictum

¶ Adiuuantibus
abire
penas

¶ Hoc est
splendescere
quippe que
unusquisq;
na christi

¶ Inquit
ostendite
capti
obiectant
presentia

¶ Dem
& qui

¶ Athanasii
sit b̄nplacitu;
olos
christi
nos

¶ Cōtempseritis
iunctus
naufragii
ad carnis
& uoluntate;

¶ Item q;
& in christo
hominem
priuatum

¶ Virtus
patefecit
deo
occasionem

¶ I epsa; ad phil.
perfecturus
fratrib9
uitam
agitaretur

¶ Extendens
statis
factitabat.
dixit
que reposita

¶ Deus
hunc
uerum
uiolentius

¶ Non summus
sita
aliquod
spectāt
ie.us

¶ Tunc
romanum
in medium

¶ In primam
potest
sibi
dei
omnium

¶ Gratiam
que in
testes
credant
perpessi

¶ Sunt pre.
prospicia
institutionem
in re
de reliquo

¶ Cultum
suam
partiuntur

¶ i epsa; ad hebr.
& paulus
principio
igitur
non ab

¶ Et capite
hominibus
ob gratiam
id est
penitentie

¶ Seminxerim
esse celum
qui uitulum
cum esset
descenderet

¶ Non ut
gaudio
abel
cuius
excitare

¶ Quia esset
dolor
hoc est.